Digitized by Google

THE
CARNEGIE INSTITUTE OF TECHNOLOGY
Carnegie Library
PITTSBURGH

Gift of
Andrew S. Thomas
1918

Reserve
Book

A 2 74

Digitized by Google

LIBRARY
PA. STATE
COLLEGE

HORATII FLACCI CARMINA;

ex "Vsum Gallo"

VERSIONE LATINA,

ADJECTIS

LECTIONIS VARIETATE

ET

ANNOTATIONIBUS,

QUAS SCRIPSIT

CHR. GOTTL. HEYNE.

LONDINI:
APUD J. P. & A. ARCHDEACON.
1822.

LIBRARY
OF THE
STATE
COLLEGE

OLYMP. I.

HIERONI SYRACUSANO,

EQUO CELETE VICTORI.

Præstantissima quidem [inter cetera elementa] est aqua, Str. 1.
et aurum, ardens ignis velut nocte, fulget superbas inter divitias. Si vero certamina canere gestis, anime mi, nec sole circumspice aliud quod interdiu calore suo magis foveat lucidum astrum vacuum per aërem: nec Olympico certamen præstantius cantabimus: unde [ductus] celeberrimus hymnus procedit, poëtarum studiis ad cantandum Saturni filium: ad opulentam accedentes beatamque Hieronis domum, — Ant. 18.
justum qui tenet sceptrum in fecunda gregibus Sicilia, decerpens apices virtutum omnium; ornatur etiam Musicæ (carminum) flore, quemadmodum ludimus hospitalem nos poëtæ frequenter ad mensam. Sed (o anime mi) doricam citharam a clavo deripe, si qua tibi Pisæque et Pherenici [equi victoris] decus (laudes) animum dulcissimis immisit (carminis) meditationibus, quum ille ad Alpheum cucurrit, latus nullis calcaribus stimulatum in curriculis habens; ad victoriamque adduxit dominum — Syracusium, equis gau- Epod.
dentem regem. Splendet autem ejus gloria apud generosam 35.
Lydi Pelopis coloniam, quem præpotens amavit terram continens Neptunus, postquam eum splendido lebete exemerat Clotho, humero ex ebore nitente ornatum. Sane miræ res sunt multæ; et nonnunquam etiam exornatæ commentis

24445

Digitized by Google

variis fabulæ hominum mentes ipsa vera narratione efficacius
Str. 2. 48. delinire solent; — Gratiaque (ingenii et orationis), quæ omnia efficit suavia mortalibus, etiam quod incredibile est, adferendo ei dignitatem, efficit credibile sæpenumero: tempora tamen futura testes verissimi. At hominem decet narare de diis honesta; minor enim sic culpa est [fingere]. Itaque te, fili Tantali, contra quam superiores poëtæ, dicam, quando vocavit pater, ut æquissimum erat, ad epulas suamque Sipylum, vicissim diis cœnam præbens, tunc tridente
Ant. 2. 65. inclytum [deum] rapuisse — domitum animo amore, aureoque curru altissimam multum venerandi ad domum Jovis [te] transtulisse, quo alio tempore venit Ganymedes, Jovi idem ad ministerium. Ut vero non conspiciebaris amplius, nec ad matrem multum inquirentes viri te reduxerant: statim clam dixit aliquis invidorum vicinorum: aqua ad ignem vehementer fervente elixata cultro (deos) dissecuisse membra, mensisque frusta carnium tuarum distribuisse, et come-
Epod. 2. 82. disse. — A me vero impetrare non possum, ut helluonem deorum aliquem dicam. Longe absum. Malum consequi solet crebro maledicos. Si vero ullum mortalem Olympi moderatores honorarunt, erat Tantalus hic; sed concoquere (moderate ferre) magnam felicitatem non potuit, insolentiaque sibi contraxit pœnam ingentem, qua pater ejus (Jupiter) superne appendit ponderosum ipsi lapidem, quem semper nitens a capite amoliri, a lætitia longe abest (perpetuo metu
Str. 3. 95. angitur). — Tolerat vero ærumnosam hanc vitam, continuum hunc quartum post tertium laborem, Immortalium quoniam furto ablatum nectar ambrosiamque, quibus immortalem eum fecerant, æqualibus convivis dederat. Si quis enim clam deo facere aliquid posse sperat, fallitur. Ideo remiserunt ei filium Immortales ad cito-morituram rursus hominum gentem. In florida autem ætate quum lanugo nigrum ejus mentum obduxisset, propositum (certamine)
Ant. 3. 112. conjugium studuit, — illustrem Hippodamiam, a patre Pisata obtinere. Prope autem accedens ad canum mare solus in tenebris, inclamavit gravistrepum tridente-insignem Neptunum; isque ipsi ante pedes coram apparuit. Tum illi

Digitized by Google

dixit: Amabilia dona Veneris, age, si quid, Neptune, gratiæ apud te habent, cohibe hastam Œnomai æream, meque in velocissimis deduc curribus ad Elidem, victoriæque fac compotem; nam tredecim jam amatoribus interemtis differt nuptias — filiæ. Magnum quidem discrimen imbellem virum non capit; mori autem quibus fatalis necessitas est, quid quæso aliquis ignobile senium, in tenebris sedens, consumat frustra, omnium laudum expers? Atqui ego quidem hoc certamen subibo: tu vero eventum optatum dato. Sic dixit: neque irritis aggressus est eum precibus. Ei gratificans dedit deus currum aureum alatosque indefessos equos. — Tum (cursu) vicit Œnomaum fortem, virginemque duxit conjugem, genuitque duces sex, Virtutum alumnos, filios. Nunc inferiis splendidis honoratur, ad Alphei alveum sepultus, tumulum undique patentem nactus, frequentatissimam hospitibus apud aram. Fama vero Pelopis eminus fulget, Olympicorum certaminum in cursibus, ubi velocitas pedum certat vigorque roboris ærumnas perferentis, victorque reliquam per vitam dulcem tenet felicitatem — victoriæ præmiis sibi paratam. Quæ autem constanter permanet felicitas, summa habetur nulli non mortali. Me autem coronare istum [Hieronem] modis, quibus victoria equestris ornatur, æolico carmine, oportet. Persuadeo mihi enim, me hospitem nullum et honestarum rerum peritiorem alium et potentia præstantiorem, ex nostris quidem hominibus, inclitis exornaturum esse hymnorum strophis. Deus adjutor tuis prospicit cum sollicitudine, o Hiero, studiis (laudum, certaminum). Hic nisi cito te destituet, adhuc suaviorem spero — cum quadriga celeri [victoriam tuam] me celebraturum esse, apto carminis argumento reperto, apud apricum collem Cronium. Mihi itaque Musa validissimum robore telum servat. Aliis rebus alii excellunt, summaque felicitas fastigatur regibus. Noli spectare ulterius. Utinam et tu talis in sublimi diu incedas; et ego inter tantos victores verser, conspicuus canendi arte inter Græcos ubique.

Epod. 3. 129.

Str. 4. 142.

Ant. 4. 159.

Epod. 4. 176.

Digitized by Google

OLYMP. II.

THERONI AGRIGENTINO,

CURRU.

Str. 1. CITHARAM regentes hymni, quem deum, quem heroa, quemve virum cantabimus? Sane (conveniunt uno in argumento) Pisa quidem Jovi sacra, Olympicumque certamen instituit Hercules, primitias manubiarum belli; Theronem autem quadrigas ob victrices celebrare juvat voce, justum hospitem, columen Agrigenti, clarorumque patrum decus,
Ant. 15. civitatis tutelam. — Qui (patres) quum tolerassent multa animose, sacram fluvii tenuere sedem, Siciliæque fuerunt lumen: tum vita eos excepit felix opes gratiamque adferens veris virtutibus. Sed, o Saturnie nate Rhea, sedem Olympi guberuans, certaminumque apicem, alveumque Alphei, placatus carmine, agrum patrium serva propitius porro ipsorum
Epod. — postero generi. Quæ facta quidem sunt, seu juste seu in-
29. juste, horum irritum ne tempus quidem omnium parens possit efficere eventum; in oblivionem tamen, secundam inter fortunam, venire ea possunt. Prosperæ enim felicitatis
Str. 2. usu malum infestum superatum obliteratur, — quando dei
37. numen mittit eminus beatitatem excelsam. Congruit sententia in pulchrithronas Cadmi filias, quæ sunt magna (mala) expertæ; sed concidit gravis luctus majore victus felicitate. Vivit inter cœlites interemta quidem fragore fulminis crinibus prolixis ornata Semele; semper adamat eam Pallas et
Ant. 2. Jupiter Pater, amatque Filius hederiger. — Aiunt etiam in
51. mari inter Nerei filias marinas vitam per omne tempus immortalem Inoi constitutam. Sane mortalibus non cognitum est, num vitam usque ad mortem, ne diem quidem num unum, filium solis, tranquillum stabili cum fortuna acturi simus. Vicissitudines enim gaudiorum et ærumnarum alias
Epod. 2. aliæ ad homines accedere solent. — Atque sic Parca, quæ
65.

Digitized by Google

paternam istorum tuetur lætam fortunam divinitusque datas opes, aliquam etiam contrariam alio tempore cladem induxit, dum quidem interfecit Laium fatalis filius obviam factus, Pythonisque antiquum oraculum ad eventum adduxit. — Str. 3. 73.
Quod quum vidisset acris Erinnys, occidit mutua cæde sobolem ejus bellicosam. Superstes autem mansit Thersander interemto Polynici, juvenilibus in certaminibus prælliisque belli gloria insignis, Adrastidarum germen. E cujus semine ortum Ænesidami filium decet carminum lyræque consequi laudes. — Olympiæ enim ipse præmium accepit, Delphis Ant. 3. 87.
vero inque Isthmo quadrigarum duodecies curriculum emensarum coronam in consortem etiam fratrem communes Gratiæ (victoria) deduxerunt. Felix autem successus experientem certamen liberat ab ærumnis. Opulentia vero virtutibus ornata sustinet adversa et secunda, utut obveniunt, adhibito graviore severioreque judicio, — sidus insigne, ve- Epod. 3. 101.
rum homini lumen : quam si quis tenet, novit is (tenet memoria) futurum, quod mortuorum illic statim impiæ mentes pœnas luunt. Namque delicta in hoc Jovis imperio sub terra judicat aliquis infesta sententiam dicens necessitate. — At boni nocte pariter dieque semper sole fruentes ærum- Str. 4. 109.
na carentem degunt vitam, non terram moventes robore manuum, neque ponti undam, tenuem propter victum : sed apud principes deorum, quicunque studuerunt justitiæ, illacrimosam agunt vitam ; illi vero adspectu horrendam tolerant ærumnam. — Quotquot vero sustinuerunt, ter utro- Ant. 4. 123.
bique degentes, ab omni injustitia animum continere, illi perficiunt Jovis viam ad Saturni urbem, ubi beatorum insulam Oceanides auræ perspirant, floresque aurei fulgent, humo alii, pulcrisque arboribus aquaque alii progerminantes, unde sertis et coronis implicant manus, — secundum decre- Epod. 4. 137.
ta justa Rhadamanthi, quem Pater habet Saturnus paratum sibi adsessorem, maritus Rheæ omnium supremam tenentis sedem. Peleus et Cadmus inter hos numerantur ; Achillemque adduxit, quum Jovis animum precibus flexisset, mater, — qui Hectorem prostravit, Trojæ inconcussam firmam co- Str. 5.
lumnam ; Cycnumque letho dedit, Auroræque filium Æthio- 145.

pem. Multæ mihi sub cubito celeres sagittæ intra sunt pharetram sonantes intelligentibus, ad vulgus autem interpretibus indigent. Is demum est doctus, qui multa scit naturæ sagacitate; at discendo docti (poëtæ) facti procaces sunt
Ant. 5. loquacitate, ut ceu corvi irrita garriant — certantes Jovis
159. cum alite divino. Age, anime, intende nunc ad metam arcum. Quemnam petimus missis ex benevola rursus mente gloriosis telis? Sane in Agrigentum intendens dicam jusjurandum veraci mente, nullam urbem centum intra annos progenuisse virum animo in amicos beneficentiorem, manu-
Epod. 5. que largiorem — Therone. Verum laudem impugnat furio-
173. sorum hominum insolentia, injuste eam aggressa, id agens, ut obtrectatione sua honesta (facta) occultata obruat pravis factis. Nam arena numerum refugit; ille vero quanta beneficia in alios contulerit, quis recensere ausit?

OLYMP. III.

EIDEM THERONI,

CURRU.

Str. 1. TYNDARIDIS hospitum amantibus cupio placere pulcricomæque Helenæ, dum inclitum Agrigentum celebrans in Theronis Olympicam victoriam hymnum contexo, indefessorum equorum decus. Musa autem sic sane mihi adstitit, ut,
Ant. 10. novo reperto modo, dorico rhythmo hymnum adaptarem — pompam victoris ornantem. Jubis enim innexæ coronæ exigunt hoc a me divinum debitum, citharam ut sonoram cantumque tibiarum hymnorumque carmen Ænesidami filio adferam convenienter. Ipsaque Pisa canere me jubet, unde
Epod. divina venire solent carmina ad eos, — quibus justus cer-
19. taminum judex Ætolus, exsequens mandata Herculis antiqua, super palpebras comas cingit glaucicolore decore olivæ. Quam quondam Istri ab umbrosis fontibus asportavit Amphitryonides, monumentum pulcerrimum Olympicorum cer-

taminum. — Populo nempe Hyperboreorum Apollinis cultori persuasit petiitque ille fidam memoriam servans Jovis hospitali luco umbrosum germen, hominibusque simul virtutis coronam. Jam enim tum ei, post aras patri consecratas, Luna curru aureo vecta, (antea) dimidiata, pleno sub vesperam lumine affulserat, — jamque magnorum certaminum sanctum judicium ludosque simul quinquennales instituerat divinas ad ripas Alphei: sed nondum pulcras arbores progerminabat ager Pelopis in planitie Saturnii (collis). His destitutus locus amœnus quum videretur ei acutis obnoxius esse radiis solis, tum in terram Istriam ut contenderet animus eum impulit. — Ibi Latonæ equorum agitatrix filia excepit venientem Arcadiæ a jugis et varie flexuosis recessibus, quum jussu Eurysthei necessitas a patre imposita cœgisset eum adducere auricornem cervam, quam olim Taygeta Dianæ dedicans sacram inscripserat. — Hanc insequens vidit et illam terram, flatus a tergo Boreæ frigidi. Ibi arbores admiratus constitit; dulceque eum tenuit desiderium, circa curriculi equestris metam duodecies circumvehendam eas plantandi. Atque etiam nunc ad hoc sollemne propitius venit cum altecinctæ Ledæ geminis divinis filiis. — His enim mandavit abiens ad Olympum, ut regerent celebre virorumque de virtute curruumque veloci agitatione certamen. Me igitur animus impellit pronuntiare, Emmenidis Theronique venisse victoriam, Tyndaridarum equestrium beneficio; quoniam plurimum inter mortales hospitalibus epulis (sacrorum, sacrificiis) plurimis eos colunt, — religiosa mente observantes deorum festa. Ut vero aqua principatum tenet inter elementa, interque opes pretiosissimum est aurum: sic nunc Theron extremum terminum virtute adsequutus attingit parta a se *laude* Herculis columnas; ultra quas progredi nec sapientibus est concessum nec insipientibus. Non sane tendam ulterius: vanus essem.

Str. 2. 28.
Ant. 2. 37.
Epod. 2. 46.
Str. 3. 55.
Ant. 3. 64.
Epod. 3. 73.

OLYMP. IV.

PSAUMIDI CAMARINÆO,

QUADRIGIS.

Str. 1. JACULATOR fulminis rapidi summe Jupiter, tuæ Horæ revolutæ miserunt me præstantissimorum certaminum testem, cum cantu cithara distincto. In amicorum rebus secundis lætantur statim nuntio dulci audito boni. Sed o Saturni fili, qui Ætnam tenes, furnum ventosum centicipitis violenti Typhonis, accipe benigne Gratiarum (Musarum) caussa hoc
Ant. 16. carmen, — perenne lumen magnarum virtutum. Psaumidis enim venit curru, qui, olea coronatus Pisatide, decus parare satagit Camarinæ. Deus propitius sit reliquis ejus votis. Laudo enim eum ad equos alendos maxime propensum, gaudentem hospitalitate erga omnes, et ad tranquillitatem civitatis amantem sincera mente conversum. Non mendacio polluam laudem. Experientia utique mortales
Ep. 31. probat, — quæ Clymeni filium Erginum Lemniadum feminarum liberavit a probro; æreis armis qui victor cursu ad coronam accipiendam vadens dixit Hypsipylæ: ecce me; celeritati autem manus animusque pares. Nascuntur et in juvenibus cani sæpe etiam præter ætatis congruum tempus.

OLYMP. V.

EIDEM PSAUMIDI,

QUADRIGIS.

Str. 1. CELSARUM virtutum et coronarum Olympicarum dulcem florem, Oceani filia, animo hilari, accipe indefessæque mu-

Sola Stoïca Prosopopœia tanta, quantum videri opportuit, ornamenta habet. Nam Epicteti Enchiridion, quod ex ejus Dissertationibus Arrianus collegit, quamvis ad Stoïcam sectam pertineat, tamen ab omni ostentatione remotum est. Quare, si quis Epictetum ex Arriani libris cognoscere velit, is Enchiridion primum legat, deinde Dissertationes quatuor priores, quæ ad nos pervenerunt, quarum ultima est de Providentia. Quæ si quis intellexerit, satis, opinor, Epictetum cognoverit. Nam quæ in Dissertationibus quatuor posterioribus, quæ ad nos pervenerunt, et in quinque posterioribus, quæ interciderunt, scripta sunt, ea sunt ejusdem fere generis, quæ in Enchiridio, sed uberiora et ornatiora. Quæ vero in Enchiridio, ea sunt ita exposita, ut nihil ornatius, nihil magis ad artem accommodatum, nihil subtilius dici possit. Quare, si quis Epictetum ex Arriani libris cognoscere velit, is Enchiridion primum legat, deinde Dissertationes quatuor priores, quæ ad nos pervenerunt, quarum ultima est de Providentia. Quæ si quis intellexerit, satis, opinor, Epictetum cognoverit. Nam quæ in Dissertationibus quatuor posterioribus, quæ ad nos pervenerunt, et in quinque posterioribus, quæ interciderunt, scripta sunt, ea sunt ejusdem fere generis, quæ in Enchiridio, sed uberiora et ornatiora. Quæ vero in Enchiridio, ea sunt ita exposita, ut nihil ornatius, nihil magis ad artem accommodatum, nihil subtilius dici possit.

CAPUT IV.

AGERIUS STRACTIANO.

SERIUS AGERIO.

Ad Epictetum Arrianum Enchiridion Epictetum Arrianum Enchiridion Epictetum Arrianum Enchiridion

consequatur hymnum, nactus non invidorum civium amabi-
Ant. 12. lia carmina? — Atqui sciat, in hoc calceo felicem pedem se habere, (ad se hæc pertinere) Sostrati filius. Periculorum vero expertes virtutes nec inter homines (terra pugnantes) pretio habentur: nec in navibus cavis; sed, præclarum si quid cum labore gestum fuerit, multi ejus meminerunt. Inte vero, o Agesia, laus ea convenit, quam juste olim Adrastus in vatem Oiclidem Amphiaraum ore proloquutus est,
Ep. 23. quum terra ipsumque et insignes equos absorpsisset. — Septem enim deinceps rogis cadaverum exstructis, Talaionides pronuntiavit apud Thebas tale aliquod dictum: Desidero exercitus mei lumen, pariterque vatem non minus sapientem, quam hasta pugnando fortem. Quod idem nunc convenit in hymni mei heroëm Syracusanum, idque ei neque contentiosus ego neque admodum rixosus, magno jurejurando interposito diserte testabor: modo mellisonæ permittant
Str. 2. 37. Musæ. — Junge mihi jam, o Phintis, robur mularum quam celerrime, ut per viam patentem ducam currum, veniamque ad victorum etiam stirpem. Illæ enim præ aliis duces viæ hujus esse norunt, coronas Olympiæ quandoquidem reportarunt. Consentaneum itaque est portas hymnorum patefacere ipsis; ad Pitanam autem juxta Eurotæ meatum
Ant. 2. 48. oportet hodie venire tempestive, — quæ a Neptuno compressa Saturnio dicitur filiam violaceis capillis Evadnen peperisse; clam autem gestaverat virgineum fetum sinu, justoque mense editam infantem famulas jussit educandam tradere heroi Elati filio, qui Arcadibus imperabat Phæsanæ, sortitusque fuerat Alpheum accolere. Ibi educata, ab Apol-
Ep. 2. 59. line compressa dulcem primum degustavit Venerem. — Neque latuit Æpytum omni tempore, (utero) eam celare dei prolem; sed is quidem animo comprimens iram ineffabilem sollerti consilio Pythonem abiit oraculum consulturus hoc de intolerando casu. Illa vero punicea-trama-intextam zonam deponens urnamque argenteam, dumos inter opacos peperit divinum puerum; dum Auricomus adesse ei jusserat
Str. 3. placidamque Lucinam Parcasque. — Prodiit igitur ex utero
73. partu amabili statim in lucem Jamus; quem illa quidem

dolens (animo) reliquit humi, duo vero cæsii dracones deorum voluntate curam ejus habentes eum nutriverunt innoxio (almo) succo apum. Rex autem postquam petrosa curru vectus rediit ex Pythone, omnes domi interrogabat de puero, quem Evadne peperisset. Phœbo enim ipsum narrabat genitum esse — patre; futurumque inter homines vatem Ant. 3. omnium mortalium præstantissimum, neque unquam carituram progenie. Sic utique nuntiabat. Illi autem nec audivisse nec vidisse se adseverabant infantem, etsi quinto abhinc die natum; enimvero latebat ille in junco rubetoque denso, corpore tenero violarum flavis et purpureis (roris) radiis madefacto. Propterea etiam mater jussit vocari eum omni tempore — hoc nomine immortali. Suavis vero postquam Ep. 3. auro coronatæ (pulcræ) accepit pubertatis fructum, in Alpheum medium ingressus invocavit noctu sub dio Neptunum late potentem suum avum, et arcitenentem Deli divinitus fundatæ custodem, petens sibi publicum quendam honorem. Respondit autem veridica paterna vox, compellavitque eum: Age fili, huc sequere vocem, ut in regionem omnibus communem (futuram) veniamus. — Atque sic venerunt alti ad Str. 4. petram excelsam Cronii, ubi ei præbuit thesaurum geminum divinationis: tunc quidem vocem audire mendaciorum nesciam; quando vero audax Hercules, augustum Alcæidarum germen, venerit, patrisque festum frequens hominibus, certaminumque magnorum sollemnia, ad Jovis aram altissimam instituerit, tum vero vaticiniorum sacellum condere jussit. — Ex quo tempore inclitum inter Græcos Jamidarum genus. Ant. 4. Simul fortunæ opes (iis) contigerunt. Colendo vero ea, quæ laudes ferunt, conspicua via incedunt. Probat opus quemque. Obtrectatio autem aliorum invidorum impendet iis, quibus aliquando primo loco duodecies in spatio decurrentibus veneranda adstillat Gratia gloriosum vultum. Si autem vere tui, o Agesia, materni majores sub Cyllenes monte — habitantes Mercurium deorum præconem, qui Ep. 4. certamina sortemque præmiorum gubernat, Arcadiamque incolis insignem amat, multum multis supplicibus sacrificiis religiose coluerunt: ille est, qui cum gravistrepo patre tuam,

o Sostrati fili, felicitatem largitur. Oberrat linguæ cotis instar acutæ narratio, meque lubentem ad pulcrifluos tibiarum flatus allicit. Avia materna mea Stymphalis florens
Str. 5. Metope est, — equorum agitatricem quæ Theben peperit,
145. cujus ego dulcem aquam bibo, viris bellicosis nectens egregium hymnum. Præcipe nunc sociis, Ænea, primum ut Junonem Partheniam canant, tumque ut declarent, vere nos effugisse antiquum probrum: Bœotiam suem. Es enim nuntius verus, pulcricomarum scytale Musarum, dulcisonorum carminum crater. —
Ant. 5. Jube porro meminisse Syracusa-
156. rumque et Ortygiæ, quam justo sceptro rectisque consiliis gubernans Hiero rubripedem colit Cererem, candidisque equis vectæ filiæ festum, Jovisque Ætnæi potentiam. Suavisonæ autem eum lyræ cantusque norunt. Ne succedens tempus frangat ejus felicitatem. Sed cum comitate
Ep. 5. amabili Agesiæ excipiat hymnum — a Stymphaliis mœni-
167. bus e patria ad patriam venientem relicta pecorosæ Arcadiæ matre. Prodest vero in tempestuosa nocte celeri ex nave demissas figere duas ancoras. Deus horum illorumque (Arcadum et Syracusanorum) illustrem sortem reddat. Lubens vero, Neptune, mari imperans, aureum-colum-gestantis Amphitrites marite, prosperum concede cursum ærumnis vacantem, meorumque carminum auge dulce decus,

---

OLYMP. VII.

DIAGORÆ RHODIO,

PUGILI.

Str. 1. Phialam uti quis divite manu sumtam, vitis intus spumantem rore, donat juveni genero propinans domo domum (ferendam), auream, pretiosissimam rem eorum quæ possidet, conviviique decus, et affinitatem honorans suam, amicisque præsentibus, facit eum invidendum ob conjugalem thorum:
Ant. 12 — sic ego nectar fusum, Musarum donum, dulcem ingenii

fructum mittens ad eos, qui Olympiæ Delphisque victoriæ præmia reportarunt, iis gratificor. Felix ille, quem Fama amplectitur bona. Alias autem alium respicit alma Gratia (Musa), blandisona cum cithara sonorisque tibiarum instrumentis: — Et vero nunc venio ad celebrandam utraque (cithara et tibia) cum Diagora, marinam filiam Veneris Solisque, Nympham Rhodum bellicosam, ut ingentem virum prope Alpheum Castaliamque coronatum pugilatus propter victoriam laudem, patremque Damagetum Justitiæ carum; triurbem insulam prope Asiæ spatiosæ rostrum cum Argiva multitudine inhabitantes; — quibus volo inde a Tlepolemo commune contexere carmen, Herculis late potenti stirpi. Paterna enim stirpe a Jove ortos se gloriantur; materna vero inde ab Astydamea sunt Amyntoridæ. Pendent vero circa hominum mentes innumeri errores, difficileque est adsequi, — ut, quæ nunc adest felicitas, eadem ad mortem usque homini contingat. Etenim Alcmenæ fratrem nothum, Licymnium, e Mideæ thalamo venientem, duræ oleæ sceptro percutiens occidit Tirynthe hujus olim terræ conditor (Tlepolemus) iratus. Sic mentis perturbationes occæcare solent etiam sapientem. Oraculum autem petiit, ad deum profectus; — tumque Auricomus bene odorato ex adyto jussit eum Lernæo a litore navium classem deducere in regionem undique mari cinctam, ubi quondam magnus deorum rex aureis imbribus irrigaverat urbem, quando Vulcani artibus, ænea bipenni, Minerva e patris summo vertice prosiliens vociferata est ingenti clamore, Cœlumque horruit ipsam et Terra mater. — Tunc etiam adfulgens, mortalibus deus Hyperionides futurum mandavit observare negotium filiis caris: ut deæ primi conderent aram conspicuam, et piis sacris factis cum Patris animum exhilararent, tum Puellæ hastifremæ. Virtutem autem injicere solet et alacritatem hominibus erga prudenter monentem reverentia. — Sed supervenire solet quædam etiam oblivionis ex improviso nubes et aufert ex mentibus rerum agendarum rectam viam. Etenim non secum gerentes flammæ ardentis semen ascenderunt, struxeruntque igne-carentibus sacrificiis locum sacrum in arce. Atque illis quidem fla-

Ep. 23.

St. 2. 36.

Ant. 2. 47.

Ep. 2. 58.

Str. 3. 71.

Ant. 3. 82.

vam inducens nubem copiosum pluit aurum Jupiter: ipsa
Ep. 3. vero cæsia (Minerva) dedit illis, artificio — omni terrarum
93. incolas affabre-industriis manibus vincere. Jam opera viventibus et gradientibus similia viæ ferebant, eratque gloria ingens. Sapienti autem sapientia etiam major sine fraude contingit. Aiunt autem hominum antiqui sermones, nondum, dum terram partiebantur Jupiterque et Immortales, in conspectum prodiisse in mari alto Rhodum, sed salsis in abyssis
Str. 4. insulam latuisse. — Absentis autem nemo protulerat sortem
106. Solis, et utique eum terræ exsortem reliquerant, castum deum: Jupiter autem admonitus ab illo sortitionem ejus caussa voluit retractare; sed (Sol) id fieri non concessit. Nam cano, inquit, ipse video in mari attollentem sese funditus terram multorum hominum altricem et almam pecoribus. —
Ant. 4. Jussit autem statim aureo redimitam reticulo Lachesin
117. manus extendere, deorumque sactissimum juramentum non recusare, sed Saturni cum filio adnuere: lucidum in aërem emissam istam sibi in posterum sortem fore. Atque exitum habuit jurisjurandi summa vere eveniens. Enata est ex mari
Ep. 4. humido — insula, tenetque ipsam acutorum genitalis radi-
128. orum pater, ignem spirantium dux equorum. Ibi cum Rhodo nympha consuescens genuit septem sapientissimis consiliis majorum memoria claros filios, quorum unus Camirum natuque maximum Jalysum genuit et Lindum. Qui singuli separatim tenebant terram trifariam dispertiti, pater-
Str. 5. nam urbium sortem, erantque hæ eorum sedes. — Ibi præ-
141. mium calamitatis miserandæ jucundum Tlepolemo constitutum est Tirynthiorum duci, tanquam deo, pecorumque nidorosa pompa, et judicium de certaminibus. Quorum floribus Diagoras coronatus est bis, celebrique in Isthmo quater
Ant. 5. victor, Nemeæque sæpius, et asperis Athenis; — Argivum-
152. que æs (scutum æneum) novit eum, Arcadiæque et Thebarum certamina, ludique legitimi Bœotii; Ægina Pellenaque victorem sexies; Megarisque idem lapideæ columnæ inscriptus est titulus. At Jupiter Pater, in jugis Atabyrii do-
Ep. 5. minans, honora hymnum, Olympicumque victorem — pu-
163. gilatu virtutis decus nactum; daque ei venerandam gratiam

et apud cives, et apud peregrinos, quoniam inimica-insolentiæ via recta incedit; probe sciens, quæ eum recta ex bonis patribus mens monet. Noli obscurare communem stirpem Callianactis, Eratidarumque decora. Celebrat (quidem) festa convivia etiam civitas. Uno tamen momento temporis alias aliæ ingruunt auræ.

OLYMP. VIII.

ALCIMEDONTI,

PUERO LUCTATORI.

O MATER aureis coronis insignium certaminum Olympia, do- Str. 1.
mina veritatis, ubi vates incensis victimis augurantes explorant Jovem velociter fulminantem, num quam habeat rationem hominum, cupientium animo magnam virtutem consequi, laborumque requiem. — Perficitur autem hoc in gra- Ant. 10.
tiam precum piorum hominum. Sed, o Pisæ arborosum ad Alpheum nemus, huncce hymnum et coronati victoris pompam accipe. Magnum decus semper ejus est, cui tuum præmium contigerit illustre. Alia autem aliis eveniunt bona. Multa enim deorum beneficio genera sunt felicitatis. — Vobis vero, Timosthenes, obtigit felicitas per Jovem ge- Ep. 19.
nitalem, qui te quidem Nemeæ conspicuum, Alcimedontem vero apud Saturni collem fecit Olympicum victorem. Erat ille adspectu pulcer, factisque non dedecorans formam; promulgavit victor lucta longis-remis utentem Æginam patriam; ubi Sospita, Jovi hospitali adsidens, colitur Justitia — plus quam apud alios homines. Nam, quod multum Str. 2.
et multas in partes vergit, id recta dijudicare mente, non 30.
perperam, difficile est. Decretum vero quoddam deorum etiam hanc mari cinctam terram, confluentibus undique constituit hospitibus columnam divinam; futurum autem tempus efficere hoc, ut ita sit, ne desinat! — a Dorico populo Ant. 2.
39.

possessam inde ab Æaco; quem filius Latonæ lateque potens Neptunus Ilio (mœnium) coronam imposituri advocarunt socium laboris in exstruendo muro. Quippe erat fato constitutum, illud ut orto bello urbium-vastatrices inter pug-
Ep. 2. 48. nas rapidum exhalaret fumum. — Sed cæsii dracones, dum struebatur, in novam munitionem insilientes tres, duo quidem deciderunt, ibique obtusi spiritum emiserunt: unus vero insiliit sibilo facto. Dixit autem coram animo volvens prodigium protinus Apollo: Pergamus ea parte, qua tuis, o heros, manibus condita est, capitur: sic mihi ostentum indicat a
Str. 3. 59. Saturnio missum gravistrepo Jove: — non sine filiis tuis; sed cum primi et quarti gradus posteris res procedet. Sic sane deus diserte loquutus ad Xanthum properabat et Amazonas equestres Istrumque vectus. Fuscinæ vero vibrator ad Isthmum marinum currum celerem dirigebat, deducens Æacum
Ant. 3. 68. huc curru aureo, — et ad Corinthi jugum, visurus epulas(sacra) celebres. Idem vero non delectare solet omnes. Si tamen ego Melesiæ, ex imberbibus discipulis, gloriam percurram hymno, ne petat me aspero lapide Invidia. Et Nemeæ enim reportatum (ab eo) pariter dicam tale decus, et pos-
Ep. 3. 77. tea inter viros pugnam — in pancratio. Docere autem, utique gnaro facilius; stultum vero, non prædidicisse. Leviores enim inexpertorum mentes. Contra ille docebit eas res melius ceteris: quis modus virum eo perducat, ut ex sacris certaminibus desideratissimam gloriam reportet. Nunc quidem ipsi decus est Alcimedon victoriam tricesimam adep-
Str. 4. 88. tus — qui fortuna quidem divina, nec virtute tamen destitutus, quatuor puerorum corporibus (pueris) effecit reditum invisissimum, et sine auctoritate linguam, et clandestinum incessum; patri autem patris (avo) inspiravit robur senio adversum. Orci utique obliviscitur, strenua qui patraverit
Ant. 4. 97. vir. — Sed me decet (præteritorum) memoriam excitantem eloqui manuum victoriale decus Blepsiadarum, sexta quibus jam corona circumdata est frondiferis ex certaminibus. Est vero etiam aliqua mortuis pars (munus) rite perficienda; occultat enim nequaquam pulvis (terra) cognatorum illustrem
Ep. 4. 106. laudem (quo minus inferi eam resciscant.) — Murcurii au-

tem filiam Famam ubi audierit Iphion, nuntiet Callimacho splendidum decus Olympiæ, quod ipsorum præbuit Jupiter familiæ. Bona autem bonis utinam addat, acutosque morbos propulset! Opto, fortunæ secundæ Nemesin infestam ne addat; sed malorum expertem adferens vitam, ipsosque cumulet et urbem.

OLYMP. IX.

EPHARMOSTO OPUNTIO,

LUCTATORI.

Archilochi quidem hymnus canorus, Callinicus triplex, decantatus suffecit Olympiæ Saturnium apud collem, ad præeundum sollemni-pompa-incedenti Epharmosto amicis cum sociis. Verum nunc (quoque), longe-jaculantium Musarum ab arcu, hisce sagittis Jovemque rutila-fulmina-jaculantem, venerandumque pete promontorium Elidis, quod olim Lydus heros Pelops accepit, pulcerrimam dotem Hippodamiæ. — Alatam autem mitte jucundam in Pythonem sagittam. Nequaquam inanes laudes attinges viri super luctis citharam movens clara ex Opunte, laudans ipsam et filium (civem), quam Themis filiaque ejus Servatrix tenet gloriosa Eunomia. Floret autem (certantium) virtutibus, Castaliæ pariter atque ad Alphei flumen: unde coronæ inclitam Locrorum extollunt matrem pulcrarum arborum feracem. — Ego autem caram urbem claris illustrans carminibus, et feroci equo citius et nave alata quoquoversum nuntium mittam hunc: si modo divina quadam ope adjutus eximium Gratiarum (Musarum) colo hortum. Illæ enim præbere solent jucunda. Boni autem et sapientes viri divino munere — fieri solent. Quandoquidem quomodo tridenti-adversam Hercules clavam vibrasset manibus, quum ad Pylum stans obniteretur ei Neptunus? obnitebaturque eidem

Str. 1.

Ant. 17.

Ep. 33.

Str 2. 43.

argenteo-arcu-pugnans Phœbus; neque Pluto immotam tenuit hastam, mortalia corpora qua compellit cavum ad vicum mortuorum. Abjice mihi sermonem hunc, os. Nam conviciari diis odiosa sapientia est; et gloriari intempestive
Ant. 2. — insaniæ consonat. Ne nunc blateres talia. Mitte bel-
59. lum pugnamque omnem Immortalium, convertas potius ad Protogeniæ urbem linguam, ubi fulmina-vibrantis Jovis imperio Pyrrha Deucalionque, Parnasso cum descendissent, domum exstruxerunt primum, sineque concubitu ejusdem generis produxerunt lapideam sobolem, qui Lai adpellati sunt. Excita carminum illis modos sonoros, laudaque vetus
Ep. 2. quidem vinum; flores vero hymnorum — recentium. Aiunt
75. sane terram quidem inundasse nigram aquæ vim, sed Jovis arte resorptam esse repente undarum colluviem. Ex illis autem originem duxerunt æreis-clypeis-instructi vestri majores, origine Japetionidis stirpis filii puellarumque præstan-
Str. 3. tissimorum Cronidarum, indigenæ reges semper; — ante
85. quam Olympius rex cum filia Opuntis, e terra Epeorum rapta, clam consuevisset Mænaliis in jugis, eamque adduxisset ad Locrum, ne auferret cum senectus, mortem admovens, orbum prole. Enixa autem est prolem generosissimam uxor; gavisusque est intuitus heros subditum filium. Materni avi autem jussit eum cognominem esse, summum virum forma
Ant. 3. et factis, urbemque ei dedit populumque regendum. — Ad-
101. venerunt autem (ad eum) hospites ex Argis ex Thebisque, et Arcades itemque Pisatæ. Filium autem Actoris Æginæque Menœtium maxime honoravit inter advenas. Cujus filius cum Atridis in Teuthrantis solum profectus, stetit cum Achille solus, cum strenuos Danaos in fugam versos marinas in puppes Telephus compulisset, ut specimen daret, unde prudens quisque cognosceret Patrocli fortem animum: ex
Ep. 3. quo Thetidis proles periculoso illum in bello — rogabat, ne
117. umquam a sua seorsum mortalium-domitrice-hasta in acie staret. Essem facundus, ut procederem vectus in Musarum curru, audaciaque et ampla facultas mihi adesset. Enimvero ob hospitii necessitudinem virtutemque veni laudator Isthmiis Lambromachi coronis, dum ambo (ille et Epharmostos) vi-

cerunt — certamine, uno die; aliæ autem duæ ad Corinthi portas evenerunt postea victoriæ, aliæque Epharmosto Nemeæ in recessu; Argisque obtinuit decus (victoriam) inter viros, puerque Athenis. Quale autem Marathone, digressus ab imberbibus, sustinuit certamen adultiorum de argenteis phialis! virosque celeri dolo invicto quum superasset, pertransit. Circum quanto cum clamore formosus, et pulcer, cumque perpetrasset pulcerrima! — Parrhasio etiam populo admirandus adparuit Jovis in panegyri Lycæi, tumque quum frigidarum tepidum remedium aurarum (chlamydem) Pellenæ reportaret. Testis etiam est victoriarum ejus Jolai tumulus marinaque Eleusis. Quod natura autem contingit, optimum omne est. Multi vero hominum acquisitis disciplina virtutibus gloriam annixi sunt assequi. Absque deo autem (non propitio Genio) quod quis susceperit, sileri non deterius est (præstat) facinus unumquodque. Sunt enim — viæ (laudum consequendarum) viis aliæ ulteriores; neque unum omnes nos alet studium. Excellere aliqua in arte sane ardua res est. Hoc autem adferens præmium, alte vociferare audacter; huncce virum divinitus natum esse manu promtum, membris dextrum, adspectu robur præ se ferentem, qui inter sollemnes epulas (sacro facto) Ajaceam Oilidæ victor coronavit aram. Str. 4 127. Ant. 4. 143. Ep. 4. 159.

OLYMP. X.

AGESIDAMO LOCRO EPIZEPHYRIO,

PUGILI.

Olympicum victorem legite mihi Archestrati filium, qua in parte mentis meæ scriptus sit. Dulcem enim ei hymnum debere me oblitus sum. Sed tu, o Musa, atque tu filia Jovis, Veritas, vindice manu arcete mendacii reprehensionem, quæ in hospitem deliquisse me arguat. — Nam e longinquo Str. 1. Ant. 9.

superveniens protractum tempus gravis delicti pudore me suffudit; verumtamen diluere potest acrem hominum reprehensionem usura. Nunc calculum volutatum quo undæ provolvet fluctus? et quo (deductum) nos communem (urbi)
Ep. 17. hymnum jucundam ad gratiam persolvemus? — Gubernat utique Veritas urbem Locrorum Zephyriorum; curæque est illis Calliope et æneus Mars. Fugavit autem Cycnea pugna etiam violentum Herculem. Pugil vero in Olympico certamine victor Ilæ acceptum ferat Agesidamus, ut Achilli Patroclus. Acuens autem ad virtutem aliquis eum, qui natura ad rem factus est, ad ingens evehet (victoriæ) decus, dei cum
Str. 2. 26. auxilio. — At gaudium (victoria) sine labore contingere solet paucis: certamen laboriosum præ omnibus est vitæ decus. Certamen autem eximium canere me jubent Themides Jovis filiæ, quod antiquum juxta sepulcrum Pelopis vis Herculea instituit, postquam Neptunium interfecerat Cteatum præstan-
Ant. 2. 34. tem, — occiditque Eurytum, ut operæ præstitæ ab Augea violento, ab invito ipse flagitans, mercedem exigeret. In frutetis autem insidiatus sub Cleonis, oppressit et illos Hercules in via, quoniam antea aliquando Tirynthium profligaEpod. 2. 42. verant ipsi exercitum in recessibus hærentem Elidis — Molionidæ arrogantissimi. Atqui in hospitem fraudulentus Epeorum rex non multo post vidit patriam divitem, urbem suam, valido igni ictibusque ferri (vastatam) in profundum calamitatis gurgitem depressam. Iram enim potentiorum amoliri difficile. Etiam ille temeritate, postremus post expugnationem obviam factus, mortem gravem non effugit. —
Str. 3. 51. Hic vero ad Pisam quum coëgisset totasque copias prædamque omnem, Jovis fortis filius dimetiebatur sacrum locum Patri maximo; septoque facto Altin in patenti loco secrevit: inclusum autem campum constituit epularum deversorium,
Ant. 3. 59. honorans (sacro facto) fluvium Alphei — cum duodecim magnis diis, et collem Saturnium adpellavit. Antea enim, quum Œnomaus ei imperabat, ignobilis rigabatur multa nive. Hac vero in prima celebritate utique quidem prope adfuerunt
Ep 3. 67. Parcæ, quodque arguit solum veritatem certam, — Tempus. Hoc vero, (etsi) longissime progressum, declarat, (memo-

riam rerum servat,) ubi belli munus, spoliorum primitias, partitus immolaverit, et quinquennale quomodo instituerit festum; in Olympiade prima victoriaque quis recentem reportaverit manibus pedibusque et curribus victoriam in ludis consequutus gloriose certamine victor. — Stadio quidem vicit recto cursu pedibus currens filius Licymnii Œonus, qui venerat ex Midea cui imperabat; sed lucta illustrem reddidit Echemus Tegeam; Doryclus vero præmium pugilatus tulit, Tirynthem incolens urbem. Quadrigis autem — e Mantinea Semus canebatur; et jaculo Phrastor attigit scopum; saxo autem (disci) Eniceus jecit in longum, manum circumrotans, supra omnes, et sodalitio acclamationem expressit magnam. Tum vesperam illustravit pulcræ Lunæ amabile lumen, — personabatque totum delubrum inter jucundas epulas laudatorio cantu. Primordia vero illa prisca secuti, etiamnum, cognomine decus victoriæ superbæ, celebrabimus tonitru, rubenteque dextra missum telum gravistrepi Jovis, ardens fulmen, summa cum vi, (manui) aptatum. Tibiæ autem respondebit suavis modulatio carminum, — quæ apud inclitam Dircem sero quidem prodierunt. Sed ut filius ex uxore patri gratus est ad juventuti jam oppositam metam provecto, maximeque incendit amore animum; quandoquidem divitias accipere dominum adscititium alienum, morienti tristissimum fit: — sic, si cui rebus pulcre gestis absque carmine, Agesidame, ad Plutonis limen sit abeundum, inaniter postquam laboravit, brevem pro labore fructum consequitur. Tibi vero dulcisonaque lyra dulcisque tibia adfundit decus, præbentque amplam gloriam filiæ Pierides Jovis. — Ego autem, comitatus eas, studiose claram gentem Locrorum amplexus sum, melleque viris-insignem urbem irrigans, filium amabilem Archestrati laudavi; quem vidi vincentem manus robore aram apud Olympicam, illud circa tempus formaque pulcrum floridaque ætate constitutum, quæ avidam a Ganymede mortem propulsavit auxilio Veneris.

Str. 4. 76.

Ant. 4. 84.

Epod. 4. 92.

Str. 5. 101.

Ant. 5. 109.

Ep. 5. 117.

OLYMP. XI.

EIDEM AGESIDAMO,

PUGILI.

Str. 1. Est hominibus ventorum nunc plurimus usus, nunc item cœlestium aquarum, pluviarum filiarum Nubis. Si quis vero in laborioso certamine felix fuerit, suaves hymni laudum apud posteros caussæ; existitque inde fidum pignus magnis
Ant. 7. virtutibus. — Ingens vero hæc laus Olympionicis servatur. Id quidem nostra lingua procurare (tibi) cupit. Divinitus enim sapienti quisque floret pectore (ingenio). Scito nunc,
Ep. 13. Archestrati fili, tui, Agesidame, pugilatus caussa — ornamentum (hymni), de corona aureæ oleæ, dulcisonum accinam, Epizephyriorum Locrorum gentis memor (in laudum partem vocando.) Eo una choream instituite, o Musæ! spondebo, vos non ad eam, ceu hospites-fugantem populum, neque imperitum egregiorum facinorum, at peringeniosum et bellicosum, esse venturas. Nam ingenitos neque fulva vulpes neque graviter-rugientes leones mutaverint mores.

OLYMP. XII.

ERGOTELI HIMERÆO,

LONGIORI CURSU.

Str. 1. Supplico, filia Jovis Liberatoris, Himera potentissima pro urbe, Servatrix Fortuna. A te enim in mari gubernantur veloces naves, in terraque rapida bella concionesque deliberatoriæ. (Et tuo numine) aliæ hominum sæpe sursum, aliæ vero deorsum, mendacia (somnia) vana persequentes,
Ant. 10 volutantur spes. — Signum vero nondum aliquis terres-

trium certum de re futura invenit divinitus ; sed in futuris cæcutiunt mentes, multaque hominibus præter opinionem cadunt contraria gaudio ; altera ex parte qui in molestas inciderunt procellas, bono ingenti malum brevi permutarunt tempore. — Fili Philanoris, certe et tua, intus (intra domum) pugnantis ceu galli, paterna in domo, ingloria virtus emarcuisset pedum ; nisi seditio, civem cum cive committens, Cnosia te privasset patria. Nunc vero Olympiæ coronatus, et bis Pythone, in Isthmoque, Ergoteles, calida Nympharum balnea (Himeram) effers (celebrem reddis) habitans (ibi) in patriis agris. Epod. 19.

OLYMP. XIII.

XENOPHONTI CORINTHIO,

CURSU ET QUINQUERTIO.

Ter-Olympiis-victricem laudans domum, benignam civibus, hospitesque colentem, celebrabo beatam Corinthum, Isthmii vestibulum Neptuni, juvenibus florentem. In hac enim Eunomia habitat, sororesque, Justitia, urbium firmum fundamentum, et concors Pax, dispensatrices hominibus divitiarum, aureæ filiæ bene-consulentis Themidis. — Studeant autem arcere Insolentiam Fastidii matrem verbis-audacem. Habeo et præclara loqui, et audacia mihi recta linguam incitat ad dicendum. Difficile vero est celare ingenitos mores. Vobis igitur, Filii Aletæ, (Corinthii) sæpe, tum victoriarum decus præbuerunt eorum, qui summis virtutibus superarunt sacris in certaminibus, tum multas in corda immiserunt — hominum antiquas artes Horæ multum-floridæ. Omne vero inventoris opus est (tota inventi laus ei debetur). Bacchi unde (nisi a Corinthiis) prodierunt hymni cum Dithyrambo, (victoriæ præmium) bovem ducente ? Quis vero equestria per instrumenta, equorum moderamina ? aut in deorum templis, Str. 1. Ant. 1?. Epod. 23.

volucrum regem germinum (fastigium ab aquila ætoma dictum) constituit? Musa vero suave-spirans, et Mars in ea
Str. 2. floret, juvenum in exitiosis præliis. — O summe, late-do-
34. minans Olympiæ, ne aversus carminibus sis, et per tempus omne, Jupiter Pater, huncce populum incolumem servans, Xenophontis dirige fortunæ ventum. Accipe etiam ejus coronarum laudatorium carmen, quod reportat ex campis Pisæ in quinquertio, simulque stadii vincens cursu. Non conse-
Ant. 2. cutus est hæc mortalis umquam aliquis antea. — Duoque
45. ipsum texerunt plexu serta apii in Isthmiadibus prodeuntem, neque Nemea refragantur (in Nemeis idem evenit). Patris autem Thessali ad Alphei fluenta decus pedum repositum est; (cursus memoria consecrata est;) Delphisque reportavit stadii victoriam diaulique sole uno; menseque ipsi eodem asperis Athenis tria sane laborum præmia velox dies circum-
Epod. dedit pulcerrima comis. — In Hellotiisque septies. In mari-
2. 56 cinctis (Isthmiis) autem Neptuni certaminibus, Ptœodoro cum patre, plures et præclaræ laudes eum sequentur. Quoties etiam Delphis vicistis, inque saltu leonis! (Nemeæ). Certo cum multis de multitudine in his præclare gestorum; ut sane liquido non norim recensere marinorum calculorum
Str. 3. numerum. — Stat vero suus cuique rei modus, cujus op-
67. portunitatem intelligere, optimum est. Quin ego privatus (privati hominis laudandi caussa) progressus, publice prudentiamque laudando majorum, bellaque heroica virtute (gesta) non mentiar (vera narrabo) de Corintho: Sisyphum quidem sollertissimum artificiis ut deum; et patre invito parantem nuptias sibi Medeam, navis servatricem Argus et vectorum:
Ant. 3. — et quomodo olim fortiter ante Dardani muros visi sunt
78. in utramque partem pugnarum facere exitum, alteri quidem cum progenie cara Atrei, Helenam repetentes; alteri vero (in Trojanorum agmine) omni ope resistentes; ex Lycia enim Glaucum advenientem timuerunt Danai: adversus quos quidem gloriabatur, in urbe Pirenes patris (Bellerophontis) regnum et magnas opes esse ac domum avi sui, —
Epod. qui serpentigeræ filium olim Gorgonis Pegasum circa fontes
3. 89. frænare cupiens, multa sane pertulit ante, quam ei aureis-

phaleris-ornatum frænum virgo Pallas attulit: ex somnio autem statim vera res erat evigilanti. Dixit enim (dea:) Dormis, Æolide rex? Age delinimentum hoc equestre accipe, et Domitori illud sacrificans taurum nitidum patri (Neptuno) offer. — Cæruleum-scutum-gerens noctu dormienti ei Virgo talia dicere visa est. Exsiliit autem recto pede, adjacensque quum arripuisset prodigium, indigenam vatem gaudens accessit aperuitque Cœranidæ (Polyido) omnem eventum rei, quomodo ad aram deæ dormiisset noctu, ex ipsius (vatis) monito; quomodoque sibi ipsa Jovis fulminatoris filia dederit — ferociæ-domitorem aureum. Somnio vero quam celerrime parere jussit (vates) ipsum, et, postquam præpotenti robustum-pedibus taurum mactasset Neptuno, exstruere equestri aram statim Minervæ. Perficit vero deorum potentia facile etiam ultra quod jurasses ac sperasses, rem. Sane etiam fortis alacri animo prehendit Bellerophon, delinimentum mite intendendo circa maxillas, equum alatum. — Ubi vero adscendit, statim in armis æratus lusit. Cum illo autem etiam olim Amazonidum, aëris frigidi e sinibus deserti, sagittatorem jaculis-petens muliebrem exercitum, et Chimæram ignem spirantem et Solymos, interfecit. Reticebo ejus mortem. Equum autem in Olympo præsepia Jovis antiqua tenent. — Me autem rectum jaculorum mittentem turbinem, non decet præter scopum multa jacula firmis contorquere manibus. Musis enim pulcrithronis Oligæthidisque laudator lubens veni in Isthmum Nemeamque. At brevi sermone faciam manifesta multa, veraxque mihi jusjurandum aderit. Sexagies enim utroque in certamine dulcilinguis vox præconis victoriæ iis audita est. — Gesta autem Olympiæ eorum consentaneum est jam antea esse celebrata; futuraque tunc (cum evenere) dixero diserte. Nunc autem spero equidem; verum penes deum est eventus. Si vero fortuna congenita porro adest: (perstat:) Jovi hoc Martique relinquemus efficiendum. At in jugo Parnassio, Argisque quam multæ Thebisque, quamque multæ inter Arcades (victoriæ,) moderator testabitur Lycæus aræ rex, — Pellanaque et Sicyon et Megara Æacidarumque benc-septus lucus,

Str. 4. 100.

Ant. 4. 111.

Epod 4. 112.

Str. 5. 133.

Ant. 5. 144.

Epod. 5. 155.

Eleusisque, et opulenta Marathon, subque Ætna altijuga divitiis-florentes urbes, et Eubœa. Et totam per Græciam invenies inquirens plura quam quæ recognoscere possis. Sed ut levibus procedant pedibus, (ut felici successu utantur tribules Oligæthidæ,) o Jupiter, facito, modestiam tribuendo et fortunam victoriarum dulcem.

OLYM. XIV.

ASOPICHO ORCHOMENIO,

INTER PUEROS CURSU VICTORI.

Str. 1. CEPHISIARUM aquarum quæ colitis pulcris-equis-claram sedem, o divitis celebres reginæ Gratiæ Orchomeni, antiquorum Minyarum præsides, audite, dum preces fundo. Per vos enim jucunda et dulcia eveniunt omnia hominibus, ut sapiens, ut bonus, ut quis splendidus vir sit. Neque enim dii venerandis absque Gratiis moderantur aut choros aut convivia: sed, omnium dispensatrices, quæ fiunt in cœlo, aureo-arcu-insignem habentes juxta Pythium Apollinem thronos,
Str. 2. sempiternum colunt patris Olympii honorem. — Veneranda
19. Aglaia, cantuumque-amans Euphrosyne, deorum summi filiæ, exaudite nunc, tuque, Thalia cantuum amans, adspiciens hanc pompam ob propitiam (victoriæ) sortem levi gressu incedentem. Lydiis enim Asopichum modis carminibusque ut celebrarem, veni: quoniam Olmpica-victrix Minyea (Orchomenus) per te est. Ad atram domum Proserpinæ ito, o Fama, patri celebrem adferens nuntium, Cleodamum ut conspicata, filium (ejus Asopichum) referas juvenilem sibi ad recessus illustris Pisæ coronasse inclitorum certaminum alis (præmiis in sublime efferentibus) comam.

PYTHIA.

PYTH. I.

HIERONI ÆTNÆO, SYRACUSIO,

CURRU.

O AUREA cithara, Apollini Musisque flavicomis accinens in- Str. 1.
strumentum, quam audit (chori) gressus, lætitiæ sollennis
initium; et (cujus) obtemperant concentores signis, choros-
ducentium quando hymnorum præludia facis resonans!
Et cuspidatum fulmen exstinguis perpetui ignis; dormitque
super sceptro Jovis aquila, velocem alam utrimque demittens,
— rex avium; et atram adunco ejus capiti nebulam, palpe- Ant. 13.
brarum suave claustrum offundis; dormiensque illa molle
(inflexum) tergum attollit tuis ictibus delinita. Quin etiam
violentus Mars, aspera seposita hastæ cuspide, recreat cor
sopore. Tela (sonorum) namque etiam deorum mulcent
animos Latoidæ arte (missa) sinuosisque-pallis-indutarum
Musarum.—Quæquæ vero non amat Jupiter, conturban- Ep. 25.
tur (ea,) vocem Pieridum ubi audierint, per terram mareque
indomitum; quique in horrendo Tartaro jacet, deorum hos-
tis, Typhos centiceps, quem olim Cilicium enutrivit famo-
sum antrum: nunc vero et supra Cumas mari-septa littora et
Sicilia ejus premit pectora hirsuta, columnaque cœlestis (eum)
cohibet, nivosa Ætna, per totum annum acris nivis nutrix:
— cujus eructantur inaccessi ignis liquidissimi ex cavernis Str. 2.
fontes, fluviique interdiu profundunt vorticem fumi canden- 40.

tem; noctu vero saxa volvens rubicunda flamma in profundum defert maris æquor cum fragore. Sic illa bellua Vulcani gurgites horrendos ejectat; prodigium quidem mirabi-
Ant. 2. 52. le adspectu, miraculum vero et iis, qui adfuere, auditu, — quomodo Ætnæ inter nigri-frondes alligatus sit (Typhos) vertices imasque radices; lectusque lancinans totum dorsum (solo) acclinatum pungat. Utinam, Jupiter, tibi utinam probatus sim, qui hunc tueris montem fertilis terræ frontem, cujus cognomine inclitus conditor illustravit urbem vicinam; dum Pythiadis in cursu præco proclamavit eam, pronunti-
Epod. 2 64. ans propter Hieronis splendidi victoris — currus. Navigantibus vero præcipua felicitas ea contingit, navigationem auspicantibus secundus si veniat ventus; hinc enim verisimile, etiam in fine felicem reditum eos consecuturos. Atque hæc ratio hasce propter victorias spem adfert deinceps futuram esse Ætnam coronatis equis inclitam, dulcisonisque (victorum) conviviis celebrem. O Lycie et Delo-imperans Phœbe,
Parnassique fontem Castalium amans, velis hæc (hoc omen)
Str. 3. 79. animo reponere, et viris-florentem regionem. — A diis enim (sunt) conatus omnes humanarum virtutum; et sapientes, et manibus fortes, facundique nascuntur. At virum ego illum laudare in animo habens, spero me non ærea-cuspide-munitam sagittam præter scopum jacturum manu vibrando; sed longe ejaculatum victurum adversarios (æmulos). Utinam vero omne tempus felicitatem sic opumque munera
Ant. 3. conservet, ærumnarumque oblivionem præbeat! — Utique
91. reminiscitur adhuc (Hiero,) quantas in bellis pugnas tolerauti animo sustinuerit, cum (eæ) pararunt diis juvantibus gloriam, qualem nemo Græcorum decerpsit, opum decus magnificum. Nunc vero Philoctetæ exemplum imitatus militavit: cum enim ex necessitate, amicum sibi ut redderet, aliquis etiam paullo superbior palpavit. Aiunt nimirum in
Epod. 3. Lemno vulnere adflictum investigaturos venisse — heroas
103. divinos Pœantis filium sagittatorem; qui Priami urbem evertit finivitque labores Danaorum, etsi infirmo corpore incedens: sed ita fieri fatale erat. Sic vero Hieroni deus servator adsit futuro (quoque) tempore, corum, quæ optat, op-

patientis Vertumni pectora. O Musa, dum apud Pisas
Tyrrhenos, Etruscos, Tuscos, Tyrrhenos, Etruscos, Tuscos, Tyrrhenos, Etruscos, Tuscos,

modum sumtibus: sed expande, tamquam gubernator, velum ventosum. Ne circumveniaris, o amice, blandis insidiis
Ep. 5. (adulatorum). Post-mortem-sequens fama gloriosa — sola
181. defunctorum virorum vitam declarat tam per scriptores, quam per poëtas. Non perit Crœsi benefica virtus. At in tauro æneo (hominum) ustulatorem sævum mente Phalarim invisa tenet ubique fama, neque ipsum citharæ domesticæ in consortium suave puerorum cantibus admittunt. At bona fortuna uti, primum præmiorum; bene vero audire, secunda felicitas. Utrumque autem quicumque attigerit nactusque fuerit, is coronam summam reportavit.

PYTH. II.

EIDEM HIERONI,

CURRU.

Str. 1. O MAGNA urbs Syracusarum, bellicosi templum Martis, virorum equorumque ferro-armatorum divina nutrix. Tibi hoc claris a Thebis adferens carmen venio, nuntium quadrigæ terram-quatientis, qua victor Hiero curribus-insignis eminus-fulgentibus redimivit Ortygiam coronis, fluvialis sedem Dianæ; qua non sine, agilibus manibus, istius (quadrigæ) ad-
Ant. 16. fabre-frænatos domuit pullos. — Nam sagittis-gaudens Virgo manu gemina, præsesque certaminum Mercurius, radiantes imponit phaleras, politum quando ad currum quadrigasque habenis-parentes jungit robur equinum, tridentigerum præpotentem invocans deum. Aliis vero alius quis perfecit poëta canorum regibus hymnum præmium virtutis. Resonant de Cinyra passim laudes Cypriorum, quem auricomus propense dilexit Apollo, — sacerdotem, delicias, Veneris.
Ep. 31. Impellit vero ad hoc pietas gratiam referre studens alicui pro beneficiis acceptis. Te vero, o Dinomenee fili, Zephyria ante ædes Locrensis virgo celebrat, dum ex bellicis calamitatibus difficillimis tua virtute (liberata) fidenter tuetur,

Deorum autem jussu Ixionem aiunt hæc mortalibus dicere in alata rota perpetuo volutatum, ut benefactorem grata remuneratione vicissim afficientes colant. — Expertus autem ille est rem manifesto. Benevolos enim apud Cronidas jucundam agens vitam, non diu sustinuit eam felicitatem, insana mente Junonem dum deperit, quam Jovis conjugium tenet dulce. At ipsum petulantia ad scelus insolens impulit. Mox vero passus digna exquisitam sustinet ærumnam. Duo autem delicta, quæ calamitatem hanc ei attulerunt, erant: et quod heros cognatum sanguinem (cognatorum cædem) primus non sine fraude intulit hominibus; (socerum Deioneum necando;) — et quod magna-penetralia-habentibus (magnis) aliquando in thalamis Jovis uxorem sollicitavit. Enimvero fas est pro se (ad suum quemque modulum) semper cujusque rei in oculis habere modum. Concubitus illegitimi in malum ingens conjicere solent homines. In quos etiam hic incidit; quandoquidem cum nube concubuit fraudem dulcem sectatus ignarus homo. Forma enim (nubes) præstantissimæ assimulata erat cœlesti filiæ Saturni, hasque insidias ipsi fecerant Jovis manus, pulcram perniciem. Quadriradium autem peperit sibi vinculum — suam perniciem ille quidem; tumque in has membrorum compedes, unde evadere non liceret, conjectus, illam admodum-vulgatam declaravit sententiam. Absque Gratiis vero ei peperit (Nubes) sola solam sobolem monstrosam, neque inter homines acceptam, neque deorum sedibus; quam nominavit, cum enutriisset, Centaurum. Qui cum equabus Magnesiis congressus est in Pelii convallibus; indeque nati sunt populus admirandus utrisque similes parentibus, matri quidem inferius, desuper vero patri. — Deus omnem ex voto exitum perficit; deus, qui etiam pernicem aquilam adsequitur, et marinum antevertit delphinem, et superborum aliquem prosternit mortalium, contra aliis decus, non senescens præbet. Me vero oportet fugere belluam infestam, maledicentiam. (nec Ixionis scelera et pœnas diutius exagitare.) Scio enim, quamvis (tempore) procul ab illo, multum in miseria (in magna difficultate constitutum) conviciatorem Archilochum maledicis

Str. 2. 45.

Ant. 2. 60.

Ep. 2. 75.

Str. 3. 89.

criminationibus delectatum. Ditescere autem ita, ut con-
Ant. 3. 104. juncta sit sors sapientiæ, optimum est. — Tu vero manifeste eam liberali animo possides, o rex, domine multorum bene coronatorum (muris) vicorum et populi. Si vero quis jam divitiisque et honore dicat alium quendam majorum per Græciam exstitisse te superiorem, stolida is mente luctatur perperam. Ego vero (tanquam) pulcram conscendam classem, (in altum evehar laudando) virtutem celebraturus. Juventutem tuam commendat audacia in gravibus bellis:
Epod. 3. 119. unde etiam aio te immensam gloriam invenisse — quum inter equestres copias pugnantem, tum inter pedestres. Consilia vero senilia (tua) tutam mihi materiem omni modo laudandi præbent. Salve! (felix esto!) Mittitur hoc carmen ad modum Phœniciæ mercis trans canum mare. Respice vero benevole excipiens Castoreum Æoliis fidibus (cantatum) munus septichordæ citharæ. Sis qualis es ex bona institu-
Str. 4. 133. tione. Venustus sane simius pueris; semper — venustus! (Sic rex adulatoribus semper sapiens, magnus.) At Rhadamanthus clarum nomen habet, quia mentis habebat fructum incorruptum (sapientiam), neque fraudibus (adulatorum) animo oblectabatur suo; quod quidem artibus susurronum hominum contingere fere semper solet: malum utrisque inextricabile. Calumniarum interpretes; moribus impense vulpium similes. Quoad lucrum vero, quid adeo hoc lucrosum est? Etenim in marino velut labore (piscatione), submerso reliquo retis funiculo, suberis instar, non submersus
Ant. 4. 148. ego in superficie maris nato *. — Fieri non potest, ut verbum emittat valens (ad persuadendum) inter bonos dolosus civis. Verumtamen adulator omnibus abblandiens, malum † utique texit. Non hujus ego particeps sum impudentiæ. Amicum decet amare; in inimicum vero et ipse inimicus lupi more incurram, hic illic incedens viis obliquis. In omni

* Quidsi σινάλιος πόνος de navigatione vel naufragio (ut Pyth. iv. 47. σινάλιον δόρυ de navi) et σχινὰ ἐπίρρα de navi ipsa vel fractæ navis tabulis intelligatur? (K.)

† ἄτας. v. Not. Edit.

VII. Hispaniae administrationem nactus C. Iulius, ut ab urbe discessit, ad Gades in conventu egit, ut mos est, et ius dixit. Deinde ad fretum venit, et, cum ibi quoque ius dixisset, Tingin profectus est, quod ea quoque in Hispania sunt. Hic cum duo res, duo bella subito exorta sunt. Nam et Mauri, qui finitimi sunt provinciae, rebellarunt, et Marius Sura, quem Pompeius Hispaniae praefecerat, ibi cum exercitu fuit. Quibus rebus motus Caesar, quod et provinciam tutam esse volebat, et ipse gloriae cupidus erat, maturavit exercitum parare. Mauros, priusquam bellum grave existeret, compressit, et Suram, qui se ei obtulerat, recepit. Ita, quod ante non fuerat, Pompeianis Mauros habere in fide coepit. Quibus rebus confectis, ad exercitum Romam misit, ipse Gades ad conventum rediit. Ibi cum ei nuntiatum esset, Pompeium Varronem, legatum suum, in Lusitania rebellare, et quosdam civitates, Pompeio fidem praestare, ipse, ut erat paratus, ad eum proficiscitur. Quo cum venisset, Varro, qui se diutius sustinere non posse existimabat, pacem petere coepit. Caesar, ut

TITUS M. ETRUSCUS

RERUM GESTARUM

T. quae Gaesare Pompeio — in his fuit non Gaesare — neque apud Gaesare — in caput Gaesaris — et omnes Gaesare — Gaesare — Gaesare —

amavit absentia; quemadmodum etiam (alii) multi adfecti esse solent. Est nimirum genus hominum stolidissimum, qui (quorum quisque) contemnentes præsentia circumspici-
Str. 2. 42. unt remota, vana consectantes irrita spe. — Contraxit hujusmodi magnam culpam pulcre-vestitæ animus Coronidis. Venientis enim ex Arcadia hospitis in lecto concubuit. Non autem latuit speculatorem. In Pythone enim, ovium-mactatarum-receptrice, hæc sensit templi rex Loxias ab arcanorum conscio integerrimo, in mentem (sibi id) inducens, omnia scienti animo. Nam falsa non admittit, fallitque eum
Ant. 2. 55. nec deus nec homo nec factis nec consiliis. — Etiam tunc sentiens Ischyis Elatidæ, qui peregre advenerat, concubitum nefariamque fraudem, misit sororem, ira furentem ingenti, Laceriam. Nam ad Bœbiadis (paludis) ripas habitabat virgo. Fatum autem infestum, ad malum quod (eam) impulerat, perdidit eam. Et vicinorum multi in societatem mali venerunt. Nam simul perierunt; magnamque in monte
Ep. 2. 68. ignis ex uno semine irruens vastavit silvam. — At postquam strue in lignea collocarunt cognati puellam, fulgorque circumcurrit vehemens Vulcani, tunc dixit Apollo: Non sustinebo animo, sobolem meam perdere miseranda morte, matris gravi cum interitu. Sic dixit, gressuque primo prehensum puerum e cadavere eripuit; ardens autem ipsi dissiluerat pyra. Et utique eum Magnesio adferens tradidit Centauro, ut is doceret eum multinocuos hominum sanare morbos. —
Str. 3. 83. Hos igitur, quotquot eum adierunt, aut sponte-enatis ulceribus adflicti, aut cano ære saxove eminus jacto membra vulnerati, aut æstivo igni frigoreve hiberno corpus læsi liberans alium ab aliis doloribus eduxit; alios quidem mollibus incantationibus curans, alios vero lenientibus potionibus, vel membris circumnectendo undique medicamina, (amuleta)
Ant. 3. 96. alios denique sectionibus restituit sanos. — Verum lucro etiam sapientia irretiri solet. Pervertit et illum ampla auri merces, in manibus fulgens, ut virum e morte reduceret jam damnatum (morti). Sed manibus Saturnius trajiciens utrisque respirationem pectorum abstulit celeriter, ardensque fulmen inflixit mortem. Oportet a diis flagitare ea, quæ conveni-

unt mortalibus mentibus, reputando, id quod in promtu est, qualis simus naturæ. — Ne, anime mi, vitam immortalem affecta. Sed quam perficere possis exerce operam. Si vero prudens antrum inhabitaret adhuc Chiron, et aliquod ei delinimentum in animum dulciloqui hymni nostri instillare possent; utique ipsi persuaderem, ut et nunc strenuis viris medicum præberet acutarum febrium aut aliquem Latoidæ (Apollinis) aut patris (Jovis) filium advocatum (ut opem ferret). Atque tum navibus proficiscerer, Ionium secans mare, Arethusam ad fontem, ad Ætnæum hospitem. — Qui Syracusis imperat rex clemens, civibus non invidens bonis, hospitibus autem admirandus pater. Ad quem si descenderem, geminum, sanitatem adferens aurcam, munus, hymnumque, certaminum Pythiorum splendorem coronarum, quas victor Pherenicus (equus) reportavit modo Cirrhæ; sidere cœlesti, opinor, splendidius ei lumen venirem utique, profundo mari trajecto. — Sed preces facere equidem volo Matri, quam puellæ juxta meum vestibulum una cum Pane colunt frequenter noctu, venerandam deam. Cum tu vero sapientiæ intelligere summam, o Hiero, veram didiceris, edoctus scis ex iis, qui ante nos vixerunt: unum juxta bonum mala simul gemina distribuunt mortalibus Immortales. Illa vero non possunt stulti decenter ferre; sed (possunt) boni, meliora qui obvertere solent extra. — Tibi autem sors felicitatis contigit. Si quem enim hominum, regem certe populi ducem respicit magna fortuna. Vita tamen calamitatis expers non contigit neque Æacidæ Peleo, neque divino Cadmo: qui tamen dicuntur mortalium felicitatem summam tenuisse, quique aureis-reticulis-redimitas canentes in monte (Pelio) Musas septiportibusque audierunt Thebis, cum (alter) Harmoniam duceret magnis-oculis-insignem, alter vero Nerei prudentis Thetin filiam inclitam. — Et dii epulati sunt apud utrumque, et Saturni filios reges viderunt aureis in thronis (epulis nuptialibus assidentes) muneraque sponsalia acceperunt; Jovisque beneficio ex prioribus malis recreati animum erexerunt. Attamen posteriore tempore illi quidem (Cadmo) gravibus tres filiæ malis abstulerunt lætitiæ

Ep 3. 109.

Str. 4. 124.

Ant. 4. 137.

Ep. 4. 150.

Str. 5 165.

partem; candidis-ulnis-insignis autem Thyonæ Jupiter pater
Ant. 5. venit ad thorum amabilem. — Hujus vero (Pelei) filius,
178. quem solum immortalis peperit Phthiæ Thetis, in bello sagittis anima amissa, excitavit igni concrematus Danais planctum. Si quis igitur mortalium mente tenet veritatis rationem, eum fas est, deorum beneficio si consequitur hoc, esse felicem. (felicitate frui, si ei obtigit; verum et ad alteram fortunam paratum habere pectus.) Alis vero aliæ auræ sunt alte-volantium ventorum; Felicitas (que) hominum non diu durat, si qua magna nimisque cumulata homini ingruerit. —
Ep. 5. Tenuiter me geram in fortuna tenui; magnifice (majore cum
191. impensa) in ampliori; semperque eam, quæ mihi adest, fortunam animo prosequar pro viribus meis colens. Si vero mihi divitias deus lautas præbuerit: spem habeo, gloriam me consecuturum esse excelsam apud posteros. Nestorem et Lycium Sarpedonem, hominum fabulas, ex carminibus sonoris, artifices qualia sapientes concinnarunt, novimus. Virtus enim inclitis carminibus diuturna evadit. Paucis vero (id) assequi facile est.

PYTH. IV.

ARCESILAO CYRENÆO,

CURRU.

Str. 1. Hodie oportet te viro amico adesse, bellicosæ regi Cyrenes, ut pompam-agente cum Arcesilao, o Musa, Latoidis debitum Delphisque secundes auram secundam carminum; ubi olim aureis Jovis aquilis assidens, non absente Apolline, sacerdos oraculo edixit: Battum conditorem frugiferæ Libyæ, sacra insula jam relicta, conditurum curribus-præstantem urbem
Ant. 15. in albicante ubere terræ; — et Medeæ vaticinium in animum revocaturum cum septima et decima generatione Theræum; Æetæ quod quondam magnanima filia efflavit ex immortali ore regina Colchorum. Dixit vero sic semideis Jasonis bel-

licosi nautis: Audite, filii fortium virorum deorumque: aio enim, ex hac marivaga aliquando terra Epaphi filiam plantaturam esse urbium stirpem mortalibus caram, Jovis in Ammonis sedibus. — Delphinesque breviter alatos (pinnatos) Ep. 29.
equis permutantes velocibus, habenas pro remis et currus gubernabunt procellipedes. Illud augurium eveniet (exitum habebit), ut magnarum urbium metropolis Thera fiat, quod olim Tritonidis ad ostia paludis a deo homini assimulato terram dante pro xeniis e prora Euphemus descendens accepit: faustum autem ei Saturnius Jupiter pater superintonuit tonitru; — quando ancoram æreum-os-habentem, velocis Ar- Str. 2.
gus frænum, e navi suspendentibus occurrit (deus ille). 42.
Duodecim nimirum antea dies ex Oceano ferebamus super terga terræ deserta marinam trabem consiliis eductam meis. Tunc igitur solivagus deus accessit splendida viri venerandi facie assumta: amicisque verbis orsus est, hospitibus velut advenientibus benefici hospites cœnam denunciant primum. — [Enimvero reditus causa dulces prohibebat (nos) ma- Ant. 2.
nere]. Dixit vero, Eurypylum terram-continentis filium im- 56.
mortalis Neptuni esse. Cum autem videret (nos) festinantes: statim arripiens dextra obvium terræ hospitale munus studuit (Euphemo) dare. Neque recusavit illam heros; sed in littora prosiliens manui ejus manum cum contra porrexisset, accepit glebam divinam. Audio autem eam submersam e navi marina diffluxisse aqua, — sub vesperam humido pelago Ep. 2.
illapsam. Utique ipsam mandaveram sæpe levantibus-(he- 70.
rum)-labore famulis servandam. At eorum oblitæ sunt mentes. Atque nunc in hacce insula immortale profusum est Libyæ spatiosæ semen ante tempus. Si enim domi eam (glebam) projecisset in inferas Orci fauces, ad sacram Tænarum Euphemus ubi pervenisset, filius equitum-præsidis Neptuni, rex, quem olim Europa Tityi filia peperit Cephisi ad ripas: — quarta generatione filiorum prognatorum so- Str. 3.
boles ejus cum Danais latam illam continentem accepisset. 83.
Tunc enim e magna egredientur Lacedæmone Argivoque sinu et Mycenis. Nunc vero peregrinarum mulierum amplexibus (Euphemus) præclarum suscipiet genus (virorum,)

qui in hancce beneficio deorum insulam venientes genituri sint virum, camporum nigrorum dominum, (Battum:) quem quidem auri-divite aliquando in æde Phœbus admonebit
Ant. 3. oraculis Pythium templum ingressum: — ut tempore seri-
97. ore navibus multos deducat Nili ad pingue templum Saturnii. Erat hæc Medeæ verborum series. Obstupuerunt vero immoti silentio heroes divini reconditum vaticinium audientes. Te vero, o beate fili Polymnesti, hoc sermone oraculum erexit sacerdotis Delphicæ sponte editum, quæ te salvere ter cum jussisset, fato destinatum regem declaravit Cyrenes, —
Ep. 3. dum tu interrogabas: quomodo impedita loquela solvi deorum
111. beneficio posset. Utique etiam nunc, ceu floribus-purpurei veris in vigore, inter hujus (Batti) posteros octava floret progenies, Arcesilaus: cui Apollo Pythoque gloriam per Amphictyonas præbuit cursus. Ego vero eum Musis tradam et aureum vellus arietis. Ad illud enim dum navigabant Minyæ, divinitus missi ipsis honores originem habuerunt. —
Str. 4. Quænam igitur initia fuerunt navigationis? quæque necessi-
124. tas validis adamantinis illos alligavit clavis? Fatale erat Peliam ab illustribus Æolidis interfici sive manibus, sive consiliis sævis. Venit nimirum animo ejus prudenti horrendum vaticinium apud medium umbilicum (Delphos) arborosæ editum matris: ut virum altero tantum pede calceatum magnopere caveret, si quando altis e recessibus in
Ant. 4. apricam terram veniret talis inclitæ Iolci — sive peregrinus,
138. sive civis. Venit igitur tandem hastis geminis vir terribilis; vestisque dupliciter eum texit: altera, Magnetibus usitata, applicans se admirandis membris; altera vero circa eam pardi pellis arcebat horrorem-incutientes imbres. Neque comarum cincinni detonsi abierant pulcri, sed per totum tergum splendebant. Mox vero, recta accedens, sui constitit animi imperterriti experimentum dans in foro quum
Ep. 4 frequens esset turba. — Atque eum quidem non agnosce-
132. bant; animadvertentium tamen aliquis dixit ita: Numquid hic est Apollo? neque sane æreo-curru-utens maritus est Veneris. In Naxo autem clara aiunt obiisse Iphimediæ filios Otum, et te, o audax Ephialta rex. Etiam Tityum sagitta

Dianæ confecit velox ex invicta pharetra depromta; ut quisque ad licitos amores adspirare amet. — Talia illi inter sese invicem loquebantur. Mulabus autem politaque rheda concitate Pelias supervenit properans. Obstupuit autem statim adspecto bene-cognito calceo dextrum tantum circa pedem. Occultans tamen animo metum allocutus est eum: Quamnam terram, o hospes, profiteris patriam esse? et quænam hominum te terrigenarum candido emisit ventre? odiosissimis mendaciis non contaminans (ea quæ dicis) dic genus. — Huic autem confidenter placidis verbis sic respondit: Aio disciplinam Chironis me afferre. Ex antro scilicet venio a Chariclo et Philyra; ubi Centauri me filiæ educarunt castæ. Viginti autem postquam complevi annos, nihil neque facto neque verbo obsequioso illis significans redii domum, pristinum recuperaturus regni patris mei, quod olim Jupiter populorum duci Æolo liberisque ejus dederat, injuste ab alio occupati, honorem. — Audio enim Peliam iniquum splendidis obsecutum præcordiis violenter illud nostris juste imperantibus parentibus eripuisse; qui me, cum primum vidi lumen, insolentis regis veriti injuriam, funere tanquam defuncti atro in ædibus cum ejulatu mulierum instituto, clam emiserunt fasciis in purpureis; noctem arbitram facientes itineris, Saturnioque nutriendum Chironi tradiderunt. — Sed harum quidem rerum capita tenetis. Equestrium vero parentum ædes vos, o incliti cives, indicate mihi aperte. Æsonis enim filius, indigena, non peregrinam veni in terram aliorum. Centaurus vero me divinus Jasonem nominans appellavit. Sic dixit. Atque illum ingressum agnovit oculus patris; ejusque ex senilibus palpebris ebullierunt lacrimæ; suo in animo quandoquidem gavisus est eximie, filium cum videret pulcerrimum hominum. — Tum fratres Æsonis ad eos ambo venerunt, illius ad famam: ex propinquo quidem Pheres fontem Hypereidem linquens; ex Messene vero Amythaon; statim etiam Admetus venit et Melampus lubentes ad patruelem. Convivii vero munere cum amicis verbis eos excipiens Jason, (muneribus) hospitalibus convenientibus præbitis omnem hilaritatem intendit, per to-

Str. 5. 165.

Ant. 5. 179.

Ep. 5. 193.

Str. 6. 206.

Ant. 6. 220.

tas quinque decerpens noctes atque dies sacrum lætitiæ
Ep. 6. florem; — at sexto die omnem ille ab initio serium sermo-
234. nem propositum cum consanguineis communicavit. Illi vero obsequuti sunt. Statim vero ex sedibus proruit cum illis. Et venerunt ad ædes Peliæ, irruentesque constiterunt. De iis vero cum audisset, ipse obviam processit Tyrus comarum-studiosæ filius. Placidum autem Jason molli voce stillans sermonem jecit fundamentum sapientum verborum:
Str. 7. Fili Neptuni Petræi, — sunt quidem hominum mentes ve-
247. lociores ad utilitatem fraudulentam justitiæ præferendam, cum tamen ad asperum sibi sic viam parare soleant exitum. At me oportet et te, legitime frænatis affectibus, texere futuram (nostram) felicitatem. Scienti tibi dico. Una mulier Cretheique mater fuit et audacis-consilio Salmonei; tertia vero generatione nos deinceps ab illis sati robur solis aureum cernimus. Parcæ autem aversantur, si qua simultas inter-
Ant. 7. cedit cognatis, pudore (pietate inter eos) extincto. — Non
261. decet nos duos æs-penetrantibus gládiis aut jaculis magnas majorum opes partiri. Oves quippe tibi ego et boum flavos greges relinquo agrosque omnes, quos ablatos meis parentibus depasceris, opes tuas alens. Neque me angit, quod tuam domum hæc valde amplificant. Sed sceptrum regium et thronum, cui olim Crethides (Æson) insidens equestrium dirigebat populorum jura; hæc quidem sine communi mo-
Ep. 7. lestia — redde nobis, ne quod gravius inde tibi excites malum.
275. Sic utique dixit. Placide autem vicissim allocutus est eum etiam Pelias: Ero talis. Sed jam me senilis pars ætatis urget: (adest mihi senectus; tuæ vero ætatis flos adhuc viget; potesque auferre iram inferorum. Jubet enim Phrixus profectum ad Æetæ thalamos suam animam piare, pellemque arietis villosam auferre, quo olim e mari servatus fuit —
Str. 8. eque novercæ impiis telis. Hæc mihi mirum somnium al-
288. lapsum mandat. Ego vero oraculum consului apud Castaliam, si quid explorari posset; idque jussit me quam celerrime navi suscipere profectionem. Hunc tu laborem sponte perfice, tum tibi monarchiam et regnum juro me traditurum, firmum jusjurandum (is, per quem sancte juratur) testis ad-

sit nostrum utrique Jupiter genitalis. In pactum hoc ubi convenissent, discesserunt. At Jason ipse jam — incitabat præcones instantem navigationem ut denunciarent ubique. Statim vero Saturnii Jovis filii tres nigrisque-superciliis-ornatæ Alcmenæ Ledæque invicti-pugnatores venerunt, duoque alte-comati viri, Neptuni soboles, reveriti (Jasonis) virtutem, eque Pylo et a promontorio Tænaro; quorum, Euphemi quidem tuaque, o Periclymene fortissime, gloria insignis (hac expeditione) reddita est. Apolline vero natus, citharœdus carminum pater, accessit laudibus clarus Orpheus. — Misit porro Mercurius auream-virgam-gestans duos filios ad difficilem laborem, unum Echionem, juventæ vigore plenos, alterum Erytum; statim autem, ad Pangæi montis radices habitantes, venerunt. Promtus etiam animo lubenti cito armavit Zeten Calainque rex ventorum, pater Boreas, viros ambo alis terga horrentes purpureis. Hocce ad inflectendos-animos-potens dulce in Semideis desiderium accendit Juno — navis Argus: ne quis relictus periculorum expertem, apud matrem maneret, vitam fovens; sed ut vel mortis cum periculo ornamentum pulcerrimum virtutis suæ æqualibus assequeretur cum aliis. In Iolcum vero postquam descendit nautarum flos: recensuit omnes, postquam laudasset, Jason. Et vero vates ex auguriis sortibusque vaticinans sacris Mopsus, navem conscendere jussit exercitum promtus (auguria fausta nuntians). Postquam autem e rostro desuper suspenderant ancoras: — auream manibus capiens phialam dux, in puppi, patrem Cœlitum, fulminatorem Jovem, et celeres fluctuum ventorumque motus precabatur et noctes, et maris vias, diesque felices et optabilem reditus fortunam. E nubibus vero ei respondit tonitru fausta vox; splendidique venerunt radii ex fulgure erumpentes. Animum autem heroes receperunt dei prodigiis confisi. — Jussit vero eos incumbere remis prodigiorum speculator, dulces indicans spes. Remigatio igitur asperarum manuum labore indefessa successit; Notique flatibus ad Ponti Axini ostium acti venerunt; ubi sacrum Neptuno marino constituerunt delubrum: fulvus autem Thraciorum taurorum grex aderat: divinamque lapideam

Ant. 8. 302.
Epod. 8. 316.
Str. 9. 329.
Ant. 9. 343.
Epod. 9. 357.

aram: In periculum vero grave conjecti, domino supplica-
Str. 10. bant navium (navigationis) — ut concurrentium impetum
370. ineluctabilem effugerent petrarum. Geminæ enim erant, vivæ, volvebanturque velociores, quam graviter-stridentium ventorum acies. Sed jam mortem illa iis Semideorum navigatio adducebat. Phasin autem deinde ingressi sunt, ubi nigris Colchis robur (h. se) admoverunt (cum iis congressi sunt) Æetam apud ipsum. Domina autem acutissimorum telorum Cypria Venus versicolorem torquillam, indissolubili
Ant. 10. quatuor radiorum rotæ alligatam, — furiosam avem, primum
384. ad homines cœlitus detulit, precesque incantatrices edocuit sapientem Æsonidam, ut Medeæ eximeret parentum reverentiam, desiderabilisque Græcia ipsam in pectore ardentem versaret flagello Suadæ. Atque mox illa (Medea) summam laborum paternorum (a patre injunctorum) ostendit Jasoni, oleoque permixta remedia dolorum dedit, quibus ungeretur; pactique sunt communes nuptias dulces inter se jungere. —
Ep. 10. At postquam Æetes adamantinum in medio aratrum statue-
398. rat, et boves, qui flammam e flavis malis spirabant ardentis ignis, æreisque ungulis pulsabant terram alternis: hos adductos jugo admovit solus (Æetes); rectosque sulcos in longum ducens egit, et glebas-emittentis ad orgyæ altitudinem dissecuit dorsum terræ. Tum ita dixit: Hoc opus, rex qui præest navi, mihi si perfecerit: incorruptibile stragulum
Str. 11. auferat, — vellus splendidum aureo villo. Sic eo dicente,
411. abjecto Jason croceo vestimento, deo fretus, aggrediebatur rem. Ignis vero eum non turbabat veneficiorum-peritissimæ hospitæ præceptis (medicaminibus). Protracto vero aratro bubulis quum religasset necessitatis (domantibus) instrumentis colla (taurorum,) incutiens validorum-laterum-corpori stimulum gravem, fortis elaboravit imperatum (agri) spatium. Ingemuit vero tacito quamvis dolore robur Jasonis Æetes admiratus — simulque socii forti viro amicas porri-
Ant. 11. gebant manus, coronisque eum herbaceis redimiebant, blan-
423. disque sermonibus excipiebant. Statim autem Solis admirandus filius vellus splendidum indicabat, ubi illud extenderant Phrixi cultri. Sperabat autem non item ei huncce perfec-

turum esse (Jasonem) laborem. Repositum enim erat in saltu, draconisque custodiebatur sævissimis malis, qui crassitie longitudineque quinquaginta-remorum navem (ipsam Argo) superabat, quam construxerant ictus ferri. — Longe mihi (in promtu esset) procedere in via: opportunitas quidem adesset: sed novi etiam semitam quandam brevem, multisque præcello artificio (hoc) aliis. (Verbo:) Interfecit ille arte, cæsiis-oculis varioque-tergo serpentem, o Arcesila, clamque abduxit Medeam cum vellere, Peliæ mortem; ad Oceanique pontum accesserunt mareque rubrum Lemniarumque gentem feminarum viricidarum, ubi et membrorum in certaminibus exhibuerunt specimen, veste nudati, — et (cum illis) consueverunt. Atque tum, in peregrinis licet terris, vestræ felicitatis scintillas accepit fatalis dies vel noctes. Ibi enim genus Euphemi satum in posterum perpetuum (tempus) extitit. Et Lacedæmoniorum ingressi sedes postea aliquando in Callistam migrarunt insulam. Inde vero vobis Latonæ filius dedit Libyam terram deorum beneficio colendam, ad urbem aurithronæ gubernandam divinam Cyrenes — recticonsultricem prudentiam adeptis. Calle nunc Œdipi sapientiam. Etiamsi quis ramos acuta securi amputet magnæ quercus, fœdetque admirandam ejus speciem: (tamen illa) etsi sterilis reddita, dat suæ naturæ argumentum, si quando hibernus ignis illa fiat ad extremum, aut rectis herilibus (in heri domo) columnis fulta (tanquam trabs) onus aliis in muris difficile sustineat, suo derelicto loco. — Tu vero ades medicus opportunissimus; Pæanque tuam honorat vitam (favet tibi). Oportet molli manu adhibita os vulneris tractare. Facile quippe est civitatem concutere etiam imbecillioribus. At in sede iterum collocare, difficile utique est, inopinato nisi deus principibus gubernator adfuerit. Tibi vero harum rerum contexitur decus. Persevera felicem in Cyrenen impendere studium omne. — Homericarum autem etiam hanc considerans sententiam cura: Nuntium prudentem, inquit, honorem maximum (adeoque successum) negotio cuivis afferre. Augetur adeo (honore) Musa quoque nuntio recto. Cognovit Cyrene et celeberrima domus Batti

Ep. 11. 439.

Str. 12. 452.

Ant. 12. 466.

Ep. 12. 480.

Str. 13. 493.

justam (rationem et viam) Demophili mentis. Ille enim inter pueros juvenis, in consiliis vero senex, quasi assecutus centennem vitam. Privat maledicentiam splendida voce,
Ant. 13. didicitque injuriosum odisse — non contendens contra bo-
507. nos, neque procrastinans rem ullam; quandoquidem tempus opportunum inter homines breve spatium habet (mox præterit); ille vero bene id novit, comitaturque eum (opportunitas) famula non tanquam fugitiva. Aiunt vero esse hoc molestissimum, nosse honesta (bonorum sensum habere), at ex necessitate extra ea habere pedem (iis carere). Et sane ille (tanquam alter) Atlas cum cœlo (ita ipse cum ærumnis) colluctatur nunc procul patria a tellure, et a possessionibus suis. Solvit tamen Jupiter immortalis etiam Titanas: et
Ep. 13. tempore mutationes (fiunt), cessante vento, — velorum. Sed
521. optat, pernicioso morbo exantlato (exilio), tandem domum videre; ad Apollinisque fontem convivia frequentans animum tradere juvenili hilaritati; sæpeque inter sapientes cives affabre-factam citharam gestans, in otio quieto pulsare, nec sane cuique damnum inferens, nec patiens ipse a civibus quicquam. Atque tum narraverit, qualem Arcesilao invenerit fontem præclararum laudum novum, Thebis hospitio exceptus.

PYTH. V.

ARCESILAO CYRENÆO,

CURRU.

Str. 1. Divitiæ magnam vim habent, quum quis mortalis virtute temperatas intemerata, fortuna tradente, habeat eas multorum-amicorum-conciliatrices comites. O beate Arcesilæ, tu utique, ab inclitæ ætatis primis gradibus usque, cum gloria eas tenes, voluntate aureo-curru-vecti Castoris, serenitatem qui post hibernam procellam in tua fulgere facit beata

domo. — Sapientes vero pulcrius (bene) ferunt divinitus- Ant. 15.
datas opes. Te vero incedentem in justitia magna felicitas amplectitur, tum quia rex es magnarum urbium, oculusque congenitus (h. e. tuus) præ se fert venerandam hanc majestatem cum prudentia tua conjunctam; tum vero beatus etiam nunc es, gloriosa quod victoriam jam in Pythiade (Pythico sollenni) equis adeptus accipis huncce victoris pompam ducentem virorum hymnum, — Apollineum ludicrum. Id- Ep. 1. 29.
circo ne obliviscaris, in Cyrene, pulcrum circa hortum Veneris, celebratum (illud): omnia quidem ad deum auctorem referre. Amato vero Carrhotum eximie inter amicos: qui non Epimethei secum habens sero-sapientis filiam Excusationem Battidarum pervenit ad domos jura-colentium; sed currus victorialis, ad aquam Castaliæ hospitio exceptus, præmium imposuit tuis comis, — salvis habenis equorum Str. 2. 43.
velocium duodecim-cursus-emensorum in campo sacro. Fregit enim instrumentorum robur nullum, sed pendent dedicata, quæcunque manu-fabricantium fabrorum opera afferens Crisæum collem prætervectus est, in cavo saltu Dei; totidem (hæc) tenet cupressina trabs, ad statuam prope, Cretenses quam sagittarii in templo Parnassio collocarunt, unius arboris truncum. — Benevola itaque decet mente benefactorem Ant. 2. 57.
excipere. Te vero, o Alexibii fili, (Carrhote,) pulcricomæ illustrant Gratiæ (Musa lyrica), beatus qui habes etiam post magnum laborem carminum præstantissimorum monumentum. Inter quadraginta enim lapsos aurigas tu integrum currum reportans intrepido animo rediisti jam in Libyæ campum ex splendidis certaminibus patriamque urbem. — Laborum vero nemo exsors est neque erit. Batti vero per- Epod. 2. 71.
manet prisca felicitas, in utraque licet fortuna; propugnaculum urbis, lumenque clarissimum hospitibus. Illum sane et frendentes leones præ timore fugerunt, linguam quando illis attulit transmarinam. Nam auctor coloniæ deducendæ dedit Apollo bestias gravi metui, ut ne rectori Cyrenes irritus fieret in oraculis. — Qui et gravium morborum remedia Str. 3. 85.
viris et mulieribus distribuit, præbetque citharam, datque Musam quibuscunque voluerit, placidam in animum immittens tranquillitatem; antrumque regit fatidicum, per quod

et Lacedæmone Argisque divinaque in Pylo habitare fecit strenuos Herculis posteros Ægimiique. At meum est, præ-
Ant. 3. 99. dicare, quod e Sparta venit, amabile decus : — unde oriundi venerunt in Theram Ægidæ, mei majores, non sine numine; sed fatum quoddam duxit. Inde accepto multarum victimarum epulo, tuis, o Apollo, Carneis, sacro celebramus Cyrenen pulcre-exstructam urbem, quam incoluere (tum) æreearmati hospites Trojani Antenoridæ. Cum Helena enim
Ep. 3. 113. venerunt, fumantem patriam postquam viderant — in bello. Equestrem autem gentem (hanc) religiose excipiunt (colunt) sacris adeuntes eos et munera afferentes incolæ, quos Aristoteles (Batthis) adduxit, navibus velocibus maris profundam viam aperiens: condiditque lucos majores deorum stravitque in Apollineæ salutaris-hominibus pompæ usum rectam planitiem, equis-perstrepentem Scyrotam viam;
Str. 4. 127. ubi in extrema parte fori seorsum jacet mortuus. — Beatus quidem ille inter homines habitabat, herosque postea populo cultus. Seorsum vero ante domos cæteri reges sacri sortiti sunt sepulcrum. Magnam vero virtutem, rore molli adspersam hymnorumque liquoribus, audiunt alicubi sub-terris-vivente animo, suam felicitatem, filioque commune decus justeque debitum Arcesilæ, quem in choro canentium juve-
Ant. 4. 141. num decet aureo-ense-insignem Phœbum celebrare, — cum habeat ex Pythone præmium victoriale impensarum, carmen jucundum. Virum illum laudant prudentes. Vulgo-dictum dico. Præstantiorem ætate mentem alit; linguaque animique virtute alas expandens inter volucres aquila est, et in certaminibus muri instar robur (ipsi est;) interque Musas ales inde a matre cara, celebratusque curruum agitator scitus. —
Ep 4. 155. Et quotquot sunt indigenarum laudum viæ, aggressus est ille, numenque ei et nunc propitium perficit virtutem, (facit ut assequatur, quod aggreditur,) et vero in posterum, o Saturnii dii, detis, ut in factis consiliisque habeat (eam), ne fructibus-exitialis ventorum hibernus flatus fœdet ævum. Jovis utique mens magna gubernat fortunam virorum (ipsi) carorum. Precor eum Olympiæ hanc (similem huic Pythicæ) ut conferat victoriam in Batti genus.

PYTH. VI.

XENOCRATI AGRIGENTINO,

CURRU.

AUDITE. Utique enim pætos-oculos-habentis Veneris arvum Str. 1.
Charitumque aramus (carmen paramus), ad, umbilicum horrisonæ terræ, templum accedentes, de Pythicis victoriis ubi felicibus Emmenidis fluvialique Agrigento atque adeo Xenocrati paratus hymnorum (propter victorias Pythicas) thesaurus in divite Apollineo asservatur luco, — quem neque hi- Ant. 10.
bernus imber cum impetu irruens, horrisonæ nubis exercitus immitis, neque ventus in recessus maris rapiat, convecto undique (a fluctibus) sabulo illisum. At ille, luce vultum
in candida (h. e. vultus-serenante cum lætitia), patri tuo, Thrasybule, communemque generi tuo, sermonibus mortalium inclitam, curulem Victoriam Crisæis in vallibus, annuntiabit. — Tu utique eam (victoriam) dextre manu tenens, Str. 2.
rectum colis præceptum, quod olim in montibus aiunt Philyræ filium forti (a parentibus) semoto Pelidæ commendasse: 19.
ut præcipue quidem inter deos Saturni filium gravisonum fulgurum fulminumque rectorem coleret; eodem vero etiam honore parentum vitam fatis-concessam nunquam privaret. — Fuit et antea Antilochus fortis mente hac præditus, qui Ant. 2.
occubuit pro patre, homicidam quum sustinuisset ducem ex- 28.
ercitus Æthiopum Memnonem. Nestoreum enim equus currum remorabatur Paridis a telis saucius; at ille (Memnon) immittebat validam hastam. Tum Messenii senis perculsa mens inclamavit filium suum. — Neque vero irritum ver- Str. 3.
bum emisit. Sed stans (adversus hostem) divinus ille vir 37.
(Antilochus) redemit morte vitam patris, visusque est apud majores inter adolescentes, facinore ingenti perpetrato, summus esse pietate erga parentes. Atque hæc quidem in præteritis sunt. Inter nostros vero etiam Thrasybulus paternam

Ant. 3. maxime ad regulam incedit, — patruoque (proxime) acce-
46. dens, decus (virtutis) exhibet: prudentiaque divitias regit, nec injustum nec insolentem juventæ florem decerpens, sed sapientiam in recessibus Pieridum. Ad te quoque, terræ quassator, qui equestrem incessum invenisti, valde probato (tibi) animo, Neptune, sese applicat. Dulcis vero ejus mens, etiam in conversando, cum convivis, apum superat cancellatum opus.

PYTH. VII.

MEGACLI ATHENIENSI,

QUADRIGIS.

Str. 1. PULCERRIMUM magna urbs Athenæ (sunt) proœmium, quo Alcmæonidarum late-potenti stirpi fundamentum carminum in quadrigarum victoria jaciatur. Siquidem quamnam tribum, quamque familiam habitantem in Græcia prædicem
Ant. 8. fama illustriorem? — In omnibus enim civitatibus fama versatur Erechthei civium, (Alcmæonidarum,) qui tuam, o Apollo, ædem in Pythone divina admirandam exstruxerunt. Impellunt vero etiam me ad canendum quinque in Isthmo victoriæ, unaque præcellens apud Jovis Olympiam, duæque
Epod. e Cirrha, — vestræ, o Megacles, et progenitorum. Nupero
15. autem successu felici gaudeo aliquantum; id vero doleo, invidiam excipere præclara facinora. Aiunt utique, (noto dicto) sic homini, in stabili etiam florenteque felicitate, quandam tamen rerum vicissitudinem accidere solere.

PYTH. VIII.

ARISTOMENI ÆGINETÆ,

LUCTATORI.

BLANDA Tranquillitas, Justitiæ o urbes-amplificans filia, con- Str. 1.
siliorumque et bellorum tenens claves supremas, Pythicæ
victoriæ decus Aristomenis accipe. Tu enim æqua et agere
et admittere pariter nosti tempore opportuno. — Tu vero Ant. 10.
etiam, quando quis immite cordi odium immiserit, aspera,
adversariorum occurrens robori, ponis insolentiam in fundo
maris. (h. e. submergis, opprimis.) Quam se infauste la-
cessere non præviderat Porphyrio. Lucrum id quidem gra-
tissimum est, quod quis volentis ex ædibus auferat; — per Ep. 19.
vim (majorem) vero etiam magna-jactantem labefactare (illa)
solet tandem. Typhos Cilix centiceps eam non effugit, ne-
que adeo rex Gigantum; sed domiti sunt fulmine, sagittisque
Apollinis; qui benevola mente Xenarcis filium excepit e Cir-
rha coronatum herba Parnassia (lauro) Doricoque hymno.—
Neque vero Gratiis excidit (sine decoribus et laudibus est) Str. 2.
justam-civitatem-habens, virtutibus inclitis Æacidarum in- 30.
cendens (civium animos) insula; sed perfectam habet glo-
riam jam inde ab initio. Multa quippe celebratur victricia
ad certamina educasse, acresque excellentissimos heroas ad
pugnas; — quo nomine etiam inter homines conspicua est. Ant. 2.
Mihi vero non vacat tradere omnem (hanc laudum) prolix- 39.
itatem lyræque et cantui molli, ne fastidium superveniens
molestum sit: quod vero ante pedes mihi est præclarorum
facinorum recentissimum debitum tuum, o puer, procedat
currens, mea arte volans. — Lucta enim avunculorum ves- Epod.
tigiis insistens, neque Olympiæ victorem Theognetum dede- 2. 48.
coras neque Clitomachi victoriam in Isthmo membris-robus-
tis-reportatam. Augens vero gloriam tribus Midylidarum,
laudem reportas illam, quam olim Oiclei filius (Amphiaraus)

subindicavit prævidens ad septiportes Thebas filios constan-
Str. 3. ter urgentes bellum, — quum Argis iterum (ad oppugnandas
59. Thebas) venissent Epigoni. Sic autem dixit: in pugnantibus natura generosus elucescit patrum in filiis animus. Intueor aperte Alcmanem draconem varium corusco in clipeo versantem, (clipeum maculoso dracone insignem) primum
Ant. 3. (inter primos pugnantem) ad Cadmi portas. — At, afflictus
68. priori clade, nunc (in Epigonorum bello) faustioris tenetur augurii nuntio Adrastus heros: etsi domestica adversa fortuna utetur. Solus enim e Danaorum exercitu, interfecti ossibus collectis filii, (Ægialei,) numine deorum redibit exer-
Ep. 3. citu cum incolumi — ad Abantis spatiosos vicos (Argos).
77. Talia quidem edixit Amphiaraus. Lætatus vero et ipse Alcmanem coronis peto aspergoque hymno; vicinus siquidem et possessionum mearum custos obvius est factus eunti mihi ad terræ umbilicum celeberrimum vaticiniaque attigit (vita-
Str. 4. cinatus mihi est) congenita arte. — Tu vero, longe jaculans,
88. qui omnes-recipiens-templum celebre gubernas Pythonis in vallibus, maximam quidem ibi victoriarum præbuisti; domi vero antea avide-apprehensam quinquertii victoriam in festis
Ant 4. tuis præbuisti, o rex. Propitio autem, precor, animo — ad-
97. spicias hoc, quo singula ista pererro, carmen. Hymno quidem dulcisono Veritas adstat. Deorum autem curam immortalem exposco o Xenarces, vestræ fortunæ. Si quis enim bona consequitur non cum magno labore, multis qui-
Epod 4. dem imperitiorum videtur sapiens ille — opes amplificare
106. consiliorum prudentia. Enimvero non hæc penes homines sunt, sed deus præbet; alias alium sursum attollens, alium subter manuum libramentum deprimit. Tu vero, et Megaris reportasti victoriam recessuque in Marathonis, Junonisque in certamine patrio victoriis triplicibus, o Aristomenes, vicisti
Str. 5. fortitudine; — quatuorque irruisti desuper in corpora, mala
117. meditans; quibus neque reditus pariter jucundus in Pythiis redditus est, neque reversis apud matrem risus dulcis excitavit gaudium; sed per angiportus, adversarios subveriti trepi-
Ant. 5. dant, calamitate sauciati. — Qui vero decus aliquod recens
126. nactus est, magnam ob felicitatem (quæ) ex voto (obtigit,)

evolat alata virtute, habens præstantiorem fructum divitiarum. At enim brevi mortalium felicitas crescit; sic vero etiam (brevi) procidit humi, infesto decreto (fato) quassata. — Diei unius (nos!) Quidnam est quis? quid non est quis? Epod. 5. 135.
Umbræ somnium homines. Cum tamen splendor a-Jove-datus venerit, fulgens adest lumen hominum et suavis vita. O Ægina, cara mater, libero populo civitatem hancce cura, cum Jove et rege Æaco, Peleoque et præstantissimo Telamone cumque Achille.

PYTH. IX.

TELESICRATI CYRENÆO,

ARMATO CURSORI.

Volo æreum-clypeum-gestantem Pythicum victorem Telesicratem cum (adjuvantibus) pulcre-cinctis prædicans Gratiis celebrare, felicem virum, equestris decus Cyrenes, quam ventistrepis ex Pelii recessibus comatus quondam Latonæ filius rapuit, vexitque aureo virginem venatricem curru (in Libyam): ubi eam pecorosæ et maxime-frugiferæ constituit dominam terræ, ut radicem (solum) orbis terrarum tertiam amabilem florentem inhabitaret. — Excepit vero argentipes Str. 1. Ant. 16.
Venus Delium hospitem, divinos currus attingens manu leviter; ipsorumque dulci connubio amabilem adjunxit verecundiam, nuptias deo parans cum præpotentis filia Hypsei; qui Lapitharum violentorum tunc erat rex, ab Oceano genere heros secundus; eum olim Pindi claris in convallibus Nais delectata Penei lecto Creusa pepererat —Terræ filia. Ille Ep. 31.
autem lacertis-decoram educavit filiam Cyrenen, quæ quidem neque telarum retrogradas amavit vias, neque conviviorum domesticas inter socias oblectationes, sed jaculisque æneis venabuloque pugnans conficiebat feras bestias: multam profecto et tranquillam armentis securitatem præbens paternis;

suavemque illum concubitorem, parum palpebris incumbentem somnum consumens (somno parum indulgens) sub au-
Str. 2. roram. — Invenit eam aliquando ampla-pharetra instructus,
45. leone cum robusto solam luctantem sine armis, jaculator Apollo. Statim vero ex ædibus (evocatum) Chironem allocutus est sermone: Sacro antro, Phillyride, egressus animum feminæ et magnum robur admirare; qualem intrepido pugnam superinducat capiti (sibi), discrimine majus puella pectus habens; timoreque non turbantur præcordia. Quis eam
Ant. 2. hominum genuit? quanam avulsa stirpe — montium reces-
61. sus habitat umbrosorum? experiturque robur immensum. Fasne est inclitam manum ei inferre? anne etiam per amplexus demetere mellitum florem? Huic vero Centaurus gravis placido blande ridens supercilio consilium suum statim reddidit. Sunt, o Phæbe, occultæ ad sacros amores claves sapientis Suadelæ; et inter deos pariterque homines veren-
tur (omnes) palam (aperta vi) dulcibus frui primum amplex-
Ep. 2. ibus. — Namque te, cui non licet quemquam mendacio
75. aggredi, commovit blandus amor, ut simulate eloquereris hunc sermonem. Puellæ vero quorsum genus interrogas, o rex? qui certum omnium rerum exitum nosti et omnes vias, quotque tellus verna folia emittit, quantaque in mari et fluviis arenæ vis fluctibus impetuque ventorum volvitur; quodque futurum est, et quando futurum est, bene perspicis. Si tamen licet etiam cum sapiente contendere (apud artis vati-
Str. 3. cinandi peritum vaticinari), — edicam (quæ futura esse
89. præsentio). Huic maritus venisti vallem in hancce, et eam trans mare, Jovis eximium in hortum, transportaturus. Ibi eam (aliquando) civitatis reginam constitues, populo adducto insulari ad collem campis undique cinctum. Nunc autem spatiosa-prata-habens sacra tibi Libya excipiet gloriosam nympham ædibus in aureis benevola; ubi statim ei tenendam legitime donabit terræ portionem, neque frugiferarum plantarum expertem, neque ignotam animantibus. —
Ant. 3. Ibi filium pariet, quem inclitus Mercurius, pulcrithronis
104. Horis Terræque, susceptum cara a matre, tradet. Illæ vero genibus suis imposito infanti nectar labiis et ambrosiam in-

stillabunt, facientque eum immortalem, Jovem et sanctum Apollinem, gaudium amicorum, et proximum comitem ovium, Venatorem et Pastorem, ab aliis vero Aristæum appellandum. Sic locutus instigavit eum, ut jucundum nuptiarum perficeret exitum. — Celeris autem est, si quid dii moliuntur, actio viæque breves. Illud illa dies peregit. Thalamoque concubuerunt in aureo Libyæ, quo loco pulcerrimam urbem (Nympha Cyrene) tutatur inclitamque certaminibus. Atque nunc apud Pythonem divinam Carneadæ filius florentissimæ ipsam admovit fortunæ, ubi victor professus est Cyrenen. Quæ ipsum benevola excipiet, pulcris-feminis-insigni patriæ gloriam amabilem afferentem e Delphis. — Magnæ virtutes semper capiunt copiosas laudes; in copiosis tamen (in magna rerum dicendarum copia) pauca ornate-edisserere, auditio (grata) sapientibus. Opportunitas autem similiter in quaque re tenet summam. Noverunt aliquando et Iolaum, non aspernatum eam opportunitatem, septiportes Thebæ: quem, Eurysthei postquam caput amputaverat ensis acie, condiderunt ima sub terra in curruum-agitatoris Amphitryonis sepulcro; ubi paternus avus ejus satorum hominum (Thebanorum) hospes jacebat, quum ad equis-albis-tritos Cadmeorum commigrasset vicos. — Peperit ex ejus Jovisque amplexibus prudens unico partu Alcmena geminorum invictum robur filiorum. Mutus ille fuerit, qui Herculi os non applicet, (ei carmine celebrando vocem non accommodet,) neque Dircæarum aquarum semper meminerit, quæ illum educarunt et Iphiclem; quibus ego præclarum ex voto carmen pangam, beneficio ab iis affectus. Gratiarum celebrium (modo) ne me deficiat purum lumen! Æginæque enim, aio, Nisique in colle (Telesicrates) ter civitatem hanc (Cyrenen) celebrem fecit, — taciturnam laudum incpiam victoria effugiens. Quapropter, si quis ei amicus sit civium, si quis adversarius, hoc utique publice bene gestum, ne, præceptum violans marini senis (Nerei) celet. Ille etiam inimicum, præclaras res gerentem, toto animo et pro justitia laudare jubebat. Sæpissime victorem te etiam in sacris statis Palladis vidi; tacitæque quæ-

Ep. 3. 119.

Str. 4. 133.

Ant. 4. 148.

Ep. 4. 163.

libet carissimum sibi maritum virgines aut filium optabant
Str. 5. te, o Telesicrates, (sibi) esse; — in Olympicis quoque et
177. profunde-sinuosæ Terræ certaminibus inque omnibus etiam domesticis (Libycis). Enimvero sunt, qui a me, qui siti carminum medeor, exigant munus carminum denuo, ut excitem antiquam etiam majorum suorum gloriam: quales Libycam ob feminam profecti sunt Irasam ad urbem Antæi, ad pulcricomam proci celeberrimam puellam; quam admodum multi optimates virorum ambierunt cognati, multique
Ant. 5. peregrinorum; nam admirabilis forma — erat: auroque-
192. coronatæ pubertatis fructum florescentem decerpere volebant. Pater autem filiæ parans illustrius conjugium, audiverat, Danaus quondam Argis quales nactus esset quadraginta et octo virginibus, antequam medius dies illuxisset, velocissimas nuptias. Statim enim collocaverat universum (puellarum) chorum ad metas certaminis, certaminibusque pedum jusserat decernere heroes, quam habiturus esset quisque eorum,
Ep. 5. quotquot generi futuri ad eas accesserant. — Similiter igi-
207. tur Libys jungens dabat filiæ sponsum. Ad lineam ipsam ornatam eam constituit, finis ut esset (laborum) extremus. Dixitque in medio, abducturum eam, qui primus prosiliens ejus attigisset amictus. Tum Alexidamus, postquam emensus est rapidum cursum, virginem venerandam, manu manum ejus apprehendens, duxit equestrium Nomadum per agmen; multa(que) in ipsum illi projiciebant flores et serta: multas vero jam antea alas acceperat victoriarum.

PYTH. X.

HIPPOCLEÆ THESSALO,

DIAULI CURSORI.

Str. 1. Felix, o Lacedæmon! o beata Thessalia! In utroque uno ex patre Aristomacho Herculis progenies imperat. Quid? an

glorior intempestive? Imo vero me Pythoque et Pelinnæum vocat Alevæque filii, Hippocleæ volentes afferre in pompa victorem-ducentium virorum inclitam vocem.—Expertus enim Ant. 11.
est certamina, in concilioque Amphictyonum Parnassius eum recessus diauli-cursorum juvenum supremum renunciavit. O Apollo, lætus enim hominum exitus et exordium (quicquid perficiunt aggrediunturque) moderante numine procedit, tuis utique consiliis ille hoc patravit; congenitaque ipsi indoles insistere eum fecit vestigiis patris (Phriciæ), — bis Olympio- Epod. 21.
nicæ in bellicis Martis armis; fecit etiam ampla-prata-habente certamen sub Cirrhæ rupe pedibus-victorem Phriciam. Adsit fortuna futuris quoque diebus, magnificæ divitiæ (felicitas) ut floreant ipsis. — (Eorumque quæ) in Græcia Str. 2.
(sunt) decorum nacti non exiguam portionem, ne in odiosas 29.
divinitus vicissitudines incidant. Deus adsit eis inoffenso animo. Fortunatus vero et a poetis celebratus vir ille est, quicunque manibus aut pedum virtute victor maxima præmiorum reportavit audaciaque et robore;—et vivens adhuc Ant. 2.
juvenem filium pro parte sua viderit adeptum coronas 39.
Pythias. Æreum cœlum nondum ascensum iis; quamcunque vero nos mortale genus felicitatem attingimus, eam assecutus penetrat ad extremum navigationis terminum. Ad Hyperboreorum vero populum neque navibus neque pedestri itinere inveneris mirabilem viam;—apud quos olim Epod. 2.
Perseus epulatus est dux, quum, domos eorum ingressus, 49.
sacrificantes deo invenisset inclitas asinorum hecatombas; quorum (que) festis dapibus jugiter lætisque vocibus maxime Apollo gaudet, ridetque videns lasciviam exultantium bestiarum.—Musa autem non exulat a moribus ipsorum. Str. 3.
Sed ubique chori virginum, lyrarumque strepitus, sonitus- 57.
que tibiarum moventur; lauroque aurea comas redimientes epulantur hilariter: neque vero morbi neque perniciosa senectus attingunt sacram gentem; laborumque et bellorum expertes—habitant, evitantes ultricem Nemesin. Audaci Ant. 3.
autem spirans corde venit aliquando Danaës filius, ducebat 67.
autem Minerva, ad hunc beatorum hominem cœtum; occiditque (inde profectus) Gorgonem, et variegatum dra-

conum jubis caput, rediit, insularibus, lapideam mortem,
Ep. 3. afferens. Mihi vero, mirabilia — diis perficientibus, nihil
77. unquam esse videtur incredibile. Remum inhibe, illicoque anchoram fige in terra e prora projectam, latentis auxilium scopuli. Laudatoriorum enim flos hymnorum ad aliam sub-
Str. 4. inde, velut apis, festinat memorationem. — Spero autem
85. me, dum Ephyræi (tribules) carmen circa Peneum dulce modulantur meum, Hippocleam hunc magis etiam carminibus ob coronas effecturum esse admirandum inter æquales senioresque, juvenculisque virginibus curam (h. carminum argumentum). Etenim aliis aliorum desiderium pungere
Ant. 4. solet pectora: — Quæ vero quisque appetit, ea consecutus,
95. avidum habeat (habere eum par est) studium rei præsentis; post annum autem eventura obscurum est prævidere. Fretus sum hospitalitate benevola Thoracis, qui meum expetens officium, hunc junxit currum Pieridum quadrijugum, amans
Ep. 4. amantem, ducens ducentem benevole. — Exploranti vero
105. et aurum per probationem refulget, et mens recta. Fratres quoque (ejus) collaudabimus probos, quoniam in altum efferunt (illustrant) morem (instituta) Thessalorum foventes. Penes enim probos reposita sunt (ibi) paterna augusta civitatum imperia.

PYTH. XI.

THRASYDÆO THEBANO PUERO,

STADII CURSORI.

Str. 1. O Cadmi filiæ, Semele quidem Olympiarum (dearum) socia, Inoque Leucothea marinarum contubernalis Nereidum, venite cum Herculis optimæ-prolis-procreatrice matre ad Meliam, aureorum ad penetralem tripodum thesaurum, quem eximie honoravit Loxias, — Ismeniumque nominavit, veracem fatidicam sedem; ubi etiam nunc, o filiæ Harmoniæ, indigenam Heroidum cœtum congregatum (Loxias) jubet

adesse; et Themidem sacram Pythonemque et recte-judi-
cantem terræ umbilicum canatis prima vespera — in septi- Ep. 19.
portium Thebarum gratiam certaminisque Cirrhæ; in quo
Thrasydæus denuo-celebravit lares paternos, imponens iis
tertius coronam, in opulentis arvis Pyladæ victor, hospitis
Laconis Orestæ. — Quem, interfecto patre, Arsinoe Cly- Str. 2.
tæmnestræ manibus validis ex periculo nutrix eripuit luctu- 25.
oso, quando Dardanidæ filiam Priami Cassandram corusco
ære cum Agamemnonia anima misit Acherontis ripam ad
umbrosam — crudelis femina. Num illam Iphigenia ad Ant. 2.
Euripum mactata procul a patria stimulavit, dolosas ut con- 34.
citaret insidias? an alio toro lascivientum nocturni seduxe-
runt amplexus? quod sane juvenibus uxoribus odiosissimum
est flagitium, fierique non potest, ut occultetur — alienis Ep. 2.
linguis. Maledici enim sunt cives; sustinetque opulentia 43.
non minorem invidiam; at humiliter vivens in abscondito
fremit (obtrectat). Interiit certe (quicquid est) ipse heros
Atrides, reversus tandem, inclitis in Amyclis, — vatemque Str. 3.
perdidit secum puellam, postquam ob Helenam exustorum 49.
Trojanorum dejecit domos de (pristinis) opibus. At ille
(Orestes) ad senem hospitem Strophium pervenit puerili
capite (puer), Parnassi pedem incolentem, postea vero Marte
(ferro) et matrem interfecit et neci dedit Ægisthum. —
Certe, o amici, iter-deflectente trivio vagatus sum, cum Ant. 3.
recta via incederem antea; aut ventus me aliquis extra (na- 58.
vigandi) cursum propulit, ut navigium marinum. Ad te
vero, o Musa, (quod attinet) si mercede pacta es locare vo-
cem argento-conductam, alias alia movere par est: — Non * Ep. 3.
patri Pythionicæ nunc aut Thrasydæo ipsi, quorum lætitia- 67.
que et gloria resplendet. Olim curribus præclari victores
Olympiæque certaminum celeberrimorum obtinuerunt cele-
rem fulgorem (victoriam) equis: —Delphisque (nunc) nudi in Str. 4.
stadium quum descendissent, superarunt Græcanicam tur- 73.
bam velocitate. Divinitus (quotquot deorum numine ob-
tingunt) appetam bona; iis studens, quæ assequi licet per
vitam. Decorum enim civilium cum deprehenderim medio-

* Lego μὴ πατρὶ II. v. 67.

cria diuturniore felicitate florere, improbo sortem tyranni-
Ant. 4. dum: — communibus virtutibus intentus sum (studeo).
82. Invidi autem puniuntur noxa. Si quis felicitatis fastigium assecutus, tranquilleque degens, a gravi injuria se cohibuit, is nigræ terminum pulcriorem mortis consequi solet, dulcissimæ soboli, bonæ famæ, bonorum præstantissimum, domum
Ep. 4. relinquens. — Quod Iphicliden (quoque) celebrem facit
91. Iolaum hymnis decantatum et Castoris robur teque, o rex Pollux, filii deorum, die uno in sedibus (sepulcro) Therapnes, altero vicissim habitantes in Olympo.

PYTH. XII.

MIDÆ AGRIGENTINO,

TIBICINI.

Str. 1. Rogo te, o splendoris amica, pulcerrima mortalibus-habitatarum urbium, Proserpinæ sedes, quæ ad ripas pecorosi habitas Acragantis ædificiis-bene-constructum collem, propitia, o regina, immortalium hominumque cum benevolentia, accipe coronam hanc ex Pythone illustris Midæ, eumque ipsum, Græciam qui superavit arte; quam quondam Pallas invenit audacium Gorgonum tristem lamentationem contexens (con-
Ant. 15. cinnans, imitata) Minerva — quam e virgineis inaccessisque serpentum capitibus audivit fusam luctuosa cum ærumna; quum Perseus tertiam interfecisset sororum, marinæ Seripho incolisque exitium fatale afferens, utique et divinum Phorci excæcavit genus et convivium Polydectæ reddidit funestum matrisque longam servitutem coactumque conjugium, pul-
Str. 2. cerrimæ caput quum abstulisset Medusæ — filius Danaës;
29. quem ex auro fama est sponte-pluente natum esse. Sed postquam ex his carum sibi virum laboribus servaverat virgo (Minerva), tibiarum effecit omnisonum cantum, ut Euryalæ ex rapacibus genis emissum instrumento (hoc musico) imi-

taretur perstreperum luctum. Invenit dea. At cum invenisset eum (tibiæ cantum), mortalium in usum constituit (hunc) capitum multorum (anguineorum in capite Medusæ sibilantium) concentum illustrem, populos-cientium procum certaminum, — tenui egredientem æreque calamisque, qui prope pulcris-choris-aptam habitant (nascuntur) urbem Charitum (Orchomenum), Cephisidis in luco, fidi choros-agentium testes. Quæcunque vero hominibus felicitas contingit, nulla est sine labore; finiet tamen eum vel hodie deus. Fatum non est evitabile. Sed erit (esse potest) tempus, quod etiam insperato aliquem opprimendo, præter opinionem aliud dabit, aliud non (dabit). Ant. 2. 43.

NEMEA.

NEM. I.

CHROMIO ÆTNÆO,

CURRU.

RESPIRANTEM sacrum Alphei, inclitarum Syracusarum ger- Str. 1.
men (colonia), o Ortygia, cubile (sedes) Dianæ, Deli soror!
a te suaviloquus hymnus orditur dicere laudes procellipedum
magnas equorum, Jovis Ætnæi beneficium. Quadriga vero
incitat Chromii Nemeaque, facinoribus victorialibus lauda-
torium componere carmen. — Initia autem jacta sunt a diis, Ant. 1.
illiusque viri divinis virtutibus. Est nimirum in victoria
omnis gloriæ fastigium, magnorumque certaminum Musa
meminisse amat. Excita nunc decus aliquod (hymnum)
insulæ, quam Olympi rex Jupiter dedit Proserpinæ; annuit-
que ei cæsarie, ut — ipsa Siciliam divitem gubernaret emi- Ep. 21.
nentem fertilis soli opulentis civitatem fastigiis. Præbuit
quoque Saturnius ei belli amantem ferrei populum equestrem,
frequenter etiam Olympicarum foliis olearum aureis ornatum.
Multa attigi ex ipsa re, non perperam jaculatus. — Adsto Str. 2.
autem ad aulicas fores viri hospitalis præclara (victoriam 29.
ejus) canens: ubi mihi (tanquam ejus hospiti) placitum
epulum adornatum est; crebro enim peregrinorum non ex-
pertes ædes ejus sunt. Habet vero vir bonus hoc, ut ob-
trectantibus aquam fumo (incendio) ferat contrariam. Artes

quidem aliorum aliæ. Oportet autem recta via ambulantem
Ant. 2. anniti pro natura. — Juvat enim certamina robur, consilia
39. mens: ut prospiciat eventum quis, ingenitum est, quibus quidem obtingit illud. Tua autem, o Agesidami fili, in indole horumque et illorum usus sunt (tibi natura utrumque adest). Non amo magnas domi divitias absconditas habere; sed præsentibus et bene frui, et bene audire, amicis benefaciendo. In hoc enim conveniunt vota magna suscipientium
Ep. 2. virorum. — Ego vero in Hercule moror libenter, in summis
49. (ejus) virtutum fastigiis, antiquam exordiens fabulam: quomodo, postquam ex visceribus matris serenam illico in lucem filius Jovis, partum evadens, gemello cum fratre prodiit, —
Str. 3. ille quidem tum, non latens aurithronam Junonem, croceas
57. fascias ingressus est; sed deorum regina irritata animo immisit dracones protinus; qui quidem apertis portis in thalami penetrale amplum irrepserunt, puerulis avidas malas circumplicare cupientes. Ille autem erectum extendit caput fecit-
Ant. 3. que periculum primum pugnæ — duabus effugium-non-dan-
67. tibus manibus suis geminos corripiens cervicibus serpentes. Strangulatis vero tempus animas efflavit e membris infandis. Intolerabile vero sane jaculum (terror) percussit mulieres, quotquot Alcmenæ ministrabant puerperæ. Etenim ipsa pedibus nuda prosiliens e strato, simul (cum aliis) propulsa-
Ep. 3. vit injuriam bestiarum. — Confestim autem Cadmeorum
77. proceres æreis cum armis accurrerunt crebri. Manu quoque Amphitruo vagina nudum vibrans ensem venit, acutis doloribus percussus. Nam domesticum (domestica calamitas) percellit omnes pariter, statim vero doloris-expers cor in lucto
Str. 4. alieno. — Stetit vero in stuporem gravem jucundumque
85. conjectus. Videbat enim excellentem animum fortitudinemque filii, et in contrarium versam ei Immortales nuntiantium narrationem effecerant. Vicinum evocavit Jovis altissimi prophetam eximium, veridicum Tiresiam, qui ei exposuit et omni turbæ, quibuscum conflictaturus esset casibus,
Ant. 4. — quot in terra interfecturus, quotque in mari bestias im-
95. manes, quemque etiam hominum cum iniqua insolentia incedentem; diram ei dixit eum illaturum mortem. Atque

etiam, quando dii in campo Phlegræ cum Gigantibus pugna certaturi essent, telorum ictibus illius, conspicuam pulvere commixtum iri comam (eorum) — dixit, ipsum vero in pace per omne tempus fruiturum perpetua tranquillitate, laborum magnorum præmium consecutum eximium beatis in domibus, accepta florente Hebe uxore et, nuptiis celebratis, apud Jovem Saturnium augustam probaturum domum. Epod. 4. 105.

NEM. II.

TIMODEMO ATHENIENSI,

PANCRATIASTÆ.

Unde quidem etiam Homeridæ contexta carmina ut plurimum poetæ auspicantur, procœmio a Jove ducto, (inde) etiam hic vir initium ex sacris certaminibus victoriarum petiit primum, Nemeæi in multum-decantato Jovis luco. — Oportet vero etiam, paterna siquidem in semita eum rectaducens ævum magnis dedit ornamentum Athenis, frequenter Isthmicorum sollennium decerpere pulcerrimum florem, in Pythiisque vincere, Timonoi filium. Est quoque consentaneum, — montanis a Pleiadibus non procul Orionem incedere (h. e. victoriæ Nemeææ succedere Isthmicam et Pythicam). Atqui Salamis educare virum bellicosum apta. Apud Trojam Hector Ajacem expertus est (pugna): te vero o Timodeme, fortitudo pancratii laboriosa celebrem-facit. — Acharnæ autem antiquitus fortium virorum altrices. Quoties vero in certaminibus Timodemidæ præstantissimi recensentur! Prope altum quidem Parnassum quatuor ex certaminibus victorias reportarunt; at a Corinthiis (Corinthiorum judicio) — in fortis Pelopis recessibus octo jam coronas consequuti sunt; septem autem Nemeæ; domi vero parta in Jovis certamine numero majora. Quem (Jovem), o cives, Ogd. 1. Ogd. 2. 9. Ogd. 3. 17. Ogd. 4. 25. Ogd. 5. 33.

celebrate Timodemi in glorioso reditu, suavisonaque auspicamini voce.

NEM. III.

ARISTOCLIDÆ ÆGINETÆ,

PANCRATIASTÆ.

Str. 1. O VENERANDA Musa, mater nostra, supplex oro, ad hospitalem hoc sacro Nemeæo venias Doricam insulam Æginam. Aquam enim exspectant apud Asopiam (te) mellisonorum artifices hymnorum juvenes, tuæ vocis cupidi. Desiderat autem res alia aliud; certaminum vero victoria maxime cantum amat coronarum virtutumque aptissimum comitem. —

Ant. 14. Cujus copiam deprome ex ingenio meo, ordireque cœli multinubis regi, (tu) filia (ejus), acceptum hymnum; ego vero ipsum cantui eorum lyræque tradam. Gratum vero habebit laborem (hunc hymnum meum) insulæ decus (Ægina;) Myrmidones ubi prisci habitarunt: quorum antiquitus-celebrem gentem non dedecoribus Aristoclides pro sua contaminavit

Epod. parte, fractus in — pancratii cœtu. Laboriosarum autem 27. plagarum levamen salubre in fertili Nemea pulcra victoria affert. Cum vero idem formosus, formæ consentanea patrans, ad virtutem supremam evectus sit filius Aristophanis: non ei jam ulterius invium mare, columnas ultra Herculis, traji-

Str. 2. cere facile est: — Heros deus quas posuit navigationis ex- 38. tremæ testes inclitas; postquam domuit belluas in pelago ingentes, proprioque consilio scrutatus est paludum fluenta, quousque reditus terminus patet, processit, terramque notam fecit. Anime, quodnam ad peregrinum promontorium meam navigationem deflectis? Æaco te jubeo generique ejus Musam afferre. Adest vero carmini æquitatis flos (æquitas):

Ant. 2. (quod jubet) bonos laudare; — Neque alienarum laudum 51.

studium quemquam adferre fas est. Domestica quære. Commodum autem decus accepisti (habes) ad dulce aliquid canendum. Nam antiquis (antiquitus jam) virtutibus gavisus est Peleus rex, eximjam hastam quum resecuisset; qui et Iolcum expugnavit solus sine exercitu, et marina Thetide potitus est magno cum labore. Laomedontem autem præpotens Telamon, Iolao latus tegens, prostravit; — et quondam æreo-arcu-insignium Amazonum ad exercitum secutus est eum, neque ipsi unquam timor virorum-domitor exstinxit fortitudinem animi. Congenita autem quisque virtute multum excellit; qui vero e disciplina accepit, obscurus vir, alias alia spirans (moliens), nunquam firmo incedit pede, et sexcenta præclara facinora imbecilli mente degustat (affectat). — Flavus autem Achilles partim quamdiu mansit Philyræ in ædibus, puer adhuc, ludebat (ludendo tractabat) magnas res, manibus crebro brevi-ferro-munitum jaculum vibrans; ventisque par; pugna leonibus feris moliebatur cædem, aprosque conficiebat; corporaque ad Saturnium Centaurum palpitantia portabat, sexennis primum; (partim) vero toto deinceps tempore eum obstupescebat Dianaque et animosa Minerva — interficientem cervos sine canibus dolosisque septis. Pedibus enim valebat. Narrationem vero hanc teneo priscam. Prudens Chiron educavit saxeo Jasonem in tecto, et postea ibi Æsculapium, quem medicamentorum docuit molli manu applicandorum rationem. Despondit postea (Peleo) brachiis-venustam Nerei filiam, soboleinque ejus præstantissimam (Achillem) educavit, convenientibus præceptis totum ejus animum imbuens: — ut marinis ventorum impulsibus deductus ad Trojam hastifremum tumultum Lyciorumque sustineret et Phrygum Dardaniorumque, et cum hastigeris congressus Æthiopibus manus præcordiis infigeret, ut ne illorum rex, Heleni patruelis, animosus Memnon domum iterum rediret. — Inde procul effulgens exstitit lumen Æacidarum, o Jupiter. Tuus enim sanguis sunt). Tuum vero etiam certamen (est), quod hymnus (hic) attigit voce juvenum, domesticam victoriam celebrans. Cantus vero victorem Aristoclidem ornat; qui hancce insu-

Ep. 2. 64.

Str. 3. 75.

Ant. 3. 88.

Ep. 3. 101.

Str. 4 112.

Iam celebri admovit famæ præclarisque poëtarum curis sacrum Pythii Thearium. Experiundo vero conspicitur, (quo in certaminum genere) quisque excellentior fuerit: — Ant. 4. inter pueros juvenculos puer, inter viros vir; tertia inter 125. provectiores pars (ætas) est, qualem quodlibet * assequimur mortale genus (nos hominum quisque). Suas vero etiam quarto loco virtutes affert senectus, prudenterque tractare jubet id quod in manibus est. A quibus non abest (Aristoclides). Salve amice. Ego hocce tibi mitto mixtum mel candido cum lacte, admixtusque ros temperat potum canta- Epod. 4. bilem ad Æolicos, flatus tibiarum, — sero licet. Est autem 138. aquila velox inter volucres, quæ corripit statim e longinquo insequuta cruentam prædam pedibus. Clamosi contra graculi humilia depascunt. Tibi quidem, pulcrithrona Clio volente, victoris animi (virtutis) causa a Nemea Epidauroque Megarisque affulget decus.

NEM. IV.

TIMASARCHO ÆGINETÆ,

LUCTATORI.

Str. 1. Optimus lætitia laborum finitorum medicus (medela, recreatio); et sapientes Musarum filiæ Odæ blandiorem reddunt eam aggressæ (eos canere). Neque calida aqua tantum mollia facit membra, quantum laus citharæ comes. Carmen factis diuturnius vivit, quod Charitibus (Musis) propitiis Ant. 14. lingua e mente protulerit alta. — Quale mihi consecrare Saturnioque Jovi et Nemeæ Timasarchique luctæ hymni proœmium (utinam) contingat! Accipiat autem (benevole) Æacidarum bene-munita sedes, justitiæ hospitibus-opitulantis commune lumen (decus). Si vero adhuc vegeto Timocri-

* Jung. ἵππειον γένος. At v. Not.

tus sole tuus pater foveretur: varie (variatis sonis) citharam pulsans, sæpe, ad hoc carmen conversus, hymnum cantaturus fuisset victorialem — Cleonæo ex certamine monile (seriem) coronarum deducentem insigniuni et splendidis ab Athenis Thebisque septiportibus; quandoquidem Amphitruonis celebrem apud tumulum Cadmei illum haud inviti floribus coronarunt propter Æginam. Ad amicos enim amicus profectus in hospitalem urbem descendit, Herculis beatam ad aulam, — cum quo olim Trojam robustus Telamon vastavit et Meropes et magnum bellatorem horrendum Alcyonea; non tamen priusquam quadrigas duodecim heroesque insistentes equorum-domitores bis totidem saxo (is) peremerat. Inexpertus-belli esse videatur, rem hanc qui non assequatur animo: siquidem patrantem pati etiam aliquid convenit. — Prolixa autem eloqui prohibet me lex horæque properantes: cupiditate tamen trahor animo, in novilunio (sollenni) attingere (ista). Verumtamen, etsi medium te tenet altum maris æquor (mens), resiste insidiis. Multum videbimur adversariis superiores in luce incedere; invide autem alius quis intuens, consilium inane in tenebris volvit —irrite-in-terram-cadens. Mihi vero quam virtutem dedit Fortuna regina, bene scio tempus insequens esse, quoad per fatum licebit, servaturum. Contexe, o dulcis, etiam hoc statim, cithara, Lydiam ad harmoniam carmen gratum Œnonæque et Cypro, ubi Teucer regnat Telamoniades; sed Ajax Salaminem tenet patriam; — inque mari Euxino splendidam Achilles insulam; Thetisque dominatur Phthiæ, Neoptolemusque in Epiro late protenta, boves-pascentes ubi montes eximii positi sunt, a Dodona incipientes, ad mare Ionium. Pelii autem ad radices, in-servitutem-redactam Iolcum hostili manu aggressus Peleus tradidit Hæmonibus, —Hippolytæ, Acasti uxoris, dolosis artibus illaqueatus. Dædali autem gladio machinatus est ei mortem per insidias Peliæ filius (Acastus): depulit tamen et a Jove constitutum fatum ad eventum perduxit Chiron. Ignem vero ille omnia-vincentem, ferociumque leonum ungues acutissimos, aciemque horrendorum cum sustinuisset dentium, — duxit

Ep. 27.
Str. 2. 40.
Ant. 2. 53.
Epod. 2. 66.
Str. 3. 79.
Ant. 3. 92.
Ep. 3. 105.

uxorem altithronarum unam Nereidum; viditque rotundam sedem, cui cœli reges marisque insidentes dona opesque exhibuerunt ad posteritatem ipsi (duraturas). Ultra Gades, occasum versus procedi nequit. Converte rursus Europam ad terram armamenta navis: difficile enim mihi est laudes
Str. 4. Æacidarum omnes percurrere. — Theandridis autem mem-
118. bra-roborantium certaminum Olympiæ, in Isthmo, Nemeæque præco promtus venire susceperam, ubi (laborem) experti domum inclitos-fructus-ferentibus non redierunt sine coronis. Tribum illam audimus, Timasarche, tuam victorialium carminum antistitem esse. Si vero sane avunculo etiam Callicli
Ant. 4 jubes me — columnam ponere Pario marmore candidiorem:
131. aurum (enim) excoctum fulgore splendet summo, hymnusque præclare gestarum rerum regibus sorte-æqualem facit virum: ille circa Acherontem habitans meam linguam habeto vocalem, (ibi,) tridentem-quatientis ubi in certamine
Ep. 4. gravistrepi (Neptuni) floruit Corinthiaco apio. — Quem
144. Euphanes lubens senex avus tuus cecinit, o juvenis. Aliis æquales sunt alii. Qua vero in re quis ipse successum habuerit, eam videtur quisque potissimum celebrare posse. Quantopere (aliquis) laudans Melesiam contentionem (aliis) excitet, verba texens! invictus in certamine * superat; mollia quidem meditans bonis, asper vero inimicis animadversor.

* ἐν πόνῳ. v. Not.

NEM. V.

PYTHEÆ ÆGINETÆ,

FILIO LAMPONIS.

PANCRATIASTÆ.

NON statuarius sum, ut non-loco-moventia-se fabricer si- Str. 1.
mulacra in eadem basi permanentia. Sed omni navi onera-
ria et cymba (magna et parva) proficiscere ab Ægina, (o
carmen) nuntians, quod Lamponis filius Pytheas robustus
victor reportarit in Nemeis pancratii coronam. Nondum ge-
na ei protulit tenerum, matrem fructus, florem * ; — ex Sa- Ant. 1.
turno tamen Joveque heroes bellicosos prognatos et ab aureis
Nereidibus, Æacidas, decoravit, metropolinque, amantem
hospitum terram; quæ olim ut et viris valeret et navibus
inclita fieret, supplicarunt, ad aram patris Hellenii stantes,
tetenderuntque ad æthera manus simul, Endeidis celebres
filii, (Telamon et Peleus) et robus Phoci regis, (Phocus) — Ep. 2.
deæ filius, quem Psamathea peperit in littore maris. Vereor
rem magnam eloqui, justeque non perpetratam: quomodo
scilicet reliquerint celebrem insulam, et quis viros fortes
deus ultus abegerit. Subsistam. Non enim utile est, faciem
ostendere omnem veritatem (etsi) certam; et tacere sæpe
est sapientissimum inter homines cogitatu. — Si vero opes Str. 2.
aut manuum robur aut ferreum laudare bellum visum fuerit, 34.

* ἰωΐᾳαν accipio pro ἥβαν, ut Isthm. ii. 8. (K.) Scilicet non per se; sed ἥβα est juventas; quatenus ea justa ætas est lanuginis emittendæ et puberta-
is, ἰνάνθης, illa quoque est ἰωΐᾳα.

etsi longos mihi inde saltus fodiat aliquis, tamen habeo genuum agilem impetum. Etiam trans mare volant aquilæ. Propitius vero etiam illis cecinit in Pelio monte Musarum pulcerrimus chorus, interque medias citharam Apollo septisonam aureo plectro pulsans præcinebat omnis generis modos.
Ant. 2. 45. — Illæ vero primum quidem cecinerunt, a Jove exorsæ, venerandam Thetin Peleumque; quomodoque ipsum tenera Cretheis Hippolyta dolo irretire voluerit, uxor Magnetum regem cum persuadendo induxisset maritum variis commentis: mendacem nimirum fictum concinnavit sermonem,
Epod. 2. 56. quasi quidem conjugales tentasset ille in toro Acasti — amores. Sed contrarium erat. Sæpe enim illum toto animo inique-hortata oraverat; hujus vero iram concitabant nefaria verba, rectaque recusavit feminam, hospitalis patris (Jovis) iram veritus. Bene vero observavit annuitque ipsi nimbifer ex cœlo Jupiter, immortalium rex, ut confestim marinarum colum-auream-gestantium aliquam Nereidum ei pararet con-
Str. 3. 67. jugem — affini (futuro) Neptuno persuadens; qui ab Ægis ad inclitam sæpe proficiscitur Isthmum Doricam: ubi eum hilares (juvenum) turmæ inter fistulæ cantum deum excipiunt, et robore membrorum certant audaci. Fortuna autem judicat congenita de factis omnibus. Tu itaque, o Euthymenes, deæ Victoriæ in sinu recubans, in Æginæ honorem
Ant 3. 78. varios consequutus es hymnos (victorias). — Atqui subsequens te etiam nunc tuus ex-sorore-nepos decorat consanguineam gentem Pytheas. Nemea quidem opportuna fuit ipsi (auspicata ad victoriam), mensisque patrius, quem amat Apollo; æquales vero adventantes domique superavit Nisique ad convalle-cinctum tumulum. Gaudeo autem, quod præclaris factis concertat tota civitas. Scito: dulce utique
Ep. 3. 89. laborum præmium Menandri per fortunam — reportasti. Oportet autem ab Athenis artificem athletis adesse. Si vero ad Themistium laudandum accedis, ne exhorrescas. Ede vocem, velaque extende ad jugum usque mali; pugilemque eum et pancratii dicito adeptum esse in Epidauro duplex vincendo decus, et ad vestibulum Æaci flores virentes tulisse coronas, beneficio flavarum Charitum.

NEM. VI.

ALCIMIDÆ ÆGINETÆ,

INTER PUEROS LUCTATORI.

UNUM idemque hominum deorumque genus, ex unaque spiramus matre utrique: dirimit vero (utrumque) prorsus diversa vis, ita ut illud quidem nihil sit; æreum vero firma semper sedes manet cœlum. Verum aliquo modo similes sumus tamen tum excelsa mente tum corpore immortalibus: tametsi nescientes, cum per noctem, tum interdiu quamnam nos fatum jusserit currere ad metam. — Indiciis autem certis Alcimidas et nunc exhibet cognationem conspiciendam similem frugiferis arvis, quæ alternantia aliquando quidem victum hominibus annuum e campis dare, aliquando vero rursus quiescentia recipere solent. Rediit utique Nemeæ ex amabilibus certaminibus puer certator, qui, hanc consectans a-Jove-datam sortem, nunc apparuit non infaustus lucta venator — vestigiis Praxidamantis suum pedem infigens avi-paterni eodem-sanguine-orti. Ille enim, Olympicus victor, in Æacidarum honorem ramis primum ab Alpheo, et quinquies in Isthmo coronatus, Nemeæ vero ter, sustulit oblivionem Soclidæ, qui natu maximus Agesimachi filiorum fuit; — dum tres illi, qui quidem certamina experti fuerant, præmia-reportantes ad fastigium gloriæ pervenerunt. Per dei autem favorem aliam nullam domum insignemfecit pugilatus plurium reportatricem coronarum in recessu Græciæ universæ. Spero me magna locutum collimaturum ad scopum, ita ab arcu ejaculantem. Recta ad hanc (Alcimidæ domum) dirige, Musa, ventum secundum carminum laude-gravem *. Defunctis quidem viris, —

Str. 1.

Ant. 14.

Ep. 27.

Str. 2. 38.

* v. Notas.

Ant. 2. 51. poëtæ et scriptores præclara ipsorum facinora jam extulerunt. Quæ quidem inter Bassda non sunt rara; antiqua gens, sua præbentes * encomia, Pieridum cultoribus qui possunt suppeditare multiplicem hymnum excelsa propter facinora. Etenim in præclara, manibus cestu illigatis, Pythone vicit quondam ex hac familia sanguis (soboles) aure-
Ep. 2. 64. um-sceptrum-gestantis Callias acceptus — stirpi Latonæ; apud Castaliamque in Charitum sub vesperem choro refulsit: marisque pons invicti (Isthmus) in Amphictyonum tauricida trieteride honoravit (eum) Neptunio in delubro; herbaque ipsum aliquando leonis (Nemeis) victorem coronavit umbrosis
Str. 3. 75. Phliuntis sub antiquis montibus.—Lati undique eloquentibus sunt aditus ad insulam celebrem hanc exornandam; quandoquidem ipsis Æacidæ dederunt eximiam (hanc) felicitatem virtutes edentes magnas. Volitat autem supraque terram et per mare procul nomen ipsorum; etiam ad Æthiopes, Memnone non reverso, processit: quibus grave supervenit certamen,
Ant. 3. 88. Achilles in terram descendens de curru,—illustris filium dum interfecit Auroræ cuspide hastæ furentis. Et hanc quidem antiquiores viam latam (laudum) invenerunt, quos sequor, et ipse huic (laudandi studio intentus. Qui vero circa carinam navis volvuntur fluctus, ii semper dicuntur cuique maxime perturbare animum. Sed voluntario ego dorso subiens geminum onus,
Epod. 3. 101. præco adveni quintum supra viginti hoc celebrans — decus e certaminibus, quæ vocant sacra; quod Alcimidas peperit inclito generi. Duo quidem Saturnii apud delubrum tibi, o puer, tibique, Timida, eripuit sors temeraria flores Olympici certaminis. Delphini vero velocitate in mari similem dixerim Melesiam manuumque et roboris aurigam (moderatorem).

* *καυστολίῃ* non magis emphatica vox, quam vulgaris *ἐπιχειρήσῃ*. (K.)

NEM. VII.

SOGENI ÆGINETÆ,

INTER PUEROS QUINQUERTIO VICTORI.

O Lucina, assidens Parcis prudentibus, filia præpotentis, Str. 1.
audi, Junonis, genitrix liberorum. Absque te non lucem,
non nigram contuiti noctem, tuam sororem sortiti fuissemus
pulcrimembrem juventutem. Spiramus autem non omnes
pari conditione: sed disjungit fati jugum alium alio. Tuo
vero auspicio etiam filius Thearionis virtute judicatus nobi-
lis cantator Sogenes inter quinquertiones. — Nam urbem Ant. 3.
cantus-studiosam inhabitat hasta-strepentium Æacidarum.
Valde vero cupiunt experientem se certamine (experiundo
certamina) animum exercere. Si vero quis in certando felix
fuerit, mellitam materiem rivis Musarum præbet. Magnæ
enim virtutes caliginem multam habent, si hymnis careant;
factisque præclaris speculum (contingere) novimus unico
modo, si Mnemosynes voluntate splendide-vittatæ invenerit
aliquis præmia laborum inclitis carminum cantibus. — Sa- Ep. 25.
pientes vero (navium gubernatores) futurum perendinum
ventum ante cognoscunt, neque lucro (lucri studio) negli-
gunt. Dives pauperque mortis ad sepulcrum tendunt. Ego
vero ampliorem arbitror famam Ulyssi quam pro calamitate sua
per suaviloquum contigisse Homerum. — Quandoquidem Str. 2.
figmentis ejus sublimi (ingenii) facultate grave inest quid- 32.
dam, sollertiaque occulte seducens fabulis. Cœcum autem
cor habet multitudo hominum maxima. Nam si potuissent
suam veritatem cognoscere, non sane armorum caussa iratus

fortis Ajax transfixisset per pectus lævem ensem ; quem fortissimum, Achille excepto, ad reducendam bello flavi Menelai conjugem velocibus in navibus miserunt recta-spirantis
Ant. 2. Zephyri auræ — ad Ili urbem. Enimvero communis venit
44. fluctus Orci caditque in non exspectantem pariter atque exspectantem. Gloria vero contingit mortuis bellatoribus iis, quorum famam dulcem fovet deus (Musa). Etenim ad magnum umbilicum sinuosæ terræ profectus in Pythiis campis jacet Neoptolemus, Priami urbem postquam evertit; de qua et Danai laborarunt. Ille vero renavigans a Scyro aberravit,
Ep 2. veneruntque in Ephyram erroribus acti. — Tum Molossiæ
56. imperavit breve tempus ; etsi posteritas ejus semper retinuit hoc decus (regnum) ; ipse autem profectus est ad deum, opes advehens e Troja manubiarum : ubi propter carnes eum
Str. 3. pugna congressum transfixit vir gladio. — Doluerunt valde
63. Delphi hospitales. At quod in fatis erat, (ille) exsolvit ; oportebat enim quendam, in luco vetustissimo, Æacidarum regum in posterum esse dei juxta bene-munitam ædem, et, heroicis sacrificiorum pompis inspector ut esset, habitare, sanctum ad jus observandum*. Tria verba sufficiant. Non mendax ille testis rebus sacris præest. Tuorum, o Ægina, Jovisque nepotum audax satis animus hic mihi est dicere
Ant. 3. — illustribus virtutibus proprium carmen domesticis †. At
75. enim modus in omni re dulcis ; fastidiumque creat et mel et suaves flores Venerei. Indole vero naturali singuli differimus in vita, sortiti alius hæc, alia alii ; at ut unus felicitatem omnem reportatam consequatur, fieri non potest ; neque possum dicere, cuinam hunc Parca bonorum finem stabilem præbuerit. Tibi vero, o Thearion, consentaneam opportunita-
Ep. 3. tem felicitatis — (illa) tribuit, resque præclaras audacter
87. suscipientem prudentia non deficit mentis. Hospes sum, tenebricosam summovens invidiam ; aquæ velut rivos, in amicum ducens decus verum, laudabo. Commerita vero viris
Str. 4. bonis merces hæc. — Prope autem si adsit Achæus aliquis,
94.

* At v. Not. † v. Not. ut et ad 94. sqq.

non mihi succensebit ille Ionium ultra mare habitans. Et amicitia hospitali fretus sum et inter populares vultu tueor sereno, non insolens, violenta omnia removens. Modo posterum lætum adveniat tempus! Qui autem novit (me), dicat an accedam ad carmen (ad poeticen), maledicum sermonem ut proferam. O Euxenidarum tribu orte Sogenes! juro (vel sacramento enim contendo) me non, terminum transgressum, jaculum tanquam ære-cuspidatum, vibrasse — celerem linguam; qui (tu) eduxisti e luctationibus (e lucta) cervicem et robur sudore-non-adspersum, ardentem priusquam in solem membra inciderent (solis æstum sentirent). Si labor (tamen) fuit, delectatio major succedit. Sine me, victori in decus (ad ornandum victorem) si qua alta voce insonui. Non difficilis sum ad persolvendum (laudes, quæ debentur viris meritis). Nectere coronas (frondeas) leve est. Exspecta. Musa tibi nectit aurum candidumque ebur una suavemque florem sub marino decerptum rore (coralium). — In Jovis vero mentionem prolapsus propter Nemeam, celebrem hymnorum sonum move (o anime) placide. Regem enim deorum decet solo in hocce (Nemeæ) celebrare divina voce. Aiunt enim ipsum (Jovem) a-matre-excepto semine genuisse Æacum, — meæ (immo, vestræ) quidem gubernatorem illustris patriæ, tuumque, o Hercules, benevolum hospitem fratremque. Si vero utilitatem capit ex homine homo: quid dicamus vicinum, animo intento amantem, esse vicino? felicitas hæc omnibus præferenda. Si vero id ipsum etiam deus præstat, tecum utique (in tua vicinia) debet, o Gigantes qui domuisti, faustis auspiciis habitare Sogenes, pium erga patrem fovens animum, majorum vico opulento, præclaro: — Nam, quadrijugis velut curruum in jugis, inter delubra domum habet tua, utravis procedens manu. Te vero decet, o Heros, Junonem maritumque exorare Puellamque cæsiam; potest autem dare mortalibus remedium difficultatum inextricabilium subinde. Utinam itaque stabilem juventuti lætæque senectuti intertextam vitæ felicitatem ipsis (patri et filio) concedas, filiorumque filii teneant semper — honorem, quo nunc fruuntur, et præ-

Ant. 4. 106.

Ep. 4. 118.

Str 5. 125.

Ant. 5. 137.

Epod. 5. 149.

stantiorem in posterum. Meum vero nunquam sustinebit cor impiis Neoptolemum lacerare verbis. Hæc tamen terque quaterque revolvere, inopia est; pueris velut blatero (parens itidem repetit): Jovis Corinthus.

NEM. VIII.

DINIÆ FILIO MEGÆ,

ÆGINETÆ,

STADII CURSORI.

Str. 1. Juventa veneranda, præco Veneris dulcium amorum, quæ virgineis juvenumque insidens palpebris alium quidem blandis (fati) manibus gestas, alium vero aliis (h. duris). Jucundum autem est, ab opportunitate (aspirante rebus nostris fortuna) non aberrantem in re qualibet, felicibus amoribus
Ant. 10. potiri posse. — Quales etiam Jovis Æginæque lectum circumvolitarunt Cypriæ donorum custodes: effloruitque filius (Æacus), Œnonæ rex, manu et consiliis præstantissimus. Sæpe eum multi optaverunt videre. Sponte enim heroum flores circumhabitantium ultro volebant illius parere majes-
Ep. 19. tati: — cum qui asperis Athenis gubernabant populum; tum Spartanorum Pelopidæ. Ego vero supplex Æaci veneranda genua, cum urbe pro cara, tum civibus pro hisce, attingo, afferens Lydiam mitram sonore variatam, Diniæ duplicium stadiorum et patris Megæ Nemeæum ornamentum. Cum deo namque plantata felicitas hominibus dura-
Str. 2. 30. bilior est; — qui (deus) olim etiam Cinyram auxit divitiis marina in Cypro. Consisto, (etsi) sane pedibus velocibus, et respirans, antequam aliquid adjiciam. Nam multa multis dicta sunt. Nova vero inventa tradere examini exploranda omnino periculosum est: obsonium (oblectamentum) dicta

invidis. Attingit vero (invidia) semper bonos, cum deterioribus autem non contendit. — Eadem et Telamonis perdidit filium, ense induens (eum). Utique animo strenuum, si facundia careat, oblivio obscuritas, ut inferior judicetur) opprimit tristi in certamine; maximum vero callide-ornatis mendaciis præmium propositum est. Clancularіis enim suffragiis Ulyssi Danai gratificati sunt; aureis vero Ajax defraudatus armis cum cæde luctatus est. — Utique tamen dissimilia hostibus in calido corpore vulnera inflixerant militantes defensante-homines hasta, partim circa Achillem recens interfectum, partim aliorum laborum perniciosissimis diebus. Sed infesta nimirum orationis versutia erat etiam olim, blandorum verborum comes, doli-meditatrix, maleficum opprobrium; quæ quidem, quod splendidum est, deprimit, obscurorum autem gloriam extollit putridam. — Sint nunquam mihi tales mores, o Jupiter pater! Sed viis simplicibus vitæ utinam insistam, defunctus ne liberis famam male audientem relinquam. Aurum optant, campumque alii immensum. Ego vero civibus utinam probatus etiam terra membra operiam, laudans laudanda, vituperium vero adspergens iis quæ improba sunt. — Crescere autem solent virtutes (laudes), viridi rore velut arbor surgit, per doctos (poetas) bonosque viros exaltatæ ad liquidum ætherem. Usus vero varius est amicorum; in victoriis quidem maxime: quæritque etiam oblectatio, (e successu) ante oculos aliorum poni ejus fidem. Tuam vero, o Mega, animam rursus ab inferis reducere — non quidem possum; vanamque spem ad exitum perducere velle, stolidum. Sed tribui tuæ possum Chariadisque ingentem statuere lapidem Musæum, ob pedum victorias illustres bis sane duas. Gaudeo autem convenientes facto emittere laudes. Carminibus vero doloris-expertem multi etiam laborem fecere. Erat enim laudatorius hymnus jam olim, etiam antequam fieret Adrasti Cadmeorumque bellum.

Ant. 2. 39.

Ep. 2. 48.

Str. 3. 59.

Ant. 3. 68.

Ep. 3. 77.

NEM. IX.

CHROMIO ÆTNÆO,

CURRU.

Duodecas 1. POMPAM cum cantu ducemus ab Apolline e Sicyone profecti, o Musæ, recens-conditam in Ætnam, ubi apertæ hospitibus ad ingressum patent portæ, beatam in Chromii domum. At carminum dulcem hymnum texite. Equis-vincente enim curru adscenso, matri (Latonæ) et geminis liberis ejus cantum denuntiat, Pythonis excelsæ consortibus
Dnod. 2. 13. inspectoribus. — Est vero quoddam dictum hominum: rem præclare gestam non humi silentio tegendam. Divinus autem carminis laudatorii cantus consentaneus. Age vero, sonoram citharam, age, tibiam faciamus sonare in ipsum equestrium apicem certaminum, quæ Phœbo instituit Adrastus ad Asopi fluenta. Quorum ego mentione facta exornabo
Dnod. 3. 25. inclitis heroem honoribus: — Qui tunc quidem regnans ibi, novisque festis et de robore virorum certaminibus curribusque politis illustrem-reddidit decorans urbem. Fugiebat enim Amphiaraumque audacem-consilio, et gravem seditionem paternæ domus Argosque. Principes vero non amplius erant Talai filii, oppressi seditione. Enimvero præstantior (mente) se-
Dnod. 4. 37. dat litem priorem vir; — mariti-domitricemque Eriphylen, ceu fidele fœderis pignus, dantes Oiclidæ(Amphiarao)uxorem, flavicomorum Danaorum facti sunt maximi. Et quondam septiportes Thebas deduxerunt virorum exercitum, non faustis auspiciis; neque Saturnius, fulmine vibrato, e domo furioso-impetu-concitatos (eos) proficisci jussit, sed abstinere a pro-
Dnod. 5. 49. fectione. — Manifestam vero utique ad cladem properabat exercitus venire, æreis cum armis equestrique apparatu. Is-

meni vero ad ripas, dulci reditu inhibito, albicantem corporibus pinguefecerunt fumum. Septem enim devorarunt pyræ juvenes viros; Amphiarao autem diffidit fulmine violento Jupiter latam terram, absconditque eum cum equis, — hasta Periclymeni antequam tergo percussus forti animo Duod. 6. 61.
pudefieret. Nam in divinitus-immissis terroribus fugiunt etiam filii deorum. Si fieri potest, o Saturnie, animosam hanc Phœnicia-classe-advectarum hastarum de morte et vita dimicationem precibus-amoveo quam longissime; felicitatem vero legibus-sapienter-constitutam, rogo te, filiis diu Ætnæorum præbeas, — o Jupiter pater, decoribusque civilibus Duod. 7. 73.
admoveas populum (h. ea ei impertias). Sunt utique in eo equorum studiosi, divitiisque animos habentes superiores viri. Incredibile dixi. Verecundia enim (honestarum rerum studium) latenter lucri cupiditate vincitur (plerumque, in iis), quæ gloriam afferunt. Chromio autem si armiger adstitisses in pedestribus pugnis, equorumque naviumque præliis: cognovisses in discrimine acutæ pugnæ, — quod in Duod. 8. 85.
bello illa dea (Verecundia) incitabat ejus animum bellicosum, ut propulsaret exitium Martis. Pauci vero, ad cædis præsentis nubem manibus animoque in hostium ordines convertendam, consiliis valent. Dicitur sane Hectori quidem decus floruisse Scamandri fluenta prope; alte-præcipites vero circa ripas Helori, — quo loco Areæ Trajectum homines appellant, Duod. 9. 97.
fulget filio hoc Agesidami lumen in ætate prima. Alia autem alio tempore, multa quidem in pulverulenta terra, alia vero vicino mari (gesta), commemorabo. Ex laboribus autem, qui in juventute suscepti fuerint cumque justitia, existit senectuti vita placida. Sciat, sortitum se a diis admirandam felicitatem. — Si enim cum opibus multis gloriosum Duod. 10. 109.
nactus fuerit (aliquis) decus, non licet ulterius mortali amplius fastigium aliud attingere pedibus. Hilaritatem autem amat convivium, recenterque florens augetur (illustrior redditur) victoria molli cantu. Audax vero apud craterem vox est. Misceat aliquis eum, dulcem hymni vatem, — argen- Duod. 11. 121.
teisque distribuat phialis potentem vitis filium, quas quondam quadrigæ partas Chromio miserunt benc-textis cum Latoidæ

coronis ex sacra Sicyone. Jupiter pater, præcor, ut hoc victoris decus celebraverim cum Charitibus, supraque multos (alios) honoraverim carminibus victoriam, jaculans proxime ad scopum Musarum!

NEM. X.

THIÆO, FILIO ULIÆ,

LUCTATORI.

Str. 1. Danai urbem, pulcrisque-soliis-insidentium quinquaginta filiarum, o Charites, Argos, Junonis domicilium dea dignum, canite. Refulget enim decoribus (victoriis) infinitis facinora propter animosa. Longa (sunt relatu) Persei circa Medusam Gorgonem (facinora); multa vero in Ægypto condita fuerunt oppida Epaphi manibus. Neque Hypermnestra peccaAnt. 1. vit,(a recto deflexit)sola in vagina retinens gladium;—Diomedem autem immortalem flava quondam dea cæsia fecit deum; Terra vero ad Thebas excepit, percussa Jovis telis, vatem Oicliden, (Amphiaraum) belli nubem. Etiam feminis pulcricomis excellit (Argos). Jupiter olim dum ad Alcmenam Danaenque venit, hanc confirmavit famam; patrique (idem) Adrasti Lynceoque mentis fructus (sapientiam) largitus est Ep. 2. recta cum justitia, — fovitque virtutem Amphitruonis; ipse vero, beatissimus (Jupiter), venit in illius affinitatem. Dum enim (ille, Amphitruo) æreis armis Teleboas cædebat, ei facie assimulatus Immortalium rex aulam intravit semen intrepidum afferens Herculis: cujus in cœlo uxor Hebe pronubam apud matrem (Junonem) incedit pulcerrima dearum.—Arc-
Str. 2. 35. tum mihi os est ad omnia recensenda, quotcunque Argiva terra sortita est decora. Est vero etiam, fastidio hominum occurrere, difficile. Sed tamen (anime mi) chordis-bene-sonoram excita lyram, et luctarum suscipe curam. Certamen

utique æneum excitat populum ad sacrificium Junonis præmiorumque judicium, Uliæ filius ubi victor bis, Thiæus, facilium cepit oblivionem laborum. — Obtinuit vero etiam Ant. 2. 46. in Græcorum conventu Delphis, bonaque fortuna cum advenisset, et in Isthmo et Nemeæ coronam, Musisque negotium præbuit (carmine) arandi; ter quidem in maris portis (Isthmo) victor, ter vero etiam sacris in campis Adrasteæ ditionis. Jupiter pater, quæ utique desiderat animo, reticet ejus os. Omnis vero eventus penes te est eorum, quæ aguntur. Neque (ille) segni corde, (immo vero) afferens audaciam, expetit beneficium. — Nota cano deoque ipsi, et, quisquis certat de supremorum præmiorum fastigiis. Summum vero Pisa tenet certamen ab Hercule institutum. Sane suaves quidem per intervalla in sacris Atheniensium (Panathenaicis) ipsum voces bis decantarunt, (in) terraque igni cocta (hydria figlina) fructus oleæ (oleum sacrum pro præmio datum) reportatus est ad Junonis fortem populum (Argos) in vasorum receptaculis (theca ænea) variegatis. — Obtingit vero, o Str. 3. Thiæe, majorum maternorum (per) illustrem gentem vestrorum, victoriarum gloria Charitum Tyndaridarumque beneficio frequens. Vellem equidem, si essem Thrasycli Antiæque cognatus, Argis non occultare lumen oculorum. Victoriis enim quot equorum-altrix urbs Prœti floruit! Corinthique in recessibus et a Cleonæis (Nemeæ) quater; — e Sicyone Ant. 3. vero argento-donati cum vinariis phialis ingressi sunt (Argos), eque Pellene, induti tergo mollibus tramis (læna). At æs infinitum (præmia ex ære) non possum recensere: longioris enim otii esset, enumerare: quod quidem Clitorium et Tegea et Achivorum excelsæ urbes et Lycæum juxta Jovis (aram) posuit, ubi cursu pedum manuumque vicisset (quis) robore. — Quum Castor autem venerit hospes ad Pamphaen *, et Ep. 3. frater Pollux: non mirum est illis (illi stirpi Thiæi) ingenitum esse, ut sint athletæ boni: siquidem spatiosæ præsides Spartæ (Dioscuri) certaminum sortem cum Mercurio et Hercule gubernant florentem; valde quidem virorum bonorum curam gerentes; et sane sunt deorum genus fidem ser-

* Unum e Thiæi majoribus.

Str. 4. vans.—Alternantes enim per vices, diem unum apud patrem
103. carum Jovem degunt, alterum vero sub latebris terræ, in convallibus Therapnæ, sorte utentes simili. Siquidem hanc, quam omnino deus esse habitareque in cœlo, elegit vitam interfecto Pollux Castore in bello. Hunc enim Idas propter boves admodum iratus vulneravit æreæ hastæ cuspide. —
Ant. 4. (Namque) a Taygeto e-longinquo-conspicatus vidit Lynceus
114. (Idæ frater quercus in trunco sedentem (Castorem). Illius enim hominum omnino fuit acutissimus visus. Velocibus autem pedibus statim accesserunt et atrox facinus patrarunt celeriter, passi vero etiam sunt grave malum manu Jovis, Apharetidæ (Idas et Lynceus). Illico enim advenit Ledæ filius (Pollux) insequens. Illi vero contra steterunt, sepul-
Ep. 4. crum prope paternum; — unde correptam statuam Pluto-
125. nis, politum saxum, projecerunt in pectus Pollucis; nec tamen eum attriverunt neque represserunt: sed irruens (ille) jaculo veloci adegit Lyncei in latera æs. Jupiter vero in Idam igniferum contorsit fuliginosum fulmen. Uterque vero (Lynceus et Idas) simul combusti sunt, auxilio destituti. Exitiale enim est hominibus, contentionem suscipere
Str. 5. cum potentioribus. — Statim vero ad fratris robur (fratrem
137. fortem, Castorem, lancea percussum) rediit Tyndarides (alter, Pollux) et eum nondum mortuum, sed anhelitu interclusum habentem spiritum invenit. Calidas autem fundens lacrimas inter suspiria altum clamavit: Pater Saturnie, quis tandem finis erit luctuum? etiam mihi mortem cum hocce immitte, o deus! Perit honor, amicis orbato, viro; paucique in ærum-
Ant. 5. na ita fidi mortalium, — ut in calamitatis societatem venire
148. non recusent. Sic dixit. Jupiter vero occurrit ei, et hocce effatus est oraculum: Tu es meus filius: hunc vero (Castorem) postea maritus (Tyndareus), semen mortale, cum matre tua congressus *, stillavit (genuit) heros. Sed age, horum tibi tamen optionem trado: Si quidem mortemque effugiens et senectutem odiosam, ipse Olympo vis habitare mecum cumque Minerva et atram-gerente-hastam Marte;

* Jungam equidem: σπέρμα παλάκευις, semen mortale tuæ matri afferens. cf. hac ipsa Oda v. 30. K.

— est tibi sane horum sors. Si vero pro fratre contendere, Ep. 5.
omniumque in animo habes dividere (cum eo) æqualem 159.
portionem: (tum) quidem dimidium spires sub terra vivens, dimidium vero cœli in aureis domibus. Sic utique locuto (Jove), animus (Pollucis) non ambiguum versavit consilium. Denuo igitur solvit oculum, deinde et vocem, ære-galeati Castoris.

NEM. XI.

ARISTAGORÆ PRYTANI,

TENEDIO,

FILIO ARCESILÆ.

Filia Rheæ, quæ prytanea tenes, Vesta, Jovis altissimi Str. 1.
soror et throni-sociæ Junonis, suscipe propitia Aristagoram tuum in penetrale (curiam), propitiaque (suscipe) collegas insigne prope sceptrum (signum tuum in curia adstans), qui te colentes justam custodiunt Tenedum, — sæpe quidem Ant. 1.
libationibus venerantes (te) principem dearum; sæpe vero (sacrificiorum) nidore. Lyra vero ipsis sonat cantusque, et hospitalis Jovis colitur jus perpetuis conviviis. Sed gloriose magistratum duodecim-mensium da illis transigere illæso (tristi casu) animo. — Patrem autem ego beatum prædico Ep. 13.
Arcesilam, et corpus (Aristagoræ) admirandum, et fortitudinem ingenitam. Si vero quis opes possidens forma superaverit alios, inque certaminibus victor specimen edidit roboris; is mortalibus meminerit se amictum membris et postremo omnium terram induturum esse. — Sermonibus autem civium bonis laudare (illum) oportet et mellisonis ornatum celebrare cantibus. E vicinis autem, sedecim Aristagoram splendidæ victoriæ patriamque claram coronarunt lucta et valde-glorioso pancratio. — Spes tamen segnior parentum Ant. 2.
Str. 2. 22.
23.

filii robur impedivit Pythone periculum facere Olympiæque certaminum. Per enim ipsam jurisjurandi religionem (asse-vero): mea quidem sententia, ad Castaliam et ad arborosum profectus collem Saturni, honorificentius quam pugnaptes
Epod. 2. adversarii rediisset, — quinquennale festum ab Hercule in-
34. stitutum celebrans, redimitusque comam purpureis frondibus. Sed mortalium alium quidem vana gloriatio felicitate deji-cere solet; alium vero contra, robori nimium diffidentem, propriis privat bonis, manu trahens retro, animus audacia
Str. 3. carens. — Agnoscere admodum facile erat Pisandri priscum
43. sanguinem Spartani: ab Amyclis enim (ille) venerat cum Oreste, Æolum exercitum ære-armatorum huc (Tenedum) adducens: et ad Ismeni fluenta admixtum (sanguinem) Me-
Ant. 3. lanippi avi materni. Priscæ autem virtutes — recuperant,
49. (etsi) per (aliquot) hominum generationes vicissitudinem expertæ, robur. Continue vero neque nigra fruges edere solent arva; nec arbores amant omnibus annorum recursibus florem odoratum ferre copia parem (pari copia), sed per vices.
Ep. 3 Sic et mortale genus ducit — Fatum. At a Jove homini-
55. bus certum non contingit (de eventu) signum. Et tamen in superbia incedimus resque multas molientes. Illigata enim sunt impudenti spe membra (homines), providentiæ vero (futuri) longe absunt viæ. Utilitatum autem oportet modum venari (sectari, tenere); appetere vero, quæ quis assequi non possit, gravis insania est.

ISTHMIA.

ISTHM. I.

HERODOTO THEBANO,

CURRU.

O MATER mea, tuum, aureo-clipeo insignis Theba, negotium Str. 1,
etiam occupatione (mea) potius existimabo. Ne mihi aspera
succenseat Delus, in qua effusus (qua celebranda occupatus)
sum. Quid carius, quam venerandi parentes (sui), bonis
est? Cede, o Apollinea (Dele). Utrumque utique hymnum
cum diis perducam ad finem : — et intonsum Phœbum choro Ant. 8.
celebrans in Co circumflua, cum maritimis viris (insulanis) ;
et mari septum Isthmi jugum : quandoquidem coronas sex
præbuit Cadmi populo ex certaminibus, victoriale patriæ
decus. In qua et intrepidum Alcmena peperit—filium, feroces Ep. 15.
quem quondam Geryonæ horruerunt canes. At ego Herodoto
parans currus quadrijugi præmium, ipsique habenas, non alie-
nis manibus, regenti, velim aut Castoreo aut Iolai inserere ip-
sum hymno. Illi enim inter heroes aurigæ Lacedæmone et
Thebis geniti sunt præstantissimi,—in ludisque subierunt plu- Str. 2.
rima certamina, et tripodibus ornaverunt domum et lebetibus 26.
phialisque aureis, nacti coronas victrices. Fulget vero
clara eorum virtus et in gymnicis stadiis, et in scutistrepis ar-
matis cursibus.—Quantumque manibus ! (lucta) et jaculantes Ant. 2.
hastis, et saxeos quando emiserunt discos ! Nam nondum erat 33.
quinquertium, sed cuilibet certamini suum constitutum erat
præmium. Quorum (e quibus certaminibus) multis redimiti

frequenter frondibus comas, et prope fluenta Dirces apparu-
Epod. 2. 40. ere, et prope Eurotam, — Iphiclis quidem filius (Iolaus) popularis Spartorum (Thebanorum) genti, Tyndarides vero inter Achæos altam Therapnæ inhabitans sedem. Salvete. Ego vero, Neptunoque Isthmoque divino Onchestiisque ripis concinnans cantum, celebrabo hujus viri inter honores
Str. 3. 51. inclitam Asopodori patris sortem,—Orchomenique patriam terram : quæ ipsum innixum naufragii-tabulis ex immenso mari in horrenda excepit calamitate. Nunc vero rursus pristinæ adest fortuna congenita felicitatis. At qui ærumnas pertulit, is mentis etiam providentiam adfert (habet). —
Ant. 3. 58. Si vero virtus (virtutis præmium) in quovis studiorum genere proposita est, sumtibus pariter atque laboribus oportet eam nactis magnificas laudes non invidis tribuere animis. Nam leve donum est a viro sapiente (poeta) pro laboribus omnigenis, carmine dicendo egregium commune excitare decus.
Ep. 3. — Merces enim aliis alia ob labores hominibus dulcis (con-
65. tingit) pastorique, aratorique, aucupique et (ei), quem mare alit. Ut a ventre quidem horum quivis depellat famem tetram, occupatur. Qui vero in certaminibus, aut (bello) prælians, reportarit decus splendidum ; is bene laudatus lucrum summum accepit, civium et peregrinorum linguæ
Str. 4. (laudis) florem. — At nos decet vicissim et Saturni terræ-
76. quassatorem filium vicinum, bene meritum de quadrigis, cursuum equestrium præsidem (Neptunum) gratiis agendis celebrare, et tuos, o Amphitruo, filios compellare Minyæque recessum (Orchomenum), et Cereris inclitum lucum Eleusinem, et Eubœam, inflexorum curriculorum (certaminum)
Ant. 4. caussa. — Tuum quoque, o Protesilæ, Achivorum juxta
83. Phylacen sacellum addo. Sed omnia eloqui, quæ ludorumpræses Mercurius Herodoto dedit equis, prohibet brevem mensuram habens hymnus. Enimvero sæpe etiam, quod est silentio præteritum, voluptatem majorem affert (audien-
Ep 4. tibus). — Contingat ipsi (adhuc hoc, ut) bene-vocalium alis
90. sublatus splendidis Pieridum porro Pythone etiam Olympiorumque eximiis Alphei frondibus impleat manum, gloriam septiportibus Thebis parando. Si vero quis intus fovet di-

vitias occultas, aliisque insultans ridet; is animam Orco se pendere non cogitat sine gloria.

ISTHM. II.

XENOCRATI AGRIGENTINO.

Prisci quidem, o Thrasybule, viri, qui aureis-redimiculis- Str. 1.
insignium currum Musarum conscenderunt, inclita cum cithara accedentes, sæpe in puerorum gratiam emiserunt mellisonos hymnos; si quis formosus nactus fuerat Veneris pulcrithronæ procam, suavissimum florem (pubertatem). — Musa enim nondum lucri-cupida tunc erat, neque mercena- Ant. 9.
ria, neque vendebatur dulces (illi) mellisoni a Terpsichore, deargentati fronte (præscripta in fronte argenti summa, qua venales erant) mollivoces cantus. Nunc vero expedit Argivi observare dictum, ad veritatem proxime accedens: — pecu- Ep. 17.
nias! pecunias! heus homo! qui dixit: opibus una destitutus et amicis! Sapiens enim tu es, nec ignaro cano. Isthmiam quadrigis victoriam hanc * Xenocrati Neptunus largitus, Doricorum ipsi coronam comis misit illigandam apiorum, — curru-præstantem virum honorans, Agrigenti- Str. 2.
norum lumen. Prope Crissam vero præpotens respexit 24.
Apollo ipsum, præbuitque decus. Et eodem tempore inclitis Erechthidarum decoribus admotus (ornatus) in splendidis Athenis, non conquestus est de currus gubernatrice manu equorum agitatoris, — quam Nicomachus (idem hic equo- Ant. 2.
rum agitator) tempestive adhibuit omnibus habenis: quem 32.
etiam præcones Horarum (certaminis) pronuntiarunt, sacerdotes Saturnii Jovis Elei, facientes quodammodo aliquod hospitale officium, et suave-spirante ipsum salutarunt voce aureæ in sinum prolapsum Victoriæ — terra in ipsorum, Ep. 2.
quam vocant Olympii Jovis lucum: ubi immortales Ænesi- 40.

* Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν τὰν, h. ταύτην—.

dami filii honores assecuti sunt. Etenim non ignara vestra est domus neque chorearum, o Thrasybule, amabilium, ne-
Str. 3. que mellisonorum cantuum. — Neque enim scopulus, neque
47. ardua via est, si quis illustrium ad virorum ædes adducat munera Heliconiadum. Utinam, (etsi) longe jacto-disco, jaculer tantum, quantum indole Xenocrates homines suavi
Ant. 3. superavit. Verecundus erat inter cives versans, — equo-
55. rumque-alturam curans universæ Græciæ ritu; et ad deorum epulas studiose-accedebat omnes, neque unquam hospitalem procella irruens contraxit velum circa mensam, sed trajecit (ille) ad Phasin quidem æstate, hieme * vero navigans Nili
Epod. 3. ad ripas (h. patebat quam latissime ejus hospitalitas). — Ne
63. nunc, si quidem invidi sensus mortalium mentes obsident, neque virtutem sileat (Thrasybulus) paternam, neque hosce hymnos; quandoquidem non, ut otiose quiescant, eos elaboravi. Hæc, Nicasippe, expone, quando ad hospitem meum familiarem veneris.

ISTHM. III.

MELISSO THEBANO,

QUADRIGIS.

Str. 1. Si quis hominum, felicitatem-nactus aut per illustria certamina aut vi divitiarum, cohibet animo tetram insolentiam; dignus is est præconia civium adipisci. O Jupiter, magnæ enim virtutes mortalibus contingunt beneficio tuo, vivitque diuturnior felicitas reverentium (te, piorum); perversis vero
Ant. 11. mentibus non æque perpetuo florens adest. — Inclitis vero facinoribus (ut) sua præmia (constent,) fas est celebrare virum strenuum, fasque choreas-ducentem blandis hymnis extollere. Est vero et geminorum certaminum Melisso sors,

* At v. Not.

quæ ad hilaritatem convertat dulcem cor (partim) in convallibus Isthmi adepto coronas; partim (cum) in cavo leonis pectorosi nemore proclamavit Theben — cursu equestri victor. A majoribus autem congenitam sibi virtutem non dedecorat. Scitis sane Cleonymi gloriam antiquam curribus partam; et ex materno genere Labdacidis affines in divitiis versati sunt inter quadrigarum labores. Tempus vero volventibus sese diebus alia alias per vices afferre solet. Prorsus intacti (ab adversis rebus) sunt filii deorum. Epod. 21.

ISTHM. IV.

EIDEM MELISSO.

Est mihi, deorum beneficio, infinita quoquoversum via, o Melisse; copiam enim dedisti Isthmiis (victoria), vestras (totius gentis Melissi) virtutes hymno prosequendi: quibus Cleonymidæ florentes semper juvante deo mortalem permeant vitæ terminum. Alias autem alius ventus omnes homines ingruens agitat: — (etiam) illi igitur Thebis in honore fuisse antiquitus memorantur, hospitesque circum-habitantium, clamosæque expertes contumeliæ; quotquot vero inter homines volant defunctorum vivorumque virorum immensæ gloriæ testimonia, ea omnia attigerunt perfectissima; virtutibusque ad extremas usque inde a domo sua columnas pertingunt Herculeas: — nec fas est longius extentam affectare (quemquam) virtutem: equorumque altores fuerunt, æneoque Marti probati sunt. Enimvero die una asper nimbus belli quatuor viris orbavit beatam domum. Nunc vero rursus, post hibernam volubilium mensium caliginem tellus velut puniceis, floruerunt, rosis — deorum numine. Quassator autem terræ, Onchestum inhabitans, et pontem marinum ante Corinthi muros, huncce largitus ipsorum generi mirificum hymnum, e lecto excitat Famam antiquam gloriosorum

Str. 1.

Ant. 11.

Ep. 21.

Str. 2. 32.

facinorum: in somnum enim inciderat; sed nunc excitata corpore fulget, Lucifer conspicuus ceu astra inter cætera. —
Ant. 2. 42. Quæ et, in arvis Athenarum currum cum promulgasset vicisse, inque Adrasteis certaminibus Sicyonis, præbuit pariter ejus sæculi poetarum folia carminum. Neque a conventibus communibus abstinuerunt incurvum currum, sed cum universis Græcis certantes sumtu gavisi sunt equorum. Inex-
Ep. 2. 52. pertorum enim obscura silentia sunt. — Est vero obscuritas fortunæ etiam certantibus, priusquam ad finem summum perventum est; horum enim dat eventum (fortuna) *. Etiam fortiorem virorum deteriorum fraus supplantare solet corripiens. Nostis sane Ajacis robur cruentum, quo, sera nocte confossus suo ense, probrum facit filiis Græcorum,
Str. 3 63. quotquot Trojam venerant. — At Homerus utique honoravit eum) inter homines, dum omnem ejus exaltans virtutem per seriem cecinit divinorum versuum posteris decantandam. Hoc enim immortale-sonans procedit, quod quis carmine egregio celebraverit; et omnifrugiferam per terram et per mare incedit factorum splendor egregiorum inextinctus sem-
Ant. 3. 73. per. — Propitias Musas utinam habeamus ad accendendam illam facem hymnorum etiam Melisso, coronam pancratio dignam, germini Telesiadæ! Animo enim, in labore subeundo, audaciæ similis graviter-frementium ferorum leonum; prudentia vero vulpes, quæ resupinata aquilæ impetum cohibet. Oportet autem, quidvis moliendo labefactare hostem.
Epod. 3. 88. — Non enim staturam Orioneam sortitus est. Sed. contemtibilis adspectu, in conflictu vero robore † gravis. Atqui quondam ad Antæi ædes, Thebis a Cadmeis, statura brevis, animo vero invictus, colluctaturus venit heros in triticiferam Libyam; craniis ut hospitum templum Neptuni
Str. 4. 94. operientem (Antæum) coerceret, — filius Alcmenæ. Qui in Olympum abiit, cum et terras omnes et in-præceps-profundi cani maris explorasset æquor, navigationibusque fretum mansuefecisset. Nunc vero apud Ægiochum præstantissima felicitate fruens habitat, coliturque ab Immortalibus, (ipsis)

* Locus corruptus. v. Not. † Leg. ἀκμᾷ, non αἰχμᾷ.

carus, Hebæque maritus est, aurearum ædium dominus, et gener Junonis. — Cui quidem Electras supra portas epulum adornantes nos cives et recens-structa coronamenta ararum, celebramus inferias ære-cæsorum octo mortuorum, quos Megara peperit ei Creontis filia filios, quorum in honorem sub occasum radiorum solis flamma accensa continue pernoctat, ætherem nidorifero feriens fumo: — et altera dies anniversariorum terminus certaminum est, roboris spectaculum; ubi dealbatus caput myrtis hic Melissus duplicem victoriam edidit, puerorum tertiam antea (ediderat), gubernatoris clavum-versantis consilio obsecutus prudentissimi. Cum Orsea igitur ipsum celebro jucundam destillans laudem. Ant. 4. 104. Epod. 4. 114.

ISTHM. V.

PHYLACIDÆ ÆGINETÆ,

PANCRATIO.

O MATER Solis celeberrima, Thia, per te et præpotens existimant aurum homines præ cæteris; et certantes naves in mari et quadrigales equi propter tuum, o dea, splendorem volubilibus in pugnis admirandi existunt; — et (per te) in ludicris certaminibus amabilem gloriam acquirit, cuicunque multæ coronæ redimierunt comam, manibus victoriam adepto aut velocitate pedum. Spectatur vero virtus hominum, deorum ope. Duo vero vitæ florem (vitam) sola pascunt (ornant) suavissimum florente felicitate: — si quis re bene gesta bene audiat. Ne frustra quære Jupiter fieri: omnia habes, si ad te horum sors pervenerit bonorum. Mortalia mortales decent. Tibi autem in Isthmo duplex florens victoria, o Phylacida, reposita est; Nemeæ vero etiam utrique, (tibi)Pytheæque, pancratii. At meum non sine Æacidis pectus hymnos tractat; cumque carminibus (etiam nunc) veni Str. 1. Ant. 9. Ep. 17.

Str. 2. Lamponis filiis — hanc in legibus-bene-instructam urbem:
28. quæ cum conversa sit divinorum facinorum in viam splendidam, ne invideas laudes convenientes hymno miscere pro laboribus. Etenim etiam inter Heroes strenui bellatores famam lucrati sunt; celebranturque inque citharis, tibia-
Ant. 2. rumque omnisono strepitu — omni tempore; studiumque
36. (carminum materiem) poetis præbent, Jovis beneficio, honorati: in Ætolorum quidem sacrificiis illustribus Œnidæ strenui: Thebisque equorum agitator Iolaus in honore est; Perseusque Argis; Castorisque virtus Pollucisque ad Euro-
Ep. 2. tæ fluenta; — at in Œnona (insula Ægina) magnanima in-
41. doles Æaci filiorumque. Qui et præliis bis urbem Troum vastaverunt, sequentes Herculem prius, tum cum Atridis. Impelle nunc mihi (cursum) procul a terra (in altum). Dic: quinam Cycnum, quinam Hectorem occiderunt, et imperatorem Æthiopum intrepidum Memnonem ære-armatum? Quis strenuum Telephum vulneravit sua hasta Caici ad ripas?

Str. 3. — (Illi quidem) quorum Æginam profert os patriam, excel-
55. lentem insulam. Constructus vero est jamdudum cumulus excelsorum facinorum, quem conscendere possis; multaque rectiloqua lingua mihi jacula (laudes) habet de illis sonandi; etiam nunc in bello testari potest urbs Ajacis, servata a clas-
Ant. 3 siariis — in multum-exitiali, Salamis, Jovis imbre, innume-
63. rabilium hominum grandinosa cæde. Sed tamen gloriationem submerge silentio. Jupiter hæc et illa (secunda et adversa) distribuit, Jupiter, omnium dominus. Mellis vero instar amabilem hujusmodi etiam decora (victoriæ certaminibus partæ) epinicium hymnum amant. Contendat quispiam alla-
Ep. 3. borans (certamina frequentans) — de certaminibus, de gente
71. Cleonici ubi inaudiverit (certet mihi quis cum ea victoriarum numero). Non profecto involutus tenebris est longus labor virorum, neque, quantæ impensæ ad potiundum spe (factæ fuerint), stimulat curam (neque impensarum pœnitet). Laudo etiam, Pytheam inter membrorum-domitores (athletas) Phylacidæ plagarum cursum direxisse, manibus dextrum, animo parem. Accipe ei coronam, ferque villosam (laneam) vittam, et alatum novum una-mitte hymnum.

ISTHM. VI.

PHYLACIDÆ,

PANCRATIO INTER PUEROS.

FLORENTE hominum velut convivio secundum craterem musicorum carminum miscemus pro Lamponis strenue-certante progenie. Nemeæ quidem primum, o Jupiter, tibi, flore accepto coronarum; nunc autem in Isthmo domino (ejus, Neptuno) Nereidibusque quinquaginta, filiorum (Lamponis) natu minimo Phylacida vincente. Contingat autem, tertium (quoque) Servatori propinantes Olympio (ut possimus) Æginam perfundere mellisonis carminibus! — Si quis enim hominum, sumtuque delectatus et labore, exercet divinas virtutes, simulque ei fortuna serit gloriam amabilem; is jam ad ultimos fines felicitatis jacit ancoram, divinitus-honoratus. Talia studia secutus optat mortem senectamque excipere canam Cleonici filius. Ego vero altithronam Clotho sororesque Parcas precor, ut obsequantur inclitis amici precibus. — Vosque, o aureis-curribus-insignes Æacidæ, institutum mihi profiteor certissimum esse, quoties in hanc (carmine) incido insulam, adspergere laudibus. Innumeræ enim sunt facinorum præclarorum (quæ Æacidæ edidere) centum-pedes-latæ (amplissimæ) continuo viæ et ultra Nili usque fontes et per Hyperboreos: neque est ita barbara auta lingua nostra aliena civitas, quin Pelei norit gloriam herois, felicis generi deorum: — aut quin Ajacis Telamoniadæ et patris. Quem (Telamonem) armis-gaudentem, ad bellum duxit cum Tirynthiis promtum belli-socium ad Trojam, heroum laborem, Laomedontium ob delictum, navibus, Alcmenæ fi-

Str. 1.

Ant. 14.

Ep. 27.

Str. 2.

38.

lius; cepitque Pergamiam (arcem) occiditque cùm illo (Telamone) Meropum gentes; et bubulcum, monti æqualem, ad Phlegras nactus Alcyonea; suoque non pepercit manibus gra-
Ant. 2. 51. visono nervo—Hercules. Æacidam autem vocans ad navigandum citaverat omnibus epulantibus. Illum quidem in exuvio leonis adstantem jussit nectareis libationibus auspicari fortem Amphitruoniaden, porrexitque ipsi præstantissimus vini-capacem phialam auro horrentem Telamon. Ille vero extensis ad cœlum manibus invictis prolocutus est tale dictum (preces): Si unquam meam, o Jupiter pater, animo lubens precationem au-
Ep. 2. 64. divisti:—nunc tibi, nunc precibus sacris supplico, filium animosum ex Eribœa viro huic, hospiti meo *, fatis debitum exhibeas; invulnerabilem quidem corpore, quemadmodum hoc exuvium me nunc circumit feræ, quam, primum omnium laborum, interfeci olim Nemeæ; animusque par esto. Hæc utique illi locuto misit deus principem avium, magnam aquilam.
Str. 3. 75. Suavis vero intus ipsum titillavit voluptas—dixitque alta voce utpote vates: Erit tibi filius, quem petis, o Telamon; et ipsum avi, quæ apparuit, appella cognominem valde-robustum Ajacem, inter populos in laboribus stupendum Martis. Atque sic locutus mox consedit. Mihi vero longum foret, omnes commemorare virtutes (facta Æacidarum): Phylacidæ enim veni, o Musa, dispensator Pytheæque hymnorum Euthymenique. Argivorum more dicetur utique paucis-
Ant. 3. 88. simis:— Reportarunt, inquam, victorias ex pancratio tres ab Isthmo, alias autem a frondosa Nemea illustres filiique et avunculi. Produxerunt autem in lucem quantam portionem hymnorum! Psalychiadarumque tribum Gratiarum irrigant pulcerrimo rore; Themistiique domo instaurata hancce urbem deo caram inhabitant. Lampon autem "studium rebus gerendis adhibens." Hesiodi valde probat illud dictum, filios-
Ep. 3. 101. que præcipiens (iisdem verbis) adhortatur,—commune civitati decus suo (decore) adducens. Etiam ob benefacta in hospites amatur; modum animo persequens, modumque etiam (re) servans; linguaque non a mente aliena. Dicas illum virum

* Vide not. Edit.

inter athletas, esse Naxiam, lapides inter alios, æris-domitricem cotem. Rigabo eos Dirces pura aqua, quam alte-succinctæ filiæ aurea-veste-ornatæ Mnemosynes produxerunt juxta bene muratas Cadmi portas.

ISTHM. VII.

STREPSIADÆ THEBANO,

PANCRATIO.

QUONAM priscorum, o beata (dea) Theba, decorum patrio- Str. 1.
rum maxime animum tuum oblectasti? Num æreis-cymbalis-strepentis assessorem Cereris quando comatum in lucem edidisti Bacchum? an aurum media nocte ningentem quumexcepisti præstantissimum deorum (Jovem), — quando Ant. 9.
Amphitruonis in foribus stans (domum ingressus) uxorem convenit Herculeo semine? an quum Tiresiæ sollertibus consiliis? an quum Iolao rei-equestris-perito? an Spartis (Thebanis) invictis-hasta (animum oblectasti)? an quum acri Adrastum ex tumultu belli remisisti, orbatum — innu- Ep. 17.
meris sociis, ad Argos equestre? an Doricam coloniam quando firmo constituisti talo (firma collocasti sede) Lacedæmoniorum? ceperuntque Amyclas Ægidæ tui filii (Thebanorum tribus) oraculis Pythicis? Enimvero antiquum obdormiscit decus, immemoresque (ejus) fiunt mortales, — quicquid non sapientiæ florem summum (poetæ artem ex- Str. 2.
quisitiorem) assecutum fuerit, ut inclitis carminum rivis 25.
(libationibus) admisceatur (carminibus celebretur). Choreas-institue igitur, dulcisono cum hymno, etiam Strepsiadæ. Reportat enim ex Isthmo victoriam pancratii, roboreque stupendus adspectuque formosus; habetque virtutem non deteriorem corpore; — illustraturque per violaceis-comis- Ant. 2.
33.

ornatus Musas; avunculoque cognomini attulit commune* decus; æreo-clipeo-insignis cui mortem Mars intulit. Sed gloria bonis reposita est. Sciat enim certo, quicunque in
Ep. 2. 41. hac nube grandinem cædis a cara patria propulsat, exitium avertens in hostilem exercitum, apud cives stirpi maximam gloriam (se) accumulare tam viventem quam mortuum. Tu vero, o Diodoti fili, bellicosum æmulans Meleagrum, æmulansque Hectorem atque Amphiaraum, floridam exspirasti
Str. 3. 49. ætatem, — antesignanorum in turba, ubi fortissimi sustinuerunt belli contentionem extrema spe. Pertuli tum luctum infandum. At nunc mihi terram-continens (Neptunus) serenitatem præbuit post hiemem. Cantabo comam (victoris) coronis aptans. At Immortalium ne conturbet invidia
Ant. 3. 57. — (hoc meum studium): quod jucunditatem quoque-die-oblatam sectans tranquillus accedo ad senectutem fataleque ævum. Morimur enim pariter omnes, etsi fortuna sit inæqualis. Longinqua vero quisquis spectat, imbecillior (erit, imbecilliorem se esse sentiet), quam ut pervenire possit ad æream deorum sedem; quum alatus excusserit Pegasus — dominum vo-
Epod. 3. 65. lentem in cœli regiones contendere ad concilium Bellerophontem Jovis. Injustam vero voluptatem acerbissimus manet exitus. Nobis vero, o aurea-coma-florens, præbe, Loxia, tuis etiam Pythone carminibus floridam coronam.

ISTHM. VIII.

CLEANDRO ÆGINETÆ,

PANCRATIO.

Diæresis 1. CLEANDRO quispiam juventutique (ejus) pretium inclitum, o Juvenes, laborum, patris splendidum Telesarchi ad vestibulum progressus, congregato pompam cum hymno, et

* f. novum. *καινὸν θάλος.*

Isthmicæ victoriæ præmium, et Nemeæ quod certaminum victoriam adeptus est. In cujus gratiam et ego, quamvis mœstus animo, postulor auream invocare Musam. A magnis vero luctibus liberati neque in orbitatem incidamus coronarum! neque mœrores fove (anime mi)! sed dimissis inutilibus ærumnis, dulce aliquid in publicum proferamus, etiam post calamitatem. Quandoquidem capite impendens Tantali saxum aliquis avertit a nobis deus, — ingentem Græciæ laborem. At mihi metus sublatus gravem levat sollicitudinem. Resque præsens quælibet præstat semper. Dolosum enim ævum (incerta fortuna) hominibus impendet, accelerans vitæ cursum. Sanabilia tamen sunt mortalibus salva libertate etiam illa, oportetque bonam spem hominem fovere. Fas vero est, in septiportibus Thebis educatum (me) Æginæ hymnorum decus præ (aliis) tribuere; patris siquidem (ejus) geminæ fuerunt filiæ Asopidumque natu minimæ, Jovique placuerunt regi. Qui alteram quidem (Theben) apud pulcrifluam Dircem curruum-studiosæ urbis constituit præsidem; — tecum vero (o Ægina) in insulam Œnopiam translata dormivit; divinum ubi peperisti Æacum gravistrepo patri, honoratissimum inter mortales; qui etiam deorum lites decidit. Cujus quidem diis-pares excelluerunt filii, nepotesque bellicosi fortitudine in æreo luctuoso subeundo strepitu belli; sapientesque fuerunt prudentesque animo. Hæc etiam deorum meminerunt concilia, (ex eo adhuc tempore) Jupiter quando illustrisque Neptunus de Thetidis contendebant nuptiis, uxorem formosam cum vellet uterque suam esse. Amor enim (ejus) tenebat (eos). Sed non ipsorum immortales perfecerunt conjugium deorum mentes, — postquam oracula audiverant. Dixit enim consilio-valens in medio ipsorum Themis: fatale esse, filium deum præstantiorem patre ut pariat marina dea, qui et fulmine potentius aliud telum agitaturus sit manu, et tridente invicto, si cum Jove (illa) concumbat aut Jovis cum fratre. Itaque hæc (pergit illa) missa facite. Mortalem autem torum sortita filium videat interemtum bello, Marti manibus similem, fulguribusque vigore pedum. Mea quidem voluntas est,

Diær. 2. 23.

Diær. 3. 45.

Diær. 4. 67.

Peleo divinum concedere nuptiarum Æacidæ præmium, quem
Diær. 5. religiosissimum aiunt Iolci alere solum. — Eant autem ad
89. divinum antrum Chironis recta statim nuntii; neque Nerei filia contentionum folia (sententias discrepantes: rixandi inter nos deos materiem) iterum præbeat nobis; pleniluniique vespera amabile solvat (illa) frænum sub heroe virginitatis. Sic dixit Saturniis locuta dea. Illi vero superciliis annuerunt immortalibus: verborumque (ejus) fructus non periit. Aiunt enim una-curasse et nuptias Thetidis regem (Jovem); et juvenilem illustrarunt poetarum ora ignaris virtutem Achillis: qui et Mysium vitiferum cruentavit, Te-
Diær. 6. lephi atro adspergens cruore, campum; — et construxit
111. Atridis reditum, Helenamque redemit, Trojanos nervos (fortissimos Trojanorum heroes) cum excidisset hasta, qui eum averterant nonnunquam a pugna homicida prœlium campo molientem, Memnonisque robur (Memnonem) superbum, Hectoremque aliosque principes, quibus domum Proserpinæ monstrans Achilles, princeps Æacidarum, Æginam suamque stirpem illustravit. Quem ne mortuum quidem carmina destituerunt; sed juxta ejus rogum sepulcrumque Heliconiæ virgines steterunt, lamentationemque celebrem affuderunt. Placuit nimirum Immortalibus, fortem virum etiam mortuum
Diær. 7. hymnis dearum tradere. — Quod et nunc habet rationem
133. (non minus valet): properatque Musarum currus ad Nicoclis monumentum pugilis canendum, honorandumque eum, qui Isthmicam (coronam) e Doricis nactus est apiis; postquam finitimos vicerat olim idem ille viros inevitabili manu convellens. Eum quidem non dedecorat eximii filius patrui (Cleander). Æqualium aliquis splendidam ob pancratium Cleandro nectat myrti coronam: si quidem eum Alcathoi certamen cum victoria (h. victorem) inque Epidauro juventus antea excepit. Eum laudare viro bono facile est. Juventutem enim non expertem sub latibulo præclarorum facinorum consumsit.

FINIS.

LONDINI, IMPRESSIT N. BLISS.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ α'.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ,

ΚΕΛΗΤΙ.

ARGUMENTUM.

Omnium certaminum primarium ac princeps est Olympicum, in quo victoriam celete retulit Hiero, carmine celebrandus 1—37. Sequitur digressio de Pelope, qui Pisam olim et Olympiam occupavit, et intra Altin pro heroe colitur—159. Redit poeta ad laudes victoris, et facit bona vota—ad f.

Στροφὴ α'. Κώλων ιζ'.

ΑΡΙΣΤΟΝ μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ
Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Ἄτε διαπρέπει νυ-
κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου·

Hiero Dinomenis f. equo celete victor Ol. lxxiii. a vetere Grammatico traditur; perperam, quantum quidem ex multis rationibus intelligi potest. Syracusanus certe adscribi non potuit ante Ol. lxxiv. 1. qua Gelon frater Syracusas occupavit, Gelæ dominatione Hieroni relicta. Videtur adeo Ol. lxxv. victoria hæc Olympiaca reportata esse. Cf. Pyth. i. ii. iii. Diodor. xi. 38. 48. 49. (et ad c. l. Wessel.) 67. 68. Pausan. vi. 12. p. 479. et 480. Anthol. Steph. p. 506. et Anal. Brunck. Tom. iii. p. 174. cxviii.

1—12. *Inter certamina Olympiacum eminet, ut inter elementa principatum tenet aqua, inter metalla aurum, inter astra sol.* Hæc esset vulgaris oratio: quam, ut poëta lyricus, invertit. ἄριστον: inf. Ol. iii. 75. ἀριστεύει, *principatum tenet*, sc. κατὰ τῶν στοιχείων. Quippe ex aqua crassiore prodiit terra, ex aqua tenuata aer, ex hoc ignis. Petitum apparet ex antiqui poetæ cosmogonia, ad sensus

Εἰ δ' ἄεθλα γαρύειν
Ἕλδεαι, φίλον ἦτορ,
Μηκέθ' ἁλίου σκόπει
Ἄλλο θαλπνότερον
Ἐν ἀμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ἐρήμας δι' αἰθέρος·
Μήθ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα
Φέρτερον αὐδάσομεν·
Ὅθεν ὁ πολύφατος
Ὕμνος ἀμφιβάλλεται

5. *εἰ δὲ ἰσθλὰ γ.* emendabat Pauw, parum feliciter, dum vim lyricam non assequebatur. 7. *μηκέτ' ἀελίου* Ald. et Palat. C. emendatum jam in ed. Rom. 9. *ἠμέρᾳ* Pal. C. Hanc tamen non varietatem, sed librariorum stuporem, enotare piget.

pinguius res exponentis. Omnino hic modus comparandi Pindaricus est animadversione dignus: videtur eum affectare Theocrit. xvii. 9.

4. Jungenda: *ὁ δὲ χρυσὸς διαπρέπει ἐξόχως (κατὰ) πλοῦτον, ἅτε πῦρ αἰθόμ.* (flamma ardens) *διαπρέπει νυκτί.*

5. Pro vulgari: *κατὰ δὲ τῶν ἄθλων.* Nullum certamen est insignius Olympiaco, ut nullum sidus sole clarius.

10. *ἐρήμας δι' αἰθέρος. per vacuum æthera.* Horat. interdiu, vacante cælo ceteris astris.

12. *μήδ' αὐδάσομεν.* post *σκόπει* debebat sequi *μήδ' αὔδα.*

13. *ὅθεν*, ab Olympico certamine. *Ὕμνος* ut persona: etiam inf. Ol. iii. 17. *Πίσα—τᾶς ἄνω θυόμεσθ' ὑψιγόνων ἵππων ἀνθρώπους Ἀοιδαί*: et ix. 30. x. 118. De sequentibus nondum vidi meliora. Si vel maxime expeditam habes unam vel alteram vocem, non tamen concinunt reliqua. Ita, si *ἀμφιβάλλεται* Hymnus Jovem, sit, *amplectitur*: molesta sunt quæ adjiciuntur: *σοφῶν μητίεσσι κιλαδεῖν. Amplectitur Jovem, ut eum canat per carmina poetarum.* Hæc quis animo æquo ferat! Si saltem absolute dictum esset: *ἀμφιβάλλεται Κρόνου παῖδα*! ita conveniret cum eo, quod Heinrichs noster comparabat Ol. x. 118. *κλυτὸν ἵδρυε λειμῶν ἀμφίπυτον.* Latet nos usus loquendi vocis *ἀμφιβάλλεσθαι.* Sententia postulat notionem *accedendi, procedendi*: Hymnus *procedit* Olympia, *ἱκνέεται, παραγίνεται, ut celebret Jovem μητίεσσι σοφῶν*, h. e. *διὰ μήτιας, poetarum curis*, (v. c. Nem. iii. 15.) *per carmina poetarum.* Ita quoque in varietate lectionis *ἰκόμενος* (quod, ut nunc est, retrahendum est ad *αὐδάσομεν*) latere videri potest *ἰκόμενος* sc. *ipse Hymnus.* Quo quidem modo omnia essent expedita et Pindaro digna: *Ὅθεν ὁ πολύφατος Ὕμνος ἀμφιβάλλεται*, (h. e. *περιέχεται*) *σοφῶν μητίεσσι κιλαδεῖν Κρόνου παῖδ', ἐς ἀφνεὰν ἰκόμενος μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν.* Pro *κιλαδεῖν* Pindaricum esse debuit *κιλαδέν.* [Verba impediti sensus: *ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι* expedita esse Gilb. Wakefield censet iis, quæ præmiserat ex Ev. Lu-

Σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ' ἐς ἀφνεὰν ἰκόμενοι
Μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν·

Ἀντιστροφὴ ά. Κ. ιζ.

Θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
Σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν
Κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν·
Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
Οἷα παίζομεν φίλαν
Ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
Τράπεζαν. ἀλλὰ Δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλου
Λάμβαν'· εἴ τί τοι Πίσας τε

15. *μητίεσσι* non modo Steph. sed jam Rom. cett.—*μητίεσσι*, quod metrum postulabat, revocavit Schmidius ex Aldo. 16. *ἰκομένοις* Pal. A. et B. Bodl *a*. Gott. et a. m. sec. *ἰκομένους*. Similiter Augustanus. *ἰκόμενοι* Bodl. MS. et C. et in marg. Pal. C. et hoc præstat, ut *αἰδάσομαι*, *ἐς ἀφνεὰν ἰκόμενοι* jungantur, reliqua in medio interjecta sint. 17. *ἀφνεὰν μάκαιραν ἑστίαν* duo epitheta junxit! 19. *σκᾶπτρον* Ald. cum codd. parte: iidem fere cum aliis 21. *ἀρετᾶν ἀ. πασᾶν* et 23. *μουσικᾶς*. Versum 22. recitat Athenæus i. p. 3. B. 27. f. *πασσάλου*. 23. *Πίσσας* Pal. B. Male. Nam brevis syllaba requiritur; et prior in *Πίσα* ubique est brevis, contra quam Pauw contendebat. v. Mingarell. Conject. de Pind. Odis. p. 47.

ca ii. 19. *συμβάλλουσα ἐν τῇ παιδίᾳ*, et ex Aristoph. Lys. 28. *πρᾶγμ' ἀνιζητημένον πολλαῖσί τ' ἀγρυπνίαισιν ἠρτυσμένον*. (Silv. P. v. p. 63.) Velim doceri, quomodo hæc sibi mutuam lucem fœnerentur. *Ex Addendis.* F. ut Homer. Il. *π*. 535. *ἀμφὶ πτύσσε οὖατα βάλλει*. *Ex Schedis.*]

18. *ὃς ἀμφίπει*—Inf. Ol. vi. 158. Siciliæ—*τὰν Ἱέρων ναυσαρχῷ σκάπτῳ δίκαν*—.

20. *ἀνθεμίων* pro *ἀνθεμιόεντος*. Monet Eustath. p. 694. 41. Debebat sequi *ἀγλαϊζόμενος δὲ*, h. e. *λαμπρυνόμενος, κοσμούμενος*.

24. *οἷα, ὡς*. Apollon. Rh. i. 458. accumbebant heroes, *μυρίσασθαι δ' ἀμβαδὶς ἀλλήλοισι Μυθιῶνδ', οἷά τε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ καὶ οἶνῳ Τερπνῶς ἠψίσαντο—*.

26. *Δωρίαν φόρμιγγα*. *Δωριὴν ἁρμονίᾳ ἡρμοσμένην*, quod Ol. iii. 9. *Δωρίῳ φωνὰν συναρμόξαι πηδάλιῳ*.

28. *Si decus e victoria—adegit te, o* anime mi, *ad canendum*, impellit te.

Καὶ Φερενίκου χάρις
Νόον ὑπὸ γλυκυτά-
ταις ἔθηκε φροντίσιν·
Ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας
Ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων
Κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν

Ἐπῳδὸς ά. Κ. ιγ'.

Συρακόσιον, ἱπποχάρμαν
Βασιλῆα. λάμπει
Δέ οἱ κλέος παρ' εὐάνορι Λυδοῦ
Πέλοπος ἀποικίᾳ· τοῦ μεγασθενὴς
Ἐράσσατο γαιάοχος Ποσειδᾶν,
Ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε
Κλωθὰ, ἐλέφαντι φαίδιμον

32. ἔτ' ἰπ' Ἀ. Pal. B. 33. Ἀλίντρητον Ald. emendatum in Rom. [32, 33. ap. Plutarch. Sympos. ix. 15. *Ex Schedis.*] 35. Συρακούσιον Pal. B. et sic Crat. non Συρακουσίαν, quod Schmid. ait. Porro μαν in alterum versum rejicit Bodl. MS. et α. 38. γρ. ἰπποσία ap. Schol. et hoc forte verius. Nam *Pelopis colonia* non nisi improprie diceretur seu Olympia seu Pisa. At fuit *sedes*. Πισαίαν ἔσχε καὶ Ὀλυμπίαν. Pausan. v. ii. p. 376.—Versus 38-42. recitantur in Schol. ad Lycophr. 156. quod conf. 39. Ἠράσσατο Pal. B. ἐράσατο Ald. Ποσειδᾶν Bodl. C. Pal. C. Ang. in marg. Gotting. et Ald. recte. vulgo Ποσειδῶν. 40. ἐξε- 41. λα K. Bodl. MS. et α. ἐξεῖλα Ald. et Pal. C.

φροντίδες, *cura*, studium poetæ, quod idem μῆτις, μέριμνα.

33. Homer. Il. ψ. 387. ἄντυ κίντρῳσι θέουσαι.

34. κράτει δὲ προσέμιξε. νίκῃ ἥρμοσε, προσῆγε, ἐπίλασε. Pindarica ratio loquendi ex Homero ducta. Notat quoque Eustath. p. 383.

36. λάμπει—*gloria ipsi parta est Olympiæ ex victoria.*

40, 1, 2. Quando Parca eum e *nitente* lebete extraxit, ἐξεῖλεν, κεκαδμένον (κατὰ τὸν) ὦμον φαίδιμον ἐλέφαντι, pro καὶ ἔκα. σεν, ἐκόσμησεν αὐτὸν *apposito humero ex ebore*. Fabulam puta ita instructam fuisse: Jupiter, fraude animadversa, Parcam jubet frustra carnium iterum in lebetem conjecta coquere, ut nova pueri forma prodeat: cui cum deesset humerus a Cerere consumtus, apponendus erat humerus eburnus. [F. imitatione Dionysi Zagrei discerpti. v. Creuzer *Symbolik* iii. p. 331. *Ex Schedis.*] Inventum petitum ex vulgari loquendi modo, quo juvenes *pulcris humeris* celebrati comparari solitis, cum *ebore; acceptum* autem *a diis* dicebatur, quicquid *insigne* esset. Summam antiquitatem redolet fabula: similis Medeæ commento recoquendi Peliæ ap. Ovid. Met. [Böttiger *Vasengem.* i. 2. 7. *Ex Schedis.*] Carnes autem humanas ad exploran-

Ὦμον κεκαδμένον.
Ἢ θαύματα πολλά.
Καί πού τι καὶ βροτῶν φρένας
Ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον
Λελαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις
Ἐξαπατῶντι μῦθοι·

Σ. β'. Κ. ιζ.

Χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς,
Ἐπιφέροισα τιμὰν,
Καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν

43. θαῦμα τὰ πολλὰ omnes libri Palatt. et Bodlei. etiam Aug. Gott. sed et sic omnes edd. ante Schmidium; quod varie exposuerunt viri docti. Schmidius Eustathium sequutus θαυμαστὰ reposuit, ut sit pro θαυμαστά: ut γνωστὰ, γνωτά. Sicque θαυμαστὰ ἔργα Hymn. in Mercur. 80. et 439. cf. Ruhnken. Epist. crit. p. 26. hoc tamen sensu θαύματα multo melius a lyrico dicerentur. Hoc sensu θαύματα dixit Eurip. Bacch. 666. (Br. 656.) 715. (705.) Athenæus xi. p. 505. F. ὡς ἀείσλαττι Πλάτων, πεπλασμένα θαύματα ἰδών. hoc itaque Oxonienses receperunt, Aretium se sequi professi; sed hic idem ex ingenio refinxerat ἢν θ. non bene; nam subintelligi id poterat in illa lectione: ἢ θαύματα πολλὰ (γίνεται). Mox in καί που τι καὶ oratio jejuna existit. 44. φρένα vulgg. inde a Romana. φρένας ex Pal. A. B. reposuit Schmid. φάτις Ald. et Pal. C. φάτιν Schol. sed hoc ad sequentem versum spectasse videtur, ita ut ejus locum occuparit λόγον, interpretamentum: ὑπὲρ τὰν ἀληθῆ (ἀλαθῆ) φάτιν. [Beck. conj. σοφῶν, quod alienum a poëtæ mente. *Ex Schedis.*] 48. ἄτι πάντα Pal. C. 50. ἐπιφέρουσα duo Pal. et duo Bodlei. 51. Importunum τὸ πολλάκις; emendat Gedick. τι.

dum numen appositas habemus quoque in fabula Lycaonis.—Pueri sic restituti amore capitur Neptunus. Fabulam suo more exponit Lycophr. 152. sq.

43—52. Sane multa mirabilia l. fiunt l. narrantur: delectant ea animos, etsi fabulosa, a poetis suaviter narrata. [Boeckh. contendit esse: πολλὰ (ἐστὶ) θαυμαστά. *multa sunt* (multæ res sunt) *mirabilia.* At quidni: θαύματα (ἐστὶ) πολλά. *res mirabiles sunt multæ. Ex Schedis.*]

44. Eadem sententia Nem. vii. 32. σοφία δὲ κλέπτει παράγουσα μύθοις. cf. Pyth. x. 76. 7. 8.

48. Χάρις δ' (pro γάρ.) nunc generali notione, ut inf. Ol. xiv. χάριτες: ubi v. 7. Σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ γλυκέα Γίνεται πάντα βροτοῖς. Est adeo venustas, quæ placet, et gratiam adspergit ac Veneres afflat rebus, ut eæ placeant. Aliis locis de poesi, inprimisque lyrica, adhibetur vox a Pindaro. Convenit sententia cum illa vulgari: μόνον τὸ καλὸν φίλον. Theogn. 17. [Gurlitt. speciali notione de poesi intelligit: nec male. *Ex Schedis.*]

51. ἐμήσατο pro præsenti, μηχανᾶται,

Ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
Ἀμέραι δ' ἐπίλοιποι
Μάρτυρες σοφώτατοι.
Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν
Ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόναν κα
λά· μείων γὰρ αἰτία.
Υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ', ἀντί-
α προτέρων, φθέγξομαι,
Ὁπότ' ἐκάλεσε πα-
τὴρ ἐς εὐνομώτατον
Ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον,
Ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
Τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι,

A. β'. K. ιζ'.

Δαμέντα φρένας ἱμέρῳ,
Χρυσέαισί τ' ἀν' ἵπποις

54. *μάρτυρες*. Pal. C. Homericum. 58. *σὺ δ'* Aug. *ἀντία* 59. *προτέρων*, Steph. nec tamen priores Steph. edd. sed Paull. Steph. 1599. 60. *ὁπότε κάλεσε* Ald. Pal. A. B. Bodl. mutatum in Rom. 61. *-τηρ ἐς εὐνομώτατον* 62. *ἔρανον, φ.* Bodl. β. et γ'. Mosq. et sic est emendatum pro vulgari: *πατὴρ τὸν εὐν. Ἐς ἔρανον.* metro nec intercedente. Molestum erat *τόν.* Convenit *ὁπότε τόν* cum v. 32. *ὅτε παρ' Ἀλφ.* 63. *δεῖπνα θεοῖσι.* Bodlei. C. 66. *χρυσέαισι κἀν ἵπποις* Pal. C. *χ-αισιν ἵπποις*—Bodl. α. β.—*αισιν ἀν' ἵπποις* Steph. et Bodl. MS. et

efficere solet, ἐπιφέρουσα τιμὰν (nam hæc jungenda) *afferendo honorem,* decus, vim, ut placeat.

53, 54. Inf. Ol. x. 66. ὅτ' ἰξιλίγχων μόνος Ἀλάθαν ἐσήνυσεν Χρόνος. Ita et h. l. ἰλίγχει ὁ χρόνος, *μαρτύρεται, μάρτυς ἐστὶ, καταμηνύει.* arguit commenta etiam poeticis ornamentis blandientia. Respicit locum Xenoph. H. Gr iii. 3, 2. *συμμαρτυρεῖ ταῦτ' αὐτῷ καὶ ὁ ἀληθέστατος λιγόμενος χρόνος εἶναι.*

57. *μείων αἰτία, ἀλίγη,* pro *εὐδιμία. ita in nullam reprehensionem incidit.* Ita P. i. 159. *μείων ἔστεται μῶμος.* et P. xi. 45. *οὐ μείονα φθόνον.*

57. *Possumus vel sic errare in fabulis exponendis; minore tamen cum culpa et reprehensionis periculo, bona saltem fingendo, non prava.* Referenda hæc ad religiosam Pindari mentem, cujus plura argumenta videbimus. Porro habemus hic exemplum mythi alio modo, quam traditus erat, narrati, consilio pietatis.

58. *ὦ υἱὲ Ταντάλου, φθέγξομαι,* contra quam prisci poetæ, *τὸν Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι σε—χρυσέαισί τ' ἀν' ἵπποις μεταβᾶσαι (μεταβιβάζειν σε) ποτὶ* etc.

[61. *ἔσπε.* quia ante a diis fuerat adhibitus epulis. *Ex Schedis.*]

Ὕπατον εὐρυτίμου
Ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι·
Ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
Ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζενὶ ταῦτ' ἐπὶ χρέος.
Ὡς δ' ἄφαντος ἔπε-
λες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιό-
μενοι φῶντες ἄγαγον·
Ἔννεπε κρυφᾷ τις αὐτί-
κα φθονερῶν γειτόνων,
Ὕδατος ὅτι τε πυ-
ρὶ ζέοισαν ἀμφ' ἀκμὰν
Μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
Τραπέζαισί τ' ἀμφὶ δύστατα κρεῶν

γ. quin hæc Ald. et omnium edd. est lectio a Schmidio ex ingenio emendata: nec male. [male nam pendet ab *δεκάται*: *δεκάται καὶ μεταβᾶσαι*. *Ex Schedis.*] 69. *Ἰνδ' ἀνυτίῳ χ.* emend. Pauw. male et hoc. v. Not. [Gilb. Wakefield tentat *Ἰνδ' ἀφ' ἐσχίῳ χρόνῳ* (Silv. Parte iii. p. 182.), quod factum nolim. *Ex Addendis.*] 72. *ἄφαντος* Bodl. β. Aug. 74. *ἤγαγον* Ald. et pars codd. emendatum in ed. Rom. 78. *ἐπ' ἀκμὰν* Ald. et Pal. C. emendatum in Rom. 80. *ἀμφὶ δύστατα* Athenæus legit (lib. xiv. p. 637. C.) et *in secundis mensis* accepit. et sic Ald. Morell. Steph. Pal. B. Bodl. C. et γ Aug. At *ἀμφιδύστατα* jam Ed. Rom. et hinc Crat. et alii. Equidem *τραπέζαις ἀμφὶ* jungam, ut distributas carnes circa mensas innuat. *δύστατα κρεῶν*, extremæ partes, accipi possunt: cum humerus tantum consumtus fuerit. Unus ex Schol. *δύστατα τὰ βεβρεγμένα τῷ αἵματι* habet, et legisse videtur: *δυστὰ τὰ κρεῶν*, a *δύειν*. Et sic, vel *ἀμφίδυστα τὰ*, Pauw emendat, mavult tamen accipere *tebeti immersa*. *τὰ κρεῶν σίδειν* Pindaricum esse non dubito; notissima res est, ubi de parte agitur, casum secundum poni; adeoque pro *τὰ κρέα σου*. Ambigo, præstetne *τραπέζαισί τ' ἀμφὶ* an *ἀμφίδυστα*, idem quod *δυστὰ*, *cocta*. Gœs. em. *τραπέζαισι δ' ἀμφὶ δαῖτα τὰ κρεῶν*. Respicit locum Irenæus c. Hæres. ii. 21. sed nil inde lucreris.

69. *δυστέρῳ χρόνῳ* pro *ἄλλῳ*. et
71. *eadem de causa*.
77. *ὕστι τι—τραπέζαισί τι*.
78. *ἀμφὶ ἀκμὰν ὕδατος ζέουσαν πυρὶ* dictum pro *ὕδατος ζέοντος πυρὶ*, et hoc pro *εἰς ὕδωρ ζέον*. Est enim *ἀκμὴ τῆς ἀναζέσεως τοῦ ὕδατος*.

Σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον.

Ε. β'. Κ. ιγ'.

Ἐμοὶ δ' ἄπορα, γαστρίμαργον
Μαχάρων τιν' εἰπεῖν.
Ἀφίσταμαι. ἀκέρδεια λέλογχεν
Θαμινὰ κακαγόρως. Εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος. ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη· κόρῳ δ' ἕλεν
Ἅταν ὑπέροπλον,
Τάν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμασε, καρτερὸν αὐτῷ λίθον,
Τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν,
Εὐφροσύνας ἀλᾶται.

82. ἄπορον Ald. A. Pal. C. (ex interpretatione.) 82. -μαρ- 83. γον μ. Bodl. MS. 84. ἀκίρδια Pal. C. 85. κακηγόρους. κακαγόρος. κακάγορος. κακαγόρους. aberratt. edd. et scriptt. Veram scripturam jam habet ed. Rom. et hinc Crat. Steph. et rel. 87. κα- 88. ταπίψαι Bodl. MS. γὰρ abest Pal. A. B. 88. μίμψαι Aug. [89. κόρος δ' ἴλεν ἄταν, ὑπέροπλον ἄταν Eichstädt. Quæst. philol. nov. specim. p. 25. jejune. *Ex Schedis.*] 91. ὑπερκρέμασ- 92. σε. Bodl. C. et β. γ. ὑπὲρ κρέμασε disjunctim Aug. 92. κρατερὸν MS. Bodl. 93. Ἀεὶ Ald. et Pal. C. αἰὲν in Crat. ed. nihil aliud est quam sphalma typogr. κεφαλῆς Bodl. α. β. γ. et sic Rom. Brub. at emendate Crat. Morell. Steph. ut jam Aldina habebat.

82. Similia loca Ol. ix. 54. P. ii. 96. Nem. vii. 94.

84. ἀκίρδια, βλάβη, ut N. v. 30. λέλογχε τοὺς κακηγόρους, pro sollenni ἴλαχε (h. e. κατέλαβε v. ἴλαβε), quod inf. P. ii. 50. 51. Verum et Theocr. iv. 40. σκληρὰς δαίμων—ὅς μ' ἐλελόγχει, et vii. 103.

88. οὐκ ἐδύνατο καταπίψαι μέγαν ὄλβον, *perferre æquo animo felicitatem.* quod P. ii. 48. μακρὸν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον de Ixione. πίψαι proprie *iram reprimere.* Exempla congessit doctiss. Schneider p. 110. Vitæ Pind.

89—94. Nondum vidi, quod satisfaceret, post Additamenta. Non enim satis est exculpsisse aliquid, quod non prorsus absurdum sit. Pindarica quærimus. Videamus, quo lectio vulgata ducat. Tantalus ἴλεν (ἴλαβεν, ut P. ii. 54.) ἄταν ὑπέροπλον κόρῳ, διὰ κόρον, δι' ὕβριν, *arcessivit sibi malum ingens:* πόνον v. 98. τὰν (καθ' ἣν) πατὴρ ὑπερκρέμασε λίθον καρτερόν οἱ αὐτῷ. hic

Σ. γ'. Κ. ιζ'.

Ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον
Τοῦτον ἐμπεδόμοχθον,
Μετὰ τριῶν τέταρτον
Πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψας
Ἁλίκεσσι συμπόταις
Νέκταρ ἀμβροσίαν τε
Δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
Θέσσαν. εἰ δὲ θεὸν
Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λασέ-
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
Τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν

95. ἀπάλαμον Ald. emendatum statim in Rom. Pal. C. et ab alia manu Bodl. [sc. ἀμήχανον, ἄπορον. *Ex Schedis.*] 97. τίνταρος emendat Pauw, ut sit quartus Tantalus post Sisyphum, Tityum et Ixionem. Argutantur et hærent reliqui Intpp. vett. et novi. Voluit poeta *continuum, quartum post tertium, sine ulla intermissione.* ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ. 102. ἴθεσαν Ald. et Pal. emendatum in Rom. θέσαν Bodl. α. β. γ. 103. λαθίμεν (h. e. λήθειν, non λαθεῖν, priore brevi) Steph. non modo, sed sic Ald. Rom. et omnes: nec λασίμεν receptum nisi a Schmidio ex Cod. Canteri Nov. Lect. ii. 5. qui non alius quam Palat. esse videtur; nam sic Canteri Pal. A. B. λασσίμεν Bodl. β.

jejuna sunt αἱ αὐτῷ: quorsum enim ei ipsi? non alii? inprimis cum disjuncta sint; sive κατηρὲν αὐτῷ, *gravem ipsi*, malis; et jejunum τέν. In Aug. gl. δι' ἣν, non magis commodum, propter quod malum. Nam ἄτη nunc non est culpa, sed ἁλεῖν ἄτην, ut ἁλεῖν μόχθον P. ii. 54. Τοῦτον τὸν λίθον μετεωρῶν ἀπὸ βαλεῖν κεφαλᾶς, *removere a capite cupiens*, ne in se irruat saxum desuper suspensum, σύφορεόνως ἀλᾶται, *privatur animi tranquillitate*, in anxietate versatur. Hic illa βαλεῖν κεφαλᾶς, nullo modo feliciter expedias. [κατὰ τὴν ψυχὴν ἔχων, δυμαίνων, μετεωρῶν, putans, τὸν (λίθον) βαλεῖν (μὴν) κατὰ κεφαλᾶς. *Ex Schedis.*] Quapropter locum corruptum esse censeo; nec emendationis fundus idoneus suppetit: cum fabula variis modis tractata et ornata fuerit [cf. Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 638. In Polygnoti γραφῇ Pausan. x. 31. p. 876. auctore fabulæ Archilocho. *Ex Schedis.*] nec constet, quid Pindarus maxime sequutus sit. Τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς γε Ταντάλου λίθον dixit I. viii. 20. 21.— Eurip. Or. 6. κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δυμαίνων πέτρον, Αἰεί ποτᾶται. v. ibid. 980. sqq. Unde inter argumenta mythica ap. Agath. p. 6. Tantalus ἐν ἀέρι φερόμενος. cf. ad Antonin. lib. 36. — 49. Eurip. Tro. 635. ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάρος εὐδαίμονος. de anxietate.

101. οἷσιν δι' ὧν, per quæ dii Tantalum immortalem reddiderant.

[105. sqq. Ex Pindari mente fabula ita se habuit. Tantalus intererat epulis deorum, filius autem amatus erat a Neptuno: mox post patris reatum in Tartarum detrusi filius a superis dimis-

Ἀθάνατοί οἱ πάλιν
Μετὰ τὸ ταχύποτμον
Αὖθις ἀνέρων ἔθνος.
Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
Λάχναί νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
Ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον

Α. γ'. Κ. ιζ'.

Πισάτα παρὰ πατρὸς εὖ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
Σχεθέμεν. ἄγχι δ' ἐλθὼν
Πολιᾶς ἁλὸς οἷος ἐν ὄρφνᾳ,
Ἄπυεν βαρύκτυπον
Εὐτρίαιναν· ὁ δ' αὐτῷ
Πὰρ ποσὶ σχεδὸν φάνη.
Τῷ μὲν εἶπε· φίλι-
α δῶρα Κυπρίας, ἄγ', εἴ τι,
Ποσείδαον, ἐς χάριν
Τέλλεται, πέδασον ἔγχος

107. παχύποτμον Pal. A, πάλιν αὖθις, ut apud Homerum. 110. μελαγχίνιον conj. Pauw. sed νιν (κατὰ) μ. γ. 114. ἰγγὺς δ' ἦ. Pal. C. et Schol. (ex intpt.) ἴγγυθι δ' Ald. emendatior jam lectio in Rom. 117. εὐρυτρίαιναν Ald. 118. παρ' ποδὶ Pal. C. παρ' ποσσὶ Pal. B. 119. τῷ δ' εἶπε Bodl. C. ita saltem τῷ δ' ἴσπε cum Aug. scribendum. 122. πίλλεται id. Aug. cum Schol. ἀπάρχου. v. inf. Ol. xi. 5.

sus in terram, ubi adultus inter procos Hippodamiæ fuit. *Ex Schedis.*]

109. ὅτι ἐν ἀκμῇ ἡλικίας ἐγένετο—.

111. Scilicet ab Œnomao Pisatidis rege propositæ erant filiæ Hippodamiæ nuptiæ volentibus ambire certamine curuli. Re itaque audita accessit Pelops, Neptunumque, a quo amatus fuerat, ut sibi in certamine adesset, invocavit. ἀνεφρόντισεν pro simplici ἐφρόντισεν, σχεθέμεν (ἔχειν, λαβεῖν Hippodamiam) γάμον, uxorem, γαμετήν. [ἑτοῖμον, procis propositam, προτεθειμένην. *Ex Schedis.*] Ad fabulam v. inprimis Schol. Lycophr. 156.

[118. παρὰ ποσὶ, ἄντα. *Ex Schedis.*]

120. εἰ δῶρα φίλια Κυπρίας, *gaudia rapta, Veneris munera, (præmia. Æn. iv. 33. ad quem vid.)* πίλλεται (πίλεται ex κατά) τι ἐς χάριν h. χαρίεντά ἐστι,

Οἰνομάου χάλκεον·
Ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτά-
των πόρευσον ἁρμάτων
Ες Ἅλιν, κράτει δὲ πέλασον,
Ἐπεὶ, τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσαις
Ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον

Ε. γ'. Κ. ιγ'.

Θυγατρός. ὁ μέγας δὲ κίνδυ-
νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
τα λαμβάνει. θανεῖν δ' οἶσιν ἀνάγκα,
Τί κέ τις ἀνώνυμόν γῆρας ἐν σκότῳ
Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων
Καλῶν ἄμμορος; ἀλλ ἐμοὶ μὲν οὐτοσὶ
Ἅθλός γ' ὑποκείσεται· τὺ δὲ
Πρᾶξιν φίλαν δίδοι.

124—9. versus recitantur in Schol. Lycophr. 156. 127. ἐμῆς τε MS. Bodl. Aug. et Schol. Lycophr. 156.—Porro ἰλίσας olim legebatur. At ὀλίσας est Doricum. Ita Schmid. et sic ex grammaticis legendum esse monuerat jam Casaub. in Notulis ed. Steph. tert. Scilicet ita legerat Gregor. de Dial. p. 94. ed. Koen. idque haud dubie verius. 128. Μναστῆρας ἀ. Ald. quod deseruit statim Rom. μνηστῆρας Pal. C. et Gregor. l. l. cum Sch. Lycophr. l. l. cf. Schol. rec. 129. κίν-
130. δυνος MS. Bodl. et α. β. γ. Versum 129. repetit Damascius ap. Phot. in Vita Isidori p. 1032. 132. Τά κε Gregor. p. cit. perperam, judice quoque Casaub. l. l. 134. οὗτος MS. Bodl. et α. 135. Ἀίθλος Bodl. C. et γ. Aug. 136. δίδου Bodl. MS. et β. Vulgatam laudat quoque Gregor. de Dial. p. 95.

grata memoria habentur: quod Virgilio est: *fuit aut tibi quicquam dulce meum. Æn.* iv. 317. εἶναι sic χάριν, ἐν χάριτι, πρὸς χάριν, pro χαρίσασθαι, ut alia similia.

122. σίδαρος ἔγχος, hastam, quam in procos cursu tardatos ipse insequutus immittebat. v. Pausan. viii. 14. p. 629.

129. κίνδυνος, h. l. *facinus audax, alex plenum*, οὐ λαμβάνει, οὐ δίχεται, *non admittit* hominem ignavum. [h. in magno periculo audacem esse oportet. ἀγὼν οὐ δίχεται σκῆψιν. v. Schweighaus. Opusc. ii. p. 199. *Ex Schedis.*]

133. γῆρας ἕψοι μάταν. quod πίσσαν P. iv. 330. ll. β. 237. pro καταιθαλόωσαν. [ἀνώνυμον γῆρας, senium inglorium. *Ex Schedis.*]

135. ὑποκείσεται. ego hoc certamen *subibo*. Dicitur quis ὑποστῆναι ἀγῶνα. Simili modo ἀγὼν ὑπόκειται, πρόκειται, ipsi.

Ὃς ἔννεπεν· οὐδ' ἀ-
κράντοις ἐφάψατ' ὧν ἔπεσ-
σι. τὸν μὲν ἀγάλλων θεὸς
Ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ-
σίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

Σ. δ. Κ. ιζ.

Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν
Παρθένον τε σύνευνον·
Τέκε δὲ λαγέτας ἓξ
Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.
Νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις

138. ἔν abest Pal. C. ἵπποις Ald. Steph. et Bodl. tres. 140. Δῶκε MS. Bodl. 144. ἐ σὺν λ. Schol. et Steph. et jam Ald. Rom. Morell. Crat. Brub. et Bodl. β. in marg. Vulg. a Schmidio e Pal. A. B. reposita est. σὺν τι Canteri MS. Nov. Lect. ii. 5. Bodl. C. β. γ. 145. μεμαότας Pal. C. et Bodl. β. in marg. μεμηλὼς Ἀρεταῖς, *alumnus Virtutum.* Male tamen habet me, quod μίμαλα non occurrit. Verius adeo videtur μεμαότας ἀρεταῖς, pro (ἐν, σὺν) ἀρετῇ. v. Not. [cf. Huschke de Orphei Argon. p. 26. sq. *Ex Schedis.*] Nomina filiorum sunt ap. Schol. Inter eos Atreus, Thyestes: Schol. Il. β. 104-7.

138. οὐδ' ὧν ἀκράντοις ἐφάψατ' ἵπποισι. Est ab ἄπτω, ἐφάπτω, *injungo*; unde Homer. Ἀχαιοῖς κήδε' ἐφῆπται. ἐφάπτεσθαι est adeo *admovere se, accedere, aggredi.* Inf. Nem. viii. 60. κελεύθοις ἀγλαόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, *insistam, incedam.* P. viii. 86. ἐφάψατο τέχναις συγγόνοισι μαντευμάτων, *tractat paternam artem vaticinandi.* Si esset ab ἅπτομαι, *tango*, deberet esse ἁπίων.

141. Ἵππους ἐν (pro σὺν) πτεροῖς. πτερωτούς. noto genere loquendi. v. I. v. 68. [cf. Böttiger *Vas. Gem.* i. 2. p. 195. s. *Ex Schedis.*]

145. Pelops genuit sex filios Ἀρεταῖσι μεμαλότας. Ita scribo: Ἀρεταὶ sunt tanquam Nymphæ nutrices; et ipsi sex Pelopidæ *alumni Virtutum*: μιλήματα, ut alio modo formosus juvenis κάλοισι παρθένοισι μίλημα P. x. 92. Μίμηλέ τι σοὶ, διὰ φρενὸς ἐστὶν, ut ad Hom. Schol. s. 876. β. 25. [Μιμαλὼς, qui curæ est, amatur, amabilis, propter virtutes. Add. Dorvill. ad Charit. p. 580. et Huschke Anal. Crit. p. 98. *Ex Schedis.*] Alio ap. eum modo aliquis μίγα πτολίμοιο μιμηλὼς dictus est. cf. Hesych. h. v. Nec tamen altera lectio damnanda: ἀρεταῖσι μεμαότας, *acres virtute.* μεμαότας, ἠρεμαίνους, ἐν, σὺν ἀρετῇ. Convenit Homericum: μεμαότες ἐγχείῃσι, προθυμούμενοι σὺν δόρασι. Il. β. 818.

146. Nunc Pelops sepultus ad Alpheum pro heroe colitur. ἐμμίμνεται, ἐνεγχάνει ἐναγίσμασιν—inferiis impertitur, κλιθεὶς (παρὰ) πέρῃ Ἀλφειοῦ. Intra Altin τὸ Πελόπειον τέμενος maceria

Ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθεὶς,
Τύμβον ἀμφίπολον
Ἔχων πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ. τὸ δὲ κλέος
Τηλόθεν δέδορκε, τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις,
Πέλοπος, ἵνα ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται,
Ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι.
Ὁ νικῶν δὲ, λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
Ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν,

A. δ'. K. ιζ'.

Ἀέθλων γ' ἕνεκεν. τὸ δ' ἀ-
εἰ παράμερον ἐσλὸν,
Ὕπατον ἔρχεται παντὶ βροτῷ. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι

148. πόρῳ Bodl. C. 150. -τάτῳ 151. παρὰ Bodl. β. 152. Τηλόθε MS. Bodl. τᾶν Bodl. α. 157. ἀμφιβίοτον MS. Bodl. et sic Rom. Crat. Brub. Ὁ νικῶν δὲ nova sententia, magis lyrice. Alioqui jungi posset cum superioribus. 160. παραμίνον Klotzius ad Tyrtæum p. 43. uti Gesnerum in scholis emendasse accepimus. Sed et metro hæc lectio adversatur, et παράμερον multo magis cum lyrico spiritu convenit, eodem sensu. Est sic ἰφήμερον, ὑπήμερον et παρημερεύειν. ἰσθλὸν quatuor Bodl. 162. βροτῶν Bodl. α.

circumdatum. v. Pausan. v. 13. pr. cf. inf. x. 30. Non longe abest ara Jovis cineritia: ibid. v. 13. p. 409.

151. τὸ κλέος Πέλοπος δέδορκε τηλόθεν, *lucet e longinqua, longe coruscat,* ἐν δρόμοις τᾶν Ὀλυμπιάδων sc. πανηγύρεων, *inter certamina Olympica:* quippe quæ in vicinis locis hadentur: ut Ol. x. 29. ἀγῶνα ἐξαίρετον, ὃν ἀρχαίῳ σάματι πὰρ Πίσαιος βίᾳ Ἡρακλέης ἐνίσσατο. cf. Pausan. v. 13. Sic Nem. iii. f. Τὶν ἀπὸ Μιγάων δέδορκεν φάος, *coruscat virtus et laus tua.* et N. ix. 98. ubi Ἕκτορος κλέος ἀνθῆσαι Σκαμάνδρου χεύμασιν ἀγχοῦ dictum erat, tum apud Helorum fl. δέδορκεν παιδὶ τοῦτ' Ἀγησιάδᾳ φίγγος ἐν ἁλικίᾳ πρώτᾳ, *illuxit virtutis laus et honor.*

159. τὸ δὲ pro γὰρ — ὕπατον ἔρχεται, ἐστί.

162. Redit ad Hieronem. At mihi de præsenti victoria est agendum.

164. Αἰολιδὶ μολπᾷ supra erat Dorica: Δωρίαν φόρμιγγα v. 26. add. P. ii. 128. Nem. iii. 137. Sunt ergo nomina synonyma. Sane prisci Æoles et Dores non admodum dissimiles inter se

Κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ
Αἰολῇδι μολπᾷ
Χρή. πέποιθα δὲ ξένον
Μή τιν' ἀμφότερα
Καλῶν τε ἴδριν ἄλλον, ἢ δύ-
ναμιν κυριώτερον,
Τῶν γε νῦν, κλυταῖσι δαιδα-
λωσέμεν ὕμνων πτυχαῖς.
Θεὸς ἐπίτροπος ἐ-
ὼν τεαῖσι μήδεται,
Ἔχων τοῦτο κῆδος, Ἱέρων,

167. ἅμα καὶ Ald. et Pal. C. ἄλλον καὶ Steph. et jam Rom. Crat. Brub. ἄλλον ἢ Schmid. ex Pal. A. et B. reposuit. ἄλλον τινὰ, (κατ') ἀμφότερα, καλῶν τι ἴδριν ἢ δύναμιν κυριώτερον. Est aliquid in hoc versu, quod, tenue quidem, tamen moretur. Non hic sibi respondet τὸ et ἤ, tum ἴδριν et κυριώτερον. In altero hoc ad ἴδριν supplendum puta μᾶλλον, quod sæpe tenendum est; durius est prius τὸ — ἤ pro τὸ — καὶ, cui facile medearis scribendo καλῶν γε. Sunt plures alii modi succurrendi, quos e Pauw. et Mingarell. repetere nunc non vacat. Præstat scribi, ἄλλον ἴδι δύ-. Nam respondent sibi τι et ἴδι-. Unum monebo: ne γε ἴδριν hiatu deformari putes, tenendum ἴδριν fuisse inter voces, quibus in pronuntiando digamma præfigeretur. 173. τοῦτο τὸ κ. Bodl. C.

esse potuere, ut nec sermo nec modi cantus. Nisi pro *Thebano carmine* dixit; nam Æoles olim Thebas coluerunt. νόμος ἱππικὸς, carmen in certamen equestre: inf. Καστόρειος Isthm. i. 21. P. ii. 127.

165. sq. Satis novi, me non habiturum esse inter eos, qui nunc vivunt, alium hospitio junctum, quem celebrem tanquam præclaris studiis magis imbutum simulque opibus præcellentem. cf. P. ii. 108. sq. καλῶν ἴδριν supple μᾶλλον ἴδριν.

170. ὕμνων πτυχὰς ad ambitus stropharum videtur spectare. Nam πτυχαὶ sunt περιβολαί.

171. Numen ait secundare ejus studia laudum et gloriæ. Varia eorum, quæ sequuntur, fieri potest structura grammatica. Sequar hoc: Debes hoc divino alicui beneficio; *propitium est numen, favet, consiliis tuis,* μήδεται. Si μήδεται τεαῖς μερίμναις jungi potest, novo hoc more fit: nam μήδεσθαί τι vulgo dicitur, ut sæpe apud Homerum, v. c. Il. α'. 478. Hesiod. Ἔργ. 49. et Ol. vi. 159. ἄρτια μηδόμενος. Apud sequiores est μήδεσθαί τινος. Potest tamen etiam jungi θεὸς ἐπίτροπος ἐὼν τεαῖς μερίμναις, μήδεται (αὐτῷ). Ἔχων τοῦτο κῆδος. κηδόμενος. habens hanc curam, tanquam sibi propriam. Ad sensum pari modo p. x. 18. Ἄπολλον, — δ' μὲν σὸν τεοῖσι μήδεσι τοῦτ' ἔπραξε. *tua cura, ope.* cf. Ol. iii. 68. vi. 137. Ominatur autem poëta ex hoc ipso victoriam illustriorem, scilicet quadrigarum.

Μερίμναισιν. εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,
Ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι

E. δ'. K. ιγ'.

Σὺν ἅρματι θοῷ κλεϊξεῖν,
Ἐπίκουρον εὑρὼν
Ὁδὸν λόγων, παρ' εὐδείελον ἐλθὼν
Κρόνιον. ἐμοὶ μὲν ὢν Μοῖσα καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. ἐπ' ἄλλοι-

175. γλυκυτέραν, f. γλυκύτερον. ut γλυκύ τι γαρύσαι Nem. iii. 55. add. Isth. viii. 18. 176. κλεΐ-. 177. ξειν i. MS. Bodl. et a. Rittersh. κλειξῖν recte emendabat. 180. ἐπ' abest Pal. C. et Schol.

174—179. Sententia est aperta: in votis habet, ut Hieroni aliquando victoria quoque curulis Olympiaca obtingat. Ad λίποι v. 174. substitue ἐ θείς. At Schol. substituunt modo Μοῦσα, modo βίος. Ad λίποι revoca μηδέποτε. Non habet γλυκυτέραν quo referas; etsi substituunt νίκην, et Pauw μέριμναν. Si junxeris ἔτι γλυκυτέραν ὁδὸν λόγων, dictum erit κλειξεῖς absolute sine nomine. Forte fuit γλυκύτερον, in quod et Gedik. V. C. inciderat. *Si deus porro adfuerit, spero fore, ut etiam dulcius canam.* Saltem in Schol. unus: δυνήσομαί σοι καὶ αὖθις τιθείσῃ μηδέποτε γλυκύτερον καὶ ἡδύτερον ὕμνον γράψαι. Sane exemplum omissæ vocis νίκης esset Ol. vii. 150. ἐστεφανώσατο, εὐτυχίαν ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ h. κατ' ἄ. νίκην. νίκη σὺν ἅρμασιν, alias ἐν, esset ex usu poetæ: ut P. xi. 72. *consequuti decus victoriæ σὺν ἵπποις.* Nunc σὺν ἅρμασι erit pro ἐπί. Nisi præstat jungere: εὑρὼν ὁδὸν λόγων ἐπίκουρον σὺν ἅρμασι, *per victoriam quadrigarum nactus materiem opportunam carminum.* Nam λόγοι sunt *laudes, carmen*, ut sæpe. Possumus ὁδὸν λόγων simpliciter accipere pro laudibus ipsis, periphrastice dictum, ut ἀληθείᾳ ὁδός P. iii. 184. sicque apud alios ἐπέων κέλευθος, οἶμος, pro ipsis ἔπεσι. Malim tamen *viam laudum, ad laudes, materiem laudum.* N. vii. 75. factis præclaris Æacidarum ait sibi *esse* ὁδὸν κυρίαν λόγων οἴκοθεν, *viam laudum* (h. e. materiem) *propriam, peculiarem, ex ipsa familia*; et εὑρὼν ὁδόν, ut Nem. vi. 92. καὶ ταύταν μὲν παλαιότεροι ὁδὸν ἁμαξιτὸν εὗρον. Jam ὁδὸς ἐπίκουρος, *facilis, expedita*, proprie *iter adjuvans.* Inf. xiii. 137. ipse poeta est ἐπίκουρος, *laudator, patronus*; qui τιμάορος ix. 124. μάρτυς iv. 6. παρὰ Κρόνιον ἐλθών. tanquam ipse Olympiæ adfuturus poeta. Mons Cronius Alti imminet: Pausan. vi. 20. cf. inf. v. 40.

179. *Equidem laudes tibi servo pulcerrimas.* Notum nunc phantasma lyricum, comparatione laudum et carminum cum sagittis quæ emittuntur a poeta. Feriunt scopum laudes justæ. Vide Ol. ii. 149. 160. ix. 8. xiii. 133. sq. Nem. vi. 47. Isthm. v. 59. Mox jungo καρτερώτατον ἀλκᾷ, δι' ἀλκᾶς, pro simplici καρτερὸν vel ἀλκᾶεν. Magna autem est Græcorum libertas in hoc tropo. Etiam τοξεύειν pro *appetere*, votis et consiliis. Unde et Horat. *Quid brevi fortes jaculamur ævo multa!*

180. ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι — Nova sententia. Hieronem ait consequutum esse summa quæque: neque esse quod votis expeti possit, nisi hoc unum, ut habeat fortunam perpetuam et perma-

σι δ' ἄλλοι μεγάλοι· τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. μηκέτι
Πάπταινε πόρσιον.
Εἴη σέ τε τοῦτον
185 Ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ
Τε τοσσάδε νικαφόροις
Ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίᾳ καθ' Ἕλλανας ἐόντα πάντᾶ.

181. κο- 182. *κορυφοῦται* tres Bodl. 183. *πάσσαι* MS. Bodl. 187. *πρόφαντον* Schol. *σοφίαν* Bodl. MS. et C. et Steph. et jam Rom. Crat. Brub. 188. *πάντα* Pal. A. B. tres Bodl. sed *πάντᾶ* recte pro Dorum more. v. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 95. Valken. ad Theocr. ix. 4. xiii. 39. Sic *κορυφᾶ* sup. 75. *ἁμᾶ*. *ἐμᾶ*. conf. Schol. ad Pyth. iii. 65. Nec Toupius audiendus. cf. inf. ad Ol. iii. 38.

nentem. Sententia fere eadem P. iii. 150—3.

184. *εἴη σε πατεῖν ὑψοῦ τοῦτον τὸν χρόνον.* *πατεῖν ὑψοῦ*, incedere, vivere, *ἐν εὐδαιμονίᾳ*, in *fortuna alta, conspicua*. *τοῦτον τὸν χρόνον*. Substituendum erit aliquid: *διὰ*, *ἐπὶ*, *εἰς*. Novissimis his versibus nondum satis confido. *τοῦτον χρόνον*, substituunt scholia *ἐν ζῶμεν*. At ex sententiarum nexu hoc non conficitur; esset potius (*εἰς*) *χρόνον*, *ad tempus illud, quo victoriam curulem consequuturus es*. Hoc tamen parum placere potest. Expectes potius *διὰ πάντα χρόνον*, *per omnem vitam*. *τοσσάδε* grammatice non potest esse nisi vel *τοσούτους*, vel pro *τοσοῦτο*, *ἐπὶ τοσοῦτο*, *eousque*, *ad illud usque tempus*. Vide an præstet: *σε τοιοῦτον*, *in hac fortuna constitutum*, et *χρόνον*, *διὰ χρ. diu*. [aut simplic. *σὲ τοῦτον* (*ὄντα*)—. *χρόνον* pro *χρονίως*. *Ex Schedis.*] *τοσσάδε*, *pariter diu*.

186. *νικαφόροις ὁμιλεῖν* h. l. dicitur poeta, qui victoribus carmine celebrandis adest. [nisi est pro *σὺν νικηφόρῳ*. *in gratia apud te haberi*. *Ex Schedis.*]--Omnino vix est aliud carmen, in quo ad tot scopulos offendas, quam hoc primum Olympicum, si modo diligentis interpretis officio fungendum tibi esse putes nec in eo acquiescas, si modo probabilem aliquam sententiam verbis affinxeris: id quod in poeta lyrico, in quo ingeniose multa comminisci facile est, haud multum studii desiderat.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ β'.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Victoriam gratulatur Theroni, orto a majoribus, qui multa adversa experti erant, cum vicissitudine tamen fortunæ melioris. 1—82. Theronis laus e certaminibus et impensis in ea factis, opumque magnarum, quas haberet, usu recto ad studia præclara: quorum præmia etiam post mortem expectare licet: interponitur itaque locus nobilissimus de inferis.—149. Revocat se poeta a digressione, quam a reprehensione adversariorum liberat,—159. et vela contrahit in Theronis laudibus.

Theron Ænesidami f. genus ducebat a Cadmo, et quidem a Thersandro, qui inter Epigonos erat, Polynicis, ex Argia Adrasti, filio, Œdipi nepote; (cf. Freron *Defense de la Chronologie* p. 77. sq.) tenebat Agrigentum et Himeram: v. Diod. xi. 48. 49. 53. Filiam Demaratam elocaverat Geloni; quo mortuo frater Gelonis Polyzelus eam duxerat. Is in suspiciones Hieronis fratris adductus ad socerum fugit, qui ad generum tuendum arma Hieroni intulit; fertur tamen interprete Simonide pax esse restituta. Videntur hæc locum fecisse iis quæ de fortunæ vicissitudinibus poeta memorat. Victor fuit Theron Ol. lxxvii. quadrigis. Ejus frater Xenocrates, de quo v. P. vi. Isthm. ii.

Σ. ά. Κ. ιδ'.

ΑΝΑΞΙΦΟΡΜΙΤΓΕΣ ὕμνοι,

1. Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. quatenus concentus est inter lyram et cantum, regit cantus et *moderatur lyram*. Vicissim alio modo et aliis locis lyra regit

Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα,
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;
Ἦτοι Πίσα μὲν Διός·
Ὀλυμπιάδα δ' ἔστα-
σεν Ἡρακλέης,
Ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετραορίας
Ἕνεκα νικαφόρου
Γεγωνητέον ὀπὶ,
Δίκαιον ξένον,
Ἔρεισμ' Ἀκράγαντος,
Εὐωνύμων τε πατέρων
Ἄστυ, ὀρθόπολιν·

Α. ά. Κ. ιδ'.

Καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ,
Ἱερὸν ἔσχον οἴκημα
Ποταμοῦ, Σικελίας τ' ἔσαν

2. πίνα θεὸν Pal. B. 3. Ἦ excidit Bodl. γ. τίν' ἄνδρα Bodl. β. 4. vulgo ἦτοι. At 55. ἦτοι. Ipsi grammatici diversa in hoc statuunt etiam in Homero. 7. ἀκρόθινα, v. Ol. x. 69. 14. tollit interpunctionem post ἔσαν Paaw. 17. Σικελίας τ' Bodl. β.

cantum. cf. Gatak. Opp. p. 237. Horat. i. 12. *Quem virum aut heroa* etc.

4. *Sane in hoc carmine omnia consentiunt; summus deorum, Jupiter, cujus sunt ludi; summus heros, qui certamen instituit; summa victoria quadrigarum; summus vir, victor* Theron. ad 5. sq. cf. iii. 20. x. 51. sq.

7. τὰν l. τὰ ἀκρόθινα πολέμου propr. manubias, h. l. de ludis factis victoriæ caussa reportatæ de Augia, Elide capta. Apollod. ii. 7. 2.

[12. ἴρισμα, v. Lycophr. 281. *Ex Schedis.*]

15. Rhodo oriundi Agrigentum accesserant majores Theronis: v. Schol: Rhodum autem insederant cum Argivis colonis: ut e Menecrate Schol. cf. Fragm. Pind. (p. 93. cxvi.) καμόντες—θυμῷ puto in θυμῷ usu antiquo. At Mingarell. σὺν θ. *animose*, ut Ol. viii. 8. P. ix. 179.

16, 17. Agrigentum ad Acragantem fluvium: inf. P. xii. 4.

Ὀφθαλμὸς, αἰών τ' ἔφε-
πε μόρσιμος, πλοῦτόν
Τε καὶ χάριν ἄγων
Γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.
Ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας,
Ἔδος Ὀλύμπου ναέων,
Ἀέθλων τε χαρυφάν,
Πόρον τ' Ἀλφεοῦ,
Ἰανθεὶς ἀοιδαῖς,
Εὔφρων ἄρουραν ἵππι σω-
τείαν σφίσιν κόμισον

E. ά. K. ή.

Λοιπῷ γένει τῶν δὲ πεπραγμένων,

18 ὀφθαλμοὶ malit Pauw. perperam. 19. in μόρσιμος ultima longa duas breves repræsentat. Sed vereor, ne πλοῦτος interpretatio sit alterius vocis, v. c. ἐπ' ἄλβον—ἄγων. Suspicionem juvant Schol. 28. σφίσι Bodl. β. γ. Aug. Gott.

[18. Ὀφθαλμὸς l. conspicui, l. gloria, decus, φῶς, ut vi. 27. *Ex Schedis.*]

19—21. ἵφισεν aut est pro ἐφίσσετο (cf. Abresch. Animadverss. ad Æschyl. p. 214), *insequutus est status rerum*, novum—aut felix rerum status ἵφισεν αὐτοὺς, *excepit eos* (propr. *prosequutus est* illos, ut P. i. 97. δίκην, vel *coluit* eos, adfuit, ut P. i. 57. iv. 524.) Alterum hoc Mingarellus malebat.—χάριν decus ex opibus, ἄλβον.—ἐπ' ἀρεταῖς γνησίαις, *veris*, διὰ τὰς ἀρετάς. Mox 23. magnifice dicta: Jupiter moderatur cœlum et Olympica certamina et Olympiam.

26. κόμισον ἔτι σφίσι, λοιπῷ γένει, *iis qui eorum posteri sunt*, τοῖς ἐκγόνοις, Theroni et Xenocrati. κόμισον, cura, tuere, ἀνθεὶς ἀοιδαῖς, *exoratus, permotus, carmine meo*: εὐφρανθείς.

29. Multa miscentur ad h. l. v. Schol. Est hoc perpetuum ac sollenne poetæ, ut a generali sententia exordium dicendorum faciat. Multas magnasque fortunæ vicissitudines experti erant majores. Ergo sententia generalis: præteritorum malorum remedium unicum, melior fortuna si successerit.—Qui primo adspectu occurrit sententiarum nexus, est: *eorum quæ juste vel injuste perpetrata sunt, nihil infectum reddi potest.* Atqui hæc sententia Theroni parum honorifica; tum non convenit ei quod sequitur, meliore fortuna subsequente *adversarum rerum* oblivionem fieri; quod exemplis *vicissitudinem fortunæ* declaratur. Videtur adeo v. 30. minus bene vulgo ad πεπραγμένων retrahi; sententiam itaque sic procedere

Ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν
Ἀποίητον οὐδ' ἂν
Χρόνος, ὁ πάντων πατὴρ,
Δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.
Λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.
Ἑσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων,
Πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν,

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Ὅταν θεοῦ μοῖρα πέμπῃ
Ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν.
Ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπα-
θον αἰ μεγάλα. πένθος
Δὲ πιτνεὶ βαρὺ
Κρεσσόναν πρὸς ἀγαθᾶν.
Ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις,
Ἀποθανοῖσα βρόμῳ

35. ἑσλῶν reposuit Schmid. e Pal. C. et a pr. manu B. ut prima syllaba corriperetur. Vulgg. ἐσθλῶν. cf. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 95. Hoc revocat Pauw. 37. πίμπῃ ἀνεκὰς, an fuit ἄν ἐκάς? Est autem vel de tempore, *multo tempore elapso*, ut Ol. x. 9. vel de loco, cœlitus, οὐρανόθεν. 38. ἀναβᾶσα ἕ. Pal. C. vitiose, et invito metro, etsi Schol. explicat: ὑψωθεῖσα. 39. εὐφρόνοις male Aretius emendat. εὔθρονοι ex more antiquo deæ et heroinæ, ut reginæ, præclare ad dignitatem declarandam, ut alias χρυσόθρονοι. Argutantur Intpp. 42. πιτνεῖ. ita per sententiam efferuntur hæc. Mingarell. conj. πίτνει, pro ἐπίτνει, ut narratio continuetur.

puta: *præteritorum*, τῶν πεπραγμένων ἔργων τέλος (h. e. τὰ πεπραγμένα) οὐδὲ χρόνος δύναιτο θέμεν ἀποίητον ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν pro, *ullo modo*, nec per fas nec per nefas, h. e. nec solito rerum ordine nec præter morem quicquam e præteritis mutari potest. Ad hunc sensum mutata quoque est interpunctio, quæ erat post παρὰ δίκαν.

39. ἕπεται δὲ λόγος, ἀμφίζει, *cadit in Cadmi filias dictum*. Affectat ita loqui Pausan. viii. 10. p. 620. 13. xii. p. 625—8.

41—3. *Mala eorum superata sunt majoribus bonis* insequutus. Mutatum in sententiam.

Κεραυνοῦ, ταυυέθει-
ρα Σεμέλα· φιλεῖ
Δέ μιν Παλλὰς αἰεὶ,
Καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα· φιλεῖ
Δὲ παῖς ὁ χισσοφόρος.

A. β'. K. ιδ'.

Λέγοντι δ' ἐν καὶ θαλάσσᾳ
Μετὰ κόραισι Νηρῆος
Ἁλίαις βίοτον ἄφθιτον
Ἰνοῖ τετάχθαι τὸν ὅ-
λον ἀμφὶ χρόνον. Ἧτοι
Βροτῶν κέχριται
Πεῖρας οὔ τι θανάτου,
Οὐδ', ἀσύχιμον Ἀμέραν

48. Post hunc versum aliud *κῶλον, φιλέοντι δὲ Μοῖσαι,* appositum in codd. nonnullis, etiam in Gott. et in Aug. c. nota in marg. resecuit ex metri lege is, qui Scholia, quæ *παυσίφωνα* appellant, congessit, Demetrius Triclinius. Lectum quoque in Aldina sustulit Calliergus. Habuere idem Palat. tres et tres Bodl. Ortum versum ex lectionis discrepantia sibi persuaserat Pauw.— 51. *λέγοντι δ' ἐν καὶ θαλάσσᾳ.* [per hyperbaton. v. Boeckh. Commentat. p. x. cf. Ol. vii. 47. viii. 20. *Ex Schedis.*] 52. *Νηρέος* Gott. 54. *-τὸν* 55. *ὅλον* Bodl. *γ.* 56. *βροτῶν γε* Bodl. *β. γ.* Gott. Steph. et Bened. cum Aldo. Scilicet *γε* sustulit Schmidius auctoribus Pal. A. et B. sed hoc idem jam factum in Rom. quam deseruit Cratander et Steph. sed Brubach. et Morell. paruerunt Calliergo.

47—50. In honore eam habent primores inter deos.

54. *τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον,* pro *διὰ, εἰς. in perpetuum. lenti.* ut 48. *κῶλ.*

55. *Ἧτοι βροτῶν.* Præparat sequentia per sententiam generalem. Sane incerta est rerum humanarum conditio, et succedunt earum vicissitudines aliæ ex aliis.

56. *οὐ κέχριται, οὐ διαπεπραμένον, οὐ δῆλον, σαφές ἐστι,* (*κατά*) *τι, ullo modo, quando: mors mortales oppressura sit.* Similia Nem. vi. 10 - 13. In seqq. 58-61. sententia est impedita. *ἑκόντι* est *quando, cum, quo tempore,* et respondet *τῷ τότε,* aut alii definito; grammatica itaque ratio ordinat verba: *οὐδὲ κέχριται, neque certum est, non constat,* (eo tempore) *quo diem finiemus integra cum fortuna.* Quæ jejuna sunt; sive *Ἀμέραν* de singulis diebus, sive de novissimo die seu de vita intelligas. Nec quæritur, *quando,* sed *num, πότερον, integra felicitate* morituri simus. Videtur adeo *ἑκόντι* requi-

Ὀπότε, παῖδ' Ἀλίου,
Ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθᾷ
Τελευτάσομεν.
Ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
Εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ
Πόναν ἐς ἄνδρας ἔβαν.

Ε. β'. Κ. ή.

Οὕτω δὲ Μοῖρ', ἅ τε πατρώιον
Τῶνδ' ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον,
Θεόρτᾳ σὺν ἄλβῳ
Ἐπί τι καὶ πῆμ' ἄγει

59. ὁπότε laborat seu sensu seu usu seu scriptione. Vulgo accipitur ac si esset πότερον. In Schol. redditur ποῖον, ποδαπὸν, πότε. et εἰδέναι. 60. ἀτειρεῖ Schol. vitiose. 63. εὐθυμιῶν MS. Bodl.—65. ἅ τε Pauw, non male; sed ἅ τε, ἥ τε eandem vim habet. 66. τὸν δ' Bodl. α. β. γ. Et τόνδ' ego præferam: Fortuna, quæ secundum *hunc* rerum cursum, faustam *hanc* conditionem, a majoribus transmissam, servat, retinet, inter opes divino munere datas, alias etiam calamitatem affert etc. τῶνδ' ad ἄνδρας v. 64 referunt, hosque de virili Cadmi stirpe interpretantur: perperam. Nam *vicissitudines bonorum et malorum alias alia μετίζειν in ἀνδρας, hominibus evenire solent.* 67, 68. unum κῶλον efficiunt in Bodl. γ. Θεόρτᾳ δὲ Schol. sed δὲ est particula, qua Scholia in subjicienda interpretatione perpetuo utuntur.

rere τότε in anteced. οὐδὲ (πέφυκε πρᾶξαι θανάτου τότε sc. γενομένου) ἐπότε κτλ. *nec liquet, mortem nos oppressuram esse tum, cum integro fortunæ statu vitam tranquille finire licebit.* Sin Ἀμέραν de singulis diebus dictum est, erit accipiendum: ne tum quidem πρᾶξαι θανάτου constat, quum, *quoties diem hilariter integra felicitate exigemus.* Quod vix placere potest.

62—4. *Vicissitudines variæ rerum secundarum et adversarum μετίζουσιν in ἄνδρας, hominibus contingere solent,* μετέχουσι, ἐπέχουσι.

65. Quæ sequuntur, aut per sententiam efferri putanda sunt, aut narratione procedere. Si prius: non bene convenit v. 70. ἐξ οὗπερ, cum sequatur δαῖτα δ' ἐξῆς. Erat enim sententia finienda post χρόνῳ, et inchoanda nova: ἐξ οὗπερ—τέλεσεν, δαῖτα ἐξῆς Ἐρινὺς πίφνει. hic vero obstat δὲ post δαῖτα. Sin posterius, ut narrata sint omnia etiam a v. 65: requiri videtur ἄγει pro ἄγει. Μοῖρα ἐκπέφυκε καὶ πῆμά τι ἄλλῳ χρόνῳ, ἐξ οὗπερ. Ita Parca, quæ Fortunam hujus gentis moderatur, (πατρώιαν, majorum) secundis rebus submisit vicissim (πῆμα παλιντρόπαλον pro πάλιν) olim tempore adversas res, ex quo Œdipus patris cæde ἄγος, piaculum, commisit, et ἄτην contraxit.—Quod si ἄγει probare nolis, est ἄγει de præterito accipiendum; quemadmodum in narrationibus fit.

Παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ·
'Εξ οὗ περ ἔκτεινε Λάϊον μόριμος υἱὸς
Συναντόμενος, ἐν δὲ Πυ-
θῶνι χρησθὲν παλαίφατον τέλεσσεν.

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

'Ιδοῖσα δ' ὀξεῖ' 'Ερινὺς
Πέφνεν ἑοῖ σὺν ἀλλαλο-
φονίᾳ γένος ἀρήϊον.
Λείφθη δὲ Θέρσανδρος ἐ-
ριπόντι Πολυνείκει,
Νέοις ἐν ἀέθλοις
'Εν μάχαις τε πολέμου
Τιμώμενος, 'Αδραστιδᾶν

70. *μόριμος* Ald. et 71. *συναντώμενος* cum Gott. 73. *Δεῦτε* Steph. et omnes edd. inde a Romana; at Ald. *Δεῖτε*, quod recte e Palat. tribus revocavit Schmidius. *Δεῖτε δεῦ* Pal. B. adverso metro. 74. *'Εριφύι* Bodl. C. *εἶ* Ald. *εἰ* Bodl. γ. et August. cum glossa *ἐριφύι, φονευθῆναι ἐρεθίσαι*. Et hoc *ἐριφύι εἰ* verum esse judico. Nam *ἑοῖ*, aut potius *ἑοῖ*, quod uno hoc loco occurrit, esset *sibi*, *ἑοῖ αὐτῷ*, *sibi ipsi*. de quo apud Apollonium de Syntaxi disputatur. unde *εἶ*, *εἷ αὐτῷ*. quod abiit in enclíticam *εἰ* pro *αὐτῷ*. [v. et Hermann. ad Orph. p. 787. ubi de *εἰ* in Pindaro. *Ex Schedis.*] 76. *δὲ* excidit Pal. B. 77. *ἐ-ριθίσαι* Gott. 78. *νέοις ἐν ἀέθλοις* revocavit Schmidius ex Ald. et trinis Palat. ut duæ breves *ἐν ἀ-* pro una longa sint. At Calliergus sublata *ἐν* ediderat *νέοις ἀέθ-λοις*. Hoc sequitur Crat. Brub. et sic Bodl. C. At Morell. primum: *νέοις ἀέθ-λοισιν*, quod Steph. Plant. Commelin. servarunt. 80. *'Αδραστίδαν* Steph. et Bened. et omnes edd. Ald. Rom. etc. etiam Schol. ductu, puto, prave exarati metrorum typi, Scholiis præfixi; ita quoque ms. Gott. *'Αδραστιδανῶν* Pal. A. *'Αδρα-*

72. *'Ιδοῖσα δ' ὀξεῖ' 'Ερινὺς*—*Erinnys acris, infesta, cum vidisset Œneæ* illud, ad ulciscendum illud effecit, ut mutua filiorum Œdipi cædes insequeretur. *δὲ* potest accipi dictum pro *γάρ*. *ἑοῖ αὐτῷ* v. V. L. *γένος αὐτοῦ*.

76. *Τετελείσθη δὲ ὑπὸ τοῦ Πολυνείκους Θέρσανδρος*,—*ἐριθόντι. θανόντι*. ut ap. Homer. *διϊόντας* dicitur.

78. *νέοις ἐν ἀέθλοις* non accipiam nisi de *certaminibus juvenum*; nam opp. *μάχαι πολέμου*. Locus omnino Epigonos respicit: in quorum laudibus etiam *ἀγῶνες*, ut in laudibus *τῶν ἐπτὰ* fuere. Mingarellus *νέοις* pro *juvenilis* illustrabat ex Eurip. Med. 48. *νέα γὰρ φρενὶ σὸν ἀλγεῖν φίλει*. In v. 79. de bello ab Epigonis renovato agi, dubitari nequit.

Θάλος ἀρωγὸν δόμοις.
Ὅθεν σπέρματος ἔχον-
τα ῥίζαν, πρέπει
Τὸν Αἰνησιδάμου
Ἐγχωμίων τε μελέων
Λυρᾶν τε τυγχανέμεν.

Α. γ'. Κ. ιδ'.

Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς
Γέρας ἔδεκτο· Πυθῶνι
Δ' ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν,
Ἰσθμοῖ τε, κοιναὶ χάρι-
τες ἄνθεα τεθρίππων
Δυωδεκαδρόμων
Ἄγαγον. τὸ δὲ τυχεῖν,

τεῖδαν Bodl. C. *Ἀδραστιδᾶν* Schmidius emendavit ex Pal. B. quod et MS. Bodl. exhibet. Ducit ille ab *Ἀδραστὶς*, ut plur. pro singulari sit positus. At *Ἀδραστίδων* hoc esset, nec—*δᾶν* inde fieri posset. Pauw tuetur *Ἀδραστιΐδων*. Equidem malim ab *Ἀδραστίδης* repetere *Ἀδραστιδᾶν*. Nota ratio, *Adrastidarum germen*. 81. *ἀρω-γὸς* Bodl. *β*. *γ*. 82. *ἴθι* Bodl. MS. *ἴχοντα* Schmidius emendavit, præclare, sine codice, quantum video; vulgg. omnes, etiam Gott. Aug. *ἴχοντι*. Lapsu librariorum propter adstans *πρέπει*. Nec *ἴχοντι* pro *ἴχουσι* satis idoneum. 87. *οἷος* malit Pauw. Sed *αὐτὸς* pro *ipse*, *solus*, sæpe occurrit. *Ὀλύμπια-γέρα* jungebat Gregor. Cor. p. 100. 90. *χάριτες* 91. *ἄνθια* Bodl. *β*. *γ*.

93. sqq. Obscurus locus, si de singulis sententiis earumque nexu quæras. Priora sententiam habent, quam aliquoties repetit: *summa voluptate frui victorem in certaminibus*, ut jam Ol. i. 157. 8. 9. et universe Ol. v. 34. sq. *παραλύεσθαι τῶν δυσφρόνων*, *a sollicitudine et ærumna liberari*, pro, *frui gaudio*: ut solet poeta a contrariis rem designare; tum *τὰ δύσφορα*, *τὸ δύσφορον*, pro *δυσφροσύνη*. Victoria est *ἀμπνοὰ πόνων* Ol. viii. 9. *τυχεῖν*. v. ad Nem. iv. 148. Vulgaris itaque oratio: *et voluptatem, quam victoria affert, experti estis*, mutata est lyrice in sententiam generalem: *Liberat ea res a curis*, facit molestiarum finem, lætitia perfundit, *si quis certamen ingressus victoriam consequitur*. *ἀγωνία* est id. q. *ἀγών*. v. Pyth. v. 150. Nem. vii. 15. Hæc omnia expedita sunt. At obscura et impedita sunt, quæ sequuntur. Certamen curule sine magnis opibus adiri non poterat; adeoque victoria opum et divitiarum tanquam præmium et ornamentum est, et opes laudantur cum virtute, cum studio *τῶν καλῶν* conjunctæ. Ergo *ὁ πλοῦτος ἀρεταῖς διδαιδαλμένος* sunt regiæ opes cum

Πειρώμενον ἀγωνίας,
Παραλύει δυσφρόνων.
Ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς
Δεδαιδαλμένος
Φέρει τῶν τε καὶ τῶν
Καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
Μέριμναν ἀγροτέραν,

95. δυσφορῶν Bodl. β. γ. sed alterum in marg. δυσφρονίαν παραλύει Pal. C. et Gott. ex Schol. arripuit. 100. Goes. p. 33. ἀβροτέραν conj.

virtute, aut virtutis et laudum studio. Tribuuntur τῷ πλούτῳ ea, quæ de iis prædicantur, qui opes possident; et nunc ad solum Theronem spectant; *is moderate fert fortunam, et abhorret ab ὕβρει.* Obscurant locum plura: primo, hyperbaton ὁ πλοῦτος—ἀστὴρ, tum, indefinitum τῶν τε καὶ τῶν, tandem prædicatum: πλοῦτος ὑπέχων μέριμναν. Ubique jungenda sunt πλοῦτος σὺν ἀρετῇ, adeoque *cum recto usu, cum studio gloriæ*, inprimis ex certaminibus. Ad gloriam dicta spectant ista: ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθείᾳ ἀνδρὶ φίγγος, *afferunt istæ opes et laudum studia splendorem vitæ.* Mox τῶν τε καὶ τῶν καιρὸς explicandum arbitror ex proximis: τοῦ πειρᾶσθαι ἀγωνίας, (seu *certaminum*, seu generalius, *rerum arduarum*) et τοῦ τυχεῖν, h. e. τοῦ εὐτυχεῖν, *ut felici successu utatur aliquis.* (Aliquoties occurrit hoc τὰ καὶ τά. Modo designat res secundas et adversas, ut P. vii. 24. v. 74. I. v. 66. Aliis locis simpliciter est *hæc et illa, varia* vel *multa*, ut Nem. vii. 80, 81. i. 43. Priorem sensum si h. l. inferas, sententia est: *perfert æquo animo utramque fortunam, severa consideratione adhibita.* Sic Grammaticus acceperat in Schol. Cod. Gotting. Alter sensus accommodatior superioribus, quem sequuntur viri docti: *afferunt opes, quæ virtutem animi comitem habent, opportunitatem variarum rerum gerendarum.*) Nunc ænigmatis similia sunt illa: βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν. μέριμνα est vel *studium*, vel *contemplatio.* Ergo πλοῦτος dicitur seu *subjicere, præbere* seu *adhibere considerationem, altam, investigatricem.* Suspicari sic licet, ex sententiarum nexu, spectare hæc ad *opportunitates*, ἀφορμὰς, *rerum gerendarum exquirendas*, ut illi, qui opes habent, intentum ad has habeant animum; (etsi vel sic μέριμνα βαθεῖα, ἀγροτέρα difficilius et gravius quid postulare videtur.) aut est *studium rerum præclararum et laudum, altum et acre*, quod *injiciunt, instillant, opes* magnæ. Ita forte idem πλοῦτος, ἀστὴρ, propter gloriam rebus præclare gestis partam. Simile fere erit sic illud Pyth. v. 74-76. et pr. πλοῦτος ἀρετᾷ κεκραμένος, εὐθυδίκᾳ, *est potens, ad res gerendas multum valet.* Quæ sequuntur, εἰ δέ μιν ἔχει τις, εἶδεν τὸ μέλλον, etc. referenda sunt ad notionem non minus obviam in poeta: *magnas opes, inprimis in civitate libera, plerumque comitatur ὕβρις*, quam h. l. designat voc. ἀπάλαμνοι φρένες: *quicunque* (εἴτις pro ὅστις) *divitias cum virtutis studio conjunctas possidet*, (μὲν non nisi ad πλοῦτον referri potest, tanquam subjectum in proximis: ἀστὴρ — at μέριμνα est remotior) *qui dives est virtute instructus, qua ad res præclaras gerendas uti possit, intelligit sibi abstinendum esse ab injuria*, abhorret ab ὕβρει, *quia post mortem*, κατὰ γᾶς, ἐν Ἀΐδου, *pœnæ injustos manent*; (ἔπεσαν pro πίπτουσι. τὰ δὲ pro τὰ γάρ.) h. e. repu-

Ε. γ'. Κ. η'.

Ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
Ἀνδρὶ φέγγος. εἰ δέ μιν ἔχει
Τις, οἶδεν τὸ μέλλον,
Ὅτι θανόντων μὲν ἐν-
θάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες
Ποιναὶς ἔτισαν. τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
Ἁλιτρὰ, κατὰ γᾶς δικά-
ζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ,
Ἴσα δ' ἐν ἁμέραις, ἄλι-
ον ἔχοντες, ἀπονέστερον
Ἐσθλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα ταράσσον-

101. Ἀ. ἀ. ἰνυμάτατον Ald. adversante metro, et ex interpretatione: et sic quoque Pal. C. cum Gott. Emendatior jam Rom. ἀλαθινὸν adscripto in marg. γρ. καὶ ἰνήνυμον. At ἀρίζηλος debuit esse ἀρίζαλος. ut ζαλωτός. 103. οἶδε Steph. et omnes cett. edd. οἶδεν tacite recepit Schmid. metro poscente, et cum ipso Bened. 107. γῆς Bodl. a. 108. φράσαις, doricum et Pindaricum, Pauw jam malebat. ἰχθρᾷ—ἀνάγκα Pal. A. ad quæ inferri oporteret φράσαι' Ἀνάγκα. 109. Ἴσαις δὲ Gott. 110. Ἴσαις δ' ἐν ἀ. idem Gott. Ald. invito metro. 112. ἰσθλοὶ Steph. ἰσθλοὶ δὲ δίχονται Pal. C. et. Gott. sed hic sine δέ. Repugnat metrum, vitio librarii glossam respicientis. [113. Gilb. Wakefield em. χθ. χαράσσοντες. et κινεῖν περὶ δίαιταν. e Schol, (Silv. Part. ii. p. 85. 86. alterum tamen hoc ipse damnavit Part.

tans ea, quæ in altera vita manent ὑβριστάς. Color orationis haud dissimilis est in fragm. Pind. p. 83. lxxxi.

105. [cf. Æschyl. Eumen. 268. *Ex Schedis.*] ἀπάλαμνοι ἰνθάδε φρένες, *indomitæ, insolentia efferatæ, ὑβριστικαί*; et 108. λόγον φράσαις, *sententiam ferens*, non in gratiam, sed *ita ut flecti nequeat*, justitia inexorabili, ἀνάγκῃ ἰχθρᾷ, *infesta*. Nomen judicis non memorat.

109. ἀεὶ ἐν φωτὶ ὄντες. Ἴσον δὲ—Ἴσα δὲ, *pariter*. h. e. ἰσίους νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ. cf. locum e Threnis in Fragmentis.—ἀπονέστερον βίοτον νέμονται ἰσθλοὶ (qui opp. τοῖς ἀκαλάμνοις φρέσιν, ὑβριστοῖς) h. διάγουσιν ἀπόνως, fere ut de Ægyptiis Herodot. ii. 14. cui putes Pindari versus ante oculos fuisse. ἀπονέστερον pro ἀπονώτερον observat Eustath. ad Odyss. β. 190. p. 1441. 10.

τες ἀλκᾷ χερῶν,
Οὐδὲ πόντιον ὕδωρ,
Κεινὰν παρὰ δίαιταν· ἀλ-
λὰ παρὰ μὲν τιμίοις
Θεῶν, οἵτινες ἔχαι-
ρον εὐορκίαις,
Ἀδάκρυν νέμονται
Αἰῶνα. τοὶ δ' ἀπροσόρα-
τον ὀχχέοντι πόνον.

Α. δ'. Κ. ιδ'.

Ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
Ἑκατέρωθι μείναντες
Ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
Ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς

iv. p. 146.) Ex *Addendis.*] 114. ἐν χιρὸς ἁμᾷ Ald. et Pal. C. cum Gott. et forte vere. Est certe magis poeticum. Sic ἁμὰ ποδῶν Isthm. viii. 83. et ἁμαὶ ἰσχύες sup. i. 156. Metrum antispasticum admittit utrumque. 116. κεινὰν Pal. C. quod eodem redit. Pauw conj. κλεινὰν perperam. Est pro διὰ τὴν ἄπορον δίαιταν, βίον. pauper, tenuis, victus, dum vivebant, labores tolerare cogebat, quo nunc sunt levati. 118. 119. Bodl. a. tanquam unum κᾶλον exhibet. 122. ὀχλέοντι Steph. vitium Morellianæ sequutus. 126. ἔτειλαν Pal. C. cum

116. κεινὰν παρὰ δίαιταν. διὰ ἄπορον δίαιταν. δι' ἀπορίαν. *propter pauperem, tenuem, victum.*

117, 8. Non apponit, *quinam illi dii sint* τίμιοι, *honoratiores;* ut nec *locum* constituit, in quo *boni* illi versantur. De Olympo non agit; sed de locis inferis. An Pluto, Ἅιδης, et Proserpina? Hoc et glossa cod. Aug. et Schol. recent. subjiciunt.

123. Redit ad priores illos, ad *bonos:* quos ex locis illis, in quibus post mortem degunt, iterum in vitam redire, facile innuit. Quod si ii ter vitam, in quam revocati sunt, justitiam colendo exegerint: tum illi migrant ad Croni regiam. Potest illa videri in ipsa Insula Beatorum esse. Verum verba 128. ἵνθα vix hoc admittunt. Videtur potius, antequam ad Insulam illam in Oceano sitam perveneris, regia Croni (forte in extremo Occidente) adiri, et hic *judicium* haberi a Crono, assidente Rhadamantho v. 137-141. Tum mittuntur in Insulam. Alio loco, in Threnis, ap. Platon. in Menone (v. Fragm.) nono anno vitam reddi dixit et hos evadere reges, viros fortes et sapientes; post mortem autem (an tertio?) insequutam fieri heroes.

126. ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν—h. e. κατὰ τὴν ὁδὸν Διὸς, τὴν ἐπὶ

Ὀδὸν παρὰ Κρόνου τύρ-
σιν· ἔνθα μακάρων
Νᾶσον ὠκεανίδες
Αὖραι περιπνέουσιν· ἄν-
θεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
Τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀ-
γλαῶν δενδρέων,
Ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει·
Ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-

Gott. [Gilb. Wakefield em. ἰσίλισαν. (Silv. Part. ii. p. 3.) Ex *Addendis.*] 129. *νᾶσος* Casaubon. in Notulis ad Steph. ed. iii. emendabat, dorica forma pro *νήσους*, ultima correpta (v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 147. 148.), et sic Bodl. MS. et C. a m. pr. cum Gott. Aug. addita glossa, *νήσους*. Hoc adeo tenendum. *νάσος* Pal. C. *νάσον* Ald. 130. *περιπνέουσι* malebat Casaub. caussam non video. 132. *ἀπ'* 133. *ἀγλαῶν* Bodl. *γ. χερσόθι, κ' ἀπ'* conj. Pauw. quod Intpp. alios flores terræ, alios arboribus tribuunt. Melius Θ' adjunges post *δενδρέων*. ut sit *δενδρέων Θ'* pro *τε*. Mingarell. *τὰ μὲν χερσόθι, τὰ δ' ἀ-*. *δενδρέων* Aug. 135. *χερσὶ* Bodl. *α.* cum Aug. perperam. Vulgatam etiam Gregor. Corinth. habent p. 97.

Κρόνου τύρσιν (regiam) ἄγουσαν. At *ἰσιλᾶν* insolens prorsus est; etsi sententia obvia: *ἱκετεύθουσαν.* Schol. *ἰσιλᾶν, ἱκετεύουσαν, ἄγουσαν.* Esset igitur *τίλλω* nova forma pro *τιλεύω*, ducta a *τίλω*, tanquam primitivo. Obvium est *ἰσιλᾶν* pro *ἰστιλᾶν* habere; in Aug. Cod. glossa est, *ἰστίλαντο, ἱκετεύθησαν.* Ita *ἰσιλᾶν*, pro *ἰστιλᾶν*, et hoc pro *ἰστίλαντο*. Analogiam haberent hæc. Sed exemplum nondum vidi. Apud Apollonium iii. 277. *τίλλεται* pro *τίλλεται* dictum vult Schol. At ibi *οἷόν τε νέοις ἐπὶ φερβάσιν οἴστρος τίλλεται* est pro *ἐπιτίλλεται, invadit.* Sup. i. 122. *τίλλεται* erat pro *γίνεται.* Saturnus alias in Tartaro, a Pindaro in Beatis Insulis collocatur. In Mon. Regillæ: *ἐν μακάρων νήσοισιν, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει.* ubi Salmasius aliam auctoritatem desiderabat. At Visconti V. C. aliam reperit in Picturis Sepulcri Nasoniani tab. viii. ubi a Mercurio anima ad eum sedentem adducitur.—In eod. titulo in Triopio Regilla in Elysium deducta *καθῆσται Ῥαδαμάνθυος ἀμφιτελεύτου.* sedet igitur is cum insigni judicis.

127. *ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν. τὴν ἐπὶ Κρόνου οἶκον ἄγουσαν.* Sequentia putes Euripidem ante oculos habuisse in Hippol. 748. sq.

132 Sane *ἄνθεμα* possint ad duo tantum genera revocari, arborum et aquaticarum plantarum; melius tamen, quod et Mingarell. voluit, Θ' apponas post *δενδρέων*, ut sit: *τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων Θ', ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει.* mutata orationis forma pro *τὰ μὲν ἐκ χέρσου* seu *γῆς, τὰ δὲ ἀπὸ δενδρέων, τὰ δὲ ἐξ ὕδατος.*

πλέκοντι καὶ στεφάνοις·

Ε. δ'. Κ. ή.

Βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος·
Ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἕτοι-
μον αὐτῷ πάρεδρον,
Πόσις ὁ πάντων Ῥέας
Ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.
Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται·
Ἀχιλλέα τ' ἤνεικ', ἐπεὶ
Ζηνὸς ἦτορ λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ·

Σ. έ. Κ. ιδ'.

Ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε, Τροίας
Ἄμαχον ἀστραβῆ κίο-
να· Κύκνον τε θανάτῳ πόρεν·
Ἀοῦς τε παῖδ' Αἰθίο-
πα. Πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶ-
νος ὠκέα βέλη
Ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
Φωνάντα συνετοῖσιν· ἐς

136. στεφάνοις Pal. A. C. π. καὶ κεφαλὰς conj. Pauw, ductu Schol. 137. ἐν excidit Bodl. C. et in Aug. est deletum adversante metro. 138. pro Κρόνος, γᾶς Ald. Pal. C. et Gott. 140. πόσις ἀπάντων alii, nescio qui, teste Schmidio. 141. ὕπατον l. πατὴς S. Pal. C. et Gott. ex interpolatione. 142. ἐν τοῖσι ἀλίγοντι Bodl. C. a m. pr. 152. φωνήντα Pal. A. φωνάντα Pal. C. et B. cum Gott. φωνάντα Ald. Sive φωνάντα seu φωνᾶντα scribas, idem est. φωνῶντα Aug. et Eustath. p. 775, 48.

137. βουλαῖς ἐν ἐρθαῖς h. κατὰ κρίσιν δικαίας. Præcessit itaque judicium et sententia, qua admitterentur Manes ad adeundas Insulas Beatas. — Tum Cronus habet assessorem judicii Rhadamanthum, [Osiridem. v. Zoega pag. 296. *Ex Schedis.*] πάρεδρον ἕτοιμον, πρόθυμον, promtum ad caussas dijudicandas, *qui semper ipsi adest.*

142. ἐν τοῖσιν scil. beatis illis. Achillem igitur Thetis in Insulas Beatorum vexit, seu precibus a Jove obtinuit, ut Achilles in hæc loca veniret. [Estne hæc Leuce? v. Kanne *Mythol.* p. 113. Infra Nem. iv. 79. *Ex Schedis.*]

146. κίονα, et inf. Olymp. viii. 36.

Δὲ τὸ πᾶν, ἑρμηνέων
Χατίζει. σοφὸς ὁ πολ-
λὰ εἰδὼς φυᾷ·
Μαθόντες δὲ, λάβροι
Παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὣς,
Ἄκραντα γαρυέμεν,

A. é. K. ιδ.

Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
Ἕπεχε νῦν σκοπῷ τόξον,

153. πᾶν h. l. corripi necesse est; itaque saltem scribendum: πὰν, et ἐς τὸ πὰν esse debet idem ac πάντως, ut alias ἐς πάντα. Pauw. conj. ἐς δὴ ἅπαν, l. [Boeckh. τόπαν, ut ἅπαν. *Ex Schedis.*] 157. παγγλωσσίαι emendat Canter. N. L. ii. 5. ut sit pro loquacibus. Ita legerat Aristides Oratt. t. iii. p. 47. (t. ii. p. 378. Jebb.) notante Rittershusio et Cantero l. c. et sic Gregor. Cor. p. 98. παγγλωσσίᾳ tres Bodl. et sic lib. Barocc. ap. Aristid. l. c. 158. γαρύετον vulgata erat lectio, ut esset dualis pro plurali, damnata jam a Schol. qui meliorem lectionem servavit γαρύεμεν, ut sit λάβροι γαρύειν, probatam quoque Dawes. p. 49. conf. Not. [Gilb. Wakefield defendit dualem γαρύετον, ut sit pro plurali γαρύουσι (Silv. Part. i. p. 59.). *Ex Addendis.* γαρύειν πρὸς —, ut ἰρίζειν πρὸς —. v. Wunderlich. Observatt. p. 167. *Ex Schedis.*] 159. ὄρνιμα Voss. Cod. ap. Koen. ad Gregor. Cor. pag. 97.

Idem quod sup. 12. ἴρυμα, *cōlumen* et tutela.

153. ἐς δὲ τὸ πᾶν, πάντως, ἑρμηνέων χατίζει, pro ἑρμηνείας, quæ *eloquutio* est antiquis; *verbis, carmine, reddenda sunt illa animi cogitata.* Ait scilicet, *se adhuc multa habere, quæ huic digressioni subjungere possit; se enim naturæ beneficio arti lyricæ natum, non studio et usu poetam factum, ut alios, qui inanibus verbis strepant.*

155. Τὸ σὺφυὲς et alibi prædicat: Ol. ix. 152. Τὸ δὴ φυᾷ κρέσσονες ἅπαν. Nem. iii. 69. συγγενεῖ δέ τις ἀρετᾷ μέγα βρίθει. Ὅς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψιφῶνες ἀνὴρ etc. Mox λάβρει παγγλωσσίᾳ, h. e. πολυλογίᾳ, Homero sunt λαβραγόραι. In v. 158. malui cum Dawesio stare Misc. cr. p. 52. in restituendo γαρύμεν, et loca, in quibus dualis de pluribus dictus occurrit, aut corrupta aut aliter interpretanda putare: etsi contra sentiunt viri docti, ut Ern. ad Il. α. 566. Koen. ad Gregor. Cor. p. 98. Vauvill. ad Sophocl. Antig. p. 55. Ita res se habet in laudato loco Il. α. 566. et in Il. δ. 452. 3. ubi ποταμοὶ συμβάλλετον occurrit, manifestum fit poetam de duobus amnibus cogitasse. Erit sic: μαθόντες δὲ, (*qui non ingenio evecti, sed mero studio et usu progressi ad artem lyricam*) εἰσὶ λάβροι γαρύμεν (σὺν) παγγλωσσίᾳ, ὡς κόρακες (sc. λάβροι εἰσὶ γαρύειν) ἄκραντα πρὸς θεῖον ὄρνιχα Διός. Il. ψ. 478. 9. Ἀλλ' εἰσὶ μύθοις λαβρεύεται· εἰδέ τίς χε λαβραγόρην ἴμεναι.

160. Sed redeundum est ad propositum. v. ad Ol. i. 179.

Ἄγε, θυμέ. τίνα βάλλομεν
Ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
νὸς εὐκλέας ὀϊστοὺς
Ἰέντες; ἐπί τοι
Ἀκράγαντι ταινύσαις,
Αὐδάσομαι ἐνόρκιον
Λόγον ἀλαθεῖ νόῳ,
Τεχεῖν μή τιν' ἑκατόν
Γε ἑτέων πόλιν
Φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
Εὐεργέταν πραπίσιν, ἀ-
φθονέστερόν τε χέρα,

E. é. K. ή.

Θήρωνος. Ἀλλ' αἶνον ἔβα κόρος

165. Ἀκράγαντα Pal. A. B. Bodl. MS. et α. 169. γ' ἰρίων Schol. et edd. ante Schmidium, qui metri caussa refinxit γι cum hiatu. Leg. ἰφ' vel δ' ἰρίων. Saltem τινά γ' ἐκα - τὸν ἰρίων πόλιν. 172. χερὶ emendat Pauw. At poeta varietati studet. 173. ἰπίζα Ald. et Pal. C. Mingarellus emendat: Θήρωνες, αἶνον δ' ἰπίζα κόρος. Modo esset αἶνῳ! Est quidem ἰπιζῆναι cum casu quarto, sed de eo qui *adit* vel supervenit: ut Sophocl. Elect. 492. ἄλιαστ', ἄνυμφα γὰς ἰπίζα μιαιφόνων γάμων ἀμιλλήμαθ' αἷσιν οὐ θέμις. *infausti conjugii studium incessit eos, qui legitimo modo nuptias facere non poterant.* τι λ, Pauw emendat,

166. Similis locus sup. Ol. i. 165. inf, Ol. vi. 36. xiii. 140. ἰπιτανύσας (τὸ τάξαι) Ἀκράγαντι h. ἰπὶ Ἀκράγαντα.

167. ἐνόρκιον λόγον *laudem tanquam jurato pro teste editam dixit*, ut λόγος sæpe: v. c. iv. 29. et *jurato* alibi similiter, ut vi. 34. μὴ πόλιν τινιῦν (pro τινεσίναι: ut et Il. ν. 826.) ἑκατόν γι ἰρίων (ἰπὶ vel ἰπὸς h. *inde ab urbis Agrigenti origine*; C. enim fere annos urbs steterat.) ἄνδρα τινὰ μᾶλλον φίλοις εὐεργέταν πραπίσιν (*beneficum in amicos animo suo*) ἀφθονέστερόν τι χέρα Θήρωνος.

173-8. Locus impeditus, multis de caussis: nam et ipsa res obscura est, et latent nos facta, quæ poeta respicit; varia in Scholiis memorantur, sed ambigua et incerta fide. Κόρος potest esse ὕβρις, potest et satietas, fastidium esse. αἶνον ἔβα κόρος rix sanum esse potest; at nec melius ἰπίζα, quod in Ald. et Pal. C. est. Potest jungi συνάντεσθαι δίκᾳ, διάγειν δικαίως, potest et esse συνάντεσθαί τινι σὺν δίκᾳ, *aggredi, invadere* jure vel injuria. Tolerabile visum erat, si sic constituerem: ἀλλὰ κόρος οὐ δίκᾳ (σὺν δίκᾳ), ἀλλὰ μέγαν ὑπ' ἀνδρῶν (pro ἐξ, ἀπό. Sic P. x. 105. ἀνιλὼν φίλας ὑπὸ μανίας.) συναντόμενος, ἰπίζα αἶνον (deb. ἰπίζα, ἰπίσχεται, αἶνῳ, *laudem incessit, impugnat*). Scilicet κόρον puto melius exponi, ut sit *fastidium, invidentia, obtrectatio laudum*, quas modo enarraverat. *At*, inquit, *laudi obstrepit invidia.*

Οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλ-
λὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν,
Τὸ λαλαγῆσαι θέλων
Κρύφον τε θέμεν ἐσθλῶν κακοῖς
Ἔργοις. ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν·
Ἐκεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλ-
λοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

177. Alii *κρύφιον*, ut et Pal. A. C. At Ald. *κρεύφιον*. ita saltem *κρύφιον δὲ θέμεν ἐσθλὸν* rescribendum, ut et Pauw suasit: sed *ὁ κρύφος*, quod jam Aristarchus docuit, est pro *κρύψις*. v. Valken. p. 351. ad Theocritum. In. Aug. *κρύφω* est scriptum. Quod adjunctum est *σι*, prorsus ratione caret. Licet mutare in *σιθέμεν*, melius tamen reponas *κρύφον θέμεναι ἰ. κ.* Jam *ἐσλὸν* Pal. A. C. *ἐσθλὸν* Ald. Pal. B. *κακοῖς* Ald. omisit. Ita ait Schmid. sed nostra Aldina hoc retinet. *ἐσλῶν κακοῖς* Gott. 178. *ψάμμω ἀ.* scribit vel *ψάμμος* pro quarto casu Dorico accipit Pauw cum Mingarello: at multo dignius lyrico vulgatum. 179. *χάματα* Ald. c. Gott. *χάρματα* Bodl. C. 180. Bodl. MS. et *κ.* ad f. *στίχους ιβ΄* notant *ρπβ΄* (182.), licet prior tantum unum *κῶλον* (sup. post v. 48.), alter vero ne unum quidem vulgari numero adjecerit.

Sic alibi in laudibus, quæ nimiæ esse videri possunt: Pyth. viii. 43. *μὴ κόρος ἰλθὼν κτίσῃ*. Nem. x. 37. *ἐστὶ δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι*. cf. N. vii. 76. sq. Nec meliora habeo. Vetus Schol. qui reddit: *τὸ δὲ χαρμονηρευτικὸν, φησὶ τοῦ Θήρωνος ἐπίδοσιν πολλοὺς, ὡς ὕβριν, δηλοῦσθαι, αὐτοὺς προσηγάγετο*: vix ad eam, quam habemus, lectionem spectare potuit. *κόρος* ei est *ὕβρις μετ' ἀδικίας, (οὐ δίκᾳ συναντόμενος)* et *τὸ λαλαγῆσαι, τὸ θορυβῆσαι τῷ λόγῳ, τὸ ὑβρίζειν*. Tribuitur ita *τῷ κόρῳ*, quod faciunt homines, in quibus *κόρος, ὕβρις*, est: *hi id agunt, ut obtrectatione obscurent bona alterius facta*. Quæ sequuntur, pendent a *κόρος*, sc. *κόρος*, ille, *ὁ θέλων, τὸ λαλαγῆσαι*, obtrectationem, *θεῖναι κρύφον ἐσθλῶν κακοῖς ἔργοις, obscurare laudes alterius maledictis*.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ γ'.

ΘΗΡΩΝΙ.

ARGUMENTUM.

Profitetur poeta, se Theronem canere velle Olympicum victorem, modo probetur carmen Dioscuris et Helenæ. Inde 17—66. a memoratione oleagineæ coronæ transit ad narrationem de Hercule, quomodo ab Hyperboreis oleam silvestrem petiit, qua Olympia fuit consita. Hanc gratulatur Theroni tanquam decus summum, quod assequi possit mortalis.

Σ. α'. Κ. ϑ'.

ΤΥΝΔΑΡΙΔΑΙΣ τε φιλοξείνοις ἀδεῖν,
Καλλιπλοκάμῳ ϑ' Ἑλένᾳ,

1. φιλοξένοις ante Schmidium legebatur inde a Romana. At ille, ut metro consuleret, ex Pal. tribus φιλοξείνοις reposuit, ut jam Aldina exhibuerat.

Inscriptum carmen a grammaticis τῷ αὐτῷ Θήρωνι εἰς Θεοξένια. Supplent Scholia ϑέσεως: eisdem totum hoc, puto, commentum de Theoxeniis a Dioscuris institutis debetur, petitum ex vss. pr. et 71. 72. his quidem male intellectis: quasi de adventu deorum agerent. Dioscuri et Helena heroes, ut pluribus locis, præcipuo aliquo cultu habiti esse debuere Agrigenti, (hoeque jam Aristarchus monuerat in Schol.) forte a gente Theronis, aut a tribu Emmenidarum, (68. 69.) quos et inf. P. vi. 5. memorat, ex qua ille fuit. Traducta, ut probabile fit, religio Argis; hic enim Castorum fuit religio: vid. Pausan. ii. 22. p. 161. His itaque diis carmen probari cupit, ut alibi aliis diis tutelaribus urbium ac præsidibus. Haud dubie scriptum est carmen in victoriam Olympicam: eandemne cum priore illa an diversam, quis dixerit. Jam autem iidem Dioscuri inter præsides certaminum Olympicorum erant v.

Κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων, εὔχομαι,
Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν
Ὕμνον ὀρθώσαις, ἀκαμαντοπόδων
Ἵππων ἄωτον.
Μοῖσα δ' οὕτω ποι παρέστα
Μοι νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον,
Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ

A. ά. K. ϑ'.

Ἀγλαόκωμον. ἐπεὶ χαίταισι μὲν
Ζευχθέντες ἔπι στέφανοι

3. πλιπὴν Bodl. β. γ. 5. Pauw malit ὀρθώσαις, ἀ. ἵ. ἀώτῳ. *equorum flore*, h. *equis præstantissimis*. Sensit, ἄωτον ἵππων non esse posse *decus equorum*: sed *equos præstantissimos*. Forte sufficit interponere τ' in ἵππων τ' ἄωτον, *celebrare Theronis laudem et præclaros equos victores*. Scilicet jungenda sunt cum superioribus Ἀκράγαντα γεραίρων ἵππων τι ἄωτον. 7. οὕτω ποι Pal. C. Schol. probare videtur quoque παρέστα pro παρέσταθι. *ades mihi Musa, ut.*

64. Iisdem etiam vult poeta carmen suum ἀδεῖν, probari. Τὰ Θεοξένια prorsus sunt aliena ab hoc carmine; sunt enim ea sacra, quibus dii hospites, ξένοι, adesse visi (unde dicti ξενικοί), aut omnino, aut certi dii; ut Apollo et Mercurius Pallenæ, unde Apollo Θεοξένιος: Pausan. vii. 27. Erant Θεοξένια Delphis: ut ex Athen. ix. p. 372. A. patet, et sic alibi alia. [Vix: in memoriam religionum ab exteris acceptarum, v. c. ab Ægyptis: ut Creuzer. *Ex Schedis.*] Φιλόξενοι autem sunt Dioscuri, non propter τὰ Θεοξένια, sed quia σωτῆρες sunt hominum in discrimine versantium: quod Simonidis exemplo constat, inprimis tamen navigantium. Theocr. xxii. 6-9. et 23. ὦ ἄμφω ϑνατοῖσι βοηϑόοι, ὦ φίλοι ἄμφω.

4, 5, 6. Est impediti aliquid in his versibus: Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ἀκαμαντοπόδων ἵππων ἄωτον ὀρθώσαις (seu verius ὀρθώσαις). Sensit quoque Mingarellus, qui ὀρθοῦν ὕμνον recte dici negat; ὀρθοῦν esse *extollere laudibus*. Isthm. i. 64: iv. 65. P. iv. 106. (quo l. est *confirmare animum*.) At. Ol. vii. 38. est διορθοῦν λόγον, *laudem*, idem quod ὀρθοῦν ὕμνον. Ductum puta a monumento vel statua; ὀρθοῦν στήλην. Gravius est, ἵππων ἄωτον esse non posse nisi *præstantes equas*. [cf. v. 1. 2. viii. 99. *Ex Schedis.*] Corrigit igitur vir doctus: Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν ὕμνῳ ὀρθώσας ἀκαμαντοπόδων ἵππων ἄωτον, *hymno extollens ac celebrans præstantissimas Theronis equas, quibus victoriam Olympiæ retulit*. Vide in V. L. an melius conjecerim. ὕμνος ἄωτος utique pro ὕμνων ἄωτος dici nequit, nec ἄωτος ἵππων pro ornamento equorum.

7. 8. οὕτω ποι Schol. intp. *ut probarer Dioscuris*. Melius: Μοῦσα παρέστα μοι, εὑρόντι οὕτω ποι ν. τρόπον ἀγλ. (ὅτι) ἐναρμόξαι φ. Δ. π. Sed nec hoc satisfacit.

Πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος,
Φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν,
Καὶ βοᾶν αὐλῶν, ἐπέων τε θέσιν,
Αἰνησιδάμου
Παιδὶ συμμίξαι πρεπόντως·
Ἄ, τε Πίσα με γεγωνεῖν· τὰς ἄπο
Θεύμοροι νίσσονθ' ἑπ' ἀνθρώπους ἀοιδαὶ,

Ε. ά. Κ. θ'.

Ὦ τινι, κραίνων ἐφετμὰς
Ἡρακλέος προτέρας,
Ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας γλεφάρων
Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν
Ἀμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυ-
κόχροα κόσμον ἐλαίας. τάν ποτε
Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
Ἀμφιτρυωνιάδας,
Μνᾶμα τῶν Ὀλυμπίᾳ κάλλιστον ἄθλων,

Σ. β'. Κ. θ'.

Δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλ-
λωνος θεράποντα. Ὄγε

12. θεόδμητον MS. Bodl. 17. γεγωνῖ malit Pauw. perperam. Supple γεγωνεῖν πρέσσει ex v. 12. 18. θεύμοροι Ald. cum Aug. et sic forte olim alii, notante Pauw. θεύμοιροι Gott. νίσσονθ' MS. Bodl. et Aug. 19. κραίων Rom. 21. Cum aliis locis γλίφαρον scribat poeta, P. iv. 216. Isthm. viii. 99. probabile fit etiam h. l. fuisse γλιφάρων pro vulgari βλιφάρων. 23. βάλῃ MS. Bodl. et C. Aug. Gott. 27. καλλίστων vitium ed. Pauli Steph. 28. πείσαις, Dorice, ut Pauw quoque monet. 29. -τα ὄγε cum hiatu. Pal. C. λέγῳ,

13, 14. Jungit lyram et tibiam sæpe, Ol. vii. 21. 22. x. 113, 114. Nem. ix. 19. Isthm. v. 34, 35. et tibias appellat *Lydias* Ol. v. 44.

25. Locus notabilis propter veterum inscitiam geographiæ et vagam Hyperboreorum notitiam. Oleaster petitus esse non potuit nisi ex australibus Europæ terris. De Istri fontibus non minus inscite Herodot. ii. 33. 34. Auct. de Mirab. Ausc. c. 112. Repetit sua ex Pindaro Pausan. v. 7. p. 392. sed nil emendatius tradit.

29. sq. Totum locum interpunctione

Πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει παγδόκῳ
Ἄλσει σκιερόν τε φύτευμα
Ξυνὸν ἀνθρώποις, στέφανόν τ' ἀρετᾶς.
Ἤδη γὰρ αὐτῷ,
Πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέν-
των, διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
Ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε Μήνα,

item Gotting. qui ἴσχει habet in marg. Etiam Schol. λόγῳ habuit in suo libro. 30. αἴτει inde a Romana edit. sicque Aug. Gott. At Aldina legebat αἴτῃ, quod revocavit Schmidius. Mirum est, Grammaticos, Enstathium p. 381. et Gregor. Corinth. p. 98. ab αἴτος hoc repetere, ut sit pro ἰδιώτευμα. Obvia est suspicio, quam Koenius quoque illo loco proposuit, posse ἄλσει in ea voce latere: ἄλσις enim haud dubie id. q. ἄλσος. Sed quid tum faciemus τῷ ἄλσει v. 31. si versus mutilus relinquendus non est? Librorum vel veterum scriptorum auctoritas est expectanda; videtur enim ulcus latere, etiam lectione λόγῳ v. 29. id prodente; et διφάσιον ἴσχει facit hiatum intolerabilem. Quid si στίσας λόγῳ jungimus? *hortatu movens.* Ita non est jejuna vox; est is mos lyrici, generale vocabulum pro deducto ponere, quod formam aut partem notat. πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει, (*sedi*, quam ille incolit) παγδόκῳ ἄλσει, σκιερόν τε φύτευμα ξ. ἀνθρ. στέφανόν τ' ἀρετᾶς sc. ἴσχειν. Etsi oratio et ita instrui potest, ut αἴτει sit *petiit.* [V. Ahlwardt in Act. Seminar. Lips. vol. i. p. 121. et Villoison ibid. p. 233. *Ex Schedis.* In ipso textu Heynius correxit ἄλσει: at hanc scripturam unice probasse videatur.] [31. Wakefield. ad Virgil. Georg. ii. 13. corrig. ex. τὸ φύτευμα. *Ex Schedis.*] 32. ἀρετᾶς Gott.

laborare suspicor, et continuandam orationem esse a v. 24. ad 32. τάν ποτι—ἴσχειν Ἀμφιτρυωνιάδαις,—δᾶμον Ὑπερβορέων πίσας, Ἀπόλ- λωνος διφάσιον, λόγῳ, πιστὰ φρονέων Διὸς αἴτει, παγδόκῳ ἄλσει, σκιερόν τε φύτευμα ξυνὸν ἀνθρώποις, στέφανόν τ' ἀρετᾶς, *quam oleam* (κότινον proprie) *Hercules attulit, precibus datam ab Hyperboreis, memor fani Jovis, arborem umbrosam, hospitalem et virtutis præmium.* Ita retinere licet grammaticorum rationem, ut αἴτει sit ἀπὸ τοῦ αἶτος, ἰδιώτευμα, τίμιος τοῦ Διός. Etsi αἴτει pro ᾔτει recte se haberet, ut P. ix. 189. αἴτιον. Nec vero ἄλσει in Ἄλσει mutandum, nam et alibi ἄλσος Διὸς vel Πίσας dixit. ξυνὸν ἀνθρώποις scil. propter umbram, ex σκιερόν. Potest quoque cum Beckio ἴσχειν—Διὸς αἴτει, παγδόκῳ ἄλσει, bene jungi: h. e. εἰς ἄλσος, in ὃ Ζεὺς εἶναι. Modo jungantur ista ἴσχειν A. πίσας λόγῳ. Sequitur v. 33. sq. *Nam jam semel habita fuerant ab Hercule Olympia, victo Augea:* (v. inf. Ol. x. 30. sqq.) *at erat tum locus arboribus vacuus et solis radiis obnoxius:* cf. sup. ii. 5. 7. et x. 51. sq. Post ludos actos ad Cervam capiendam profectus est: qui fuit proximus ad Augea labor secundum nostrum: diversa narrant alii. Apollod. ii. 7. 2. post omnes xii. labores exantlatos Augeam victum memorat.

35. 36. Ludi habebantur die proximo a plenilunio ejus mensis, cujus novilunium proxime post solstitium æstivum subsequutum erat. Ergo Mé-

A. β'. K. ϑ'.

Καὶ μεγάλων ἀέθλων ἀγνὰν χρίσιν
Καὶ πενταετηρίδ' ἀμᾷ
Θῆκε ζαθέοις ἐπὶ πρημνοῖς Ἀλφεοῦ.
Ἀλλ' οὐ παλὰ δένδρε' ἔθαλλεν
Χῶρος ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος.
Τούτων ἔδοξεν
Γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος ὀξεί-
αις ὑπακουέμεν αὐγαῖς ἀλίου.
Δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύεν θυμὸς ὥρμαι-

E. β'. K. ϑ'.

ν' Ἰστρίαν νιν. Ἔνθα Λατοῦς
Ἱπποσόα θυγάτηρ
Δέξατ' ἐλθόντ' Ἀρκαδίας ἀπὸ δει-
ρᾶν καὶ πολυγνάμπτων μυχῶν·
Εὖτέ μιν, ἀγγελίαις Εὐ-
ρυσθέος, ἔντυ' ἀνάγκα πατρόθεν

38. ἅμα MS. Bodlei. Aug. et alii, ut Ald. v. Ol. i. ext. Quod Tonp. Add. ad Theocr. ix. 4. pronuntiat, ἀμᾶ vocem nullam esse, nimia pro arbitrio pronuntiatum esse, docent tot alia similia. 40. ἴθαλλεν Bodl. quatuor, Aug. Gott. ἴθαλεν Ald. 42. ἴδοξεν tres Bodl. et Ald. 43. ὑμὸς MS. Bodl. 45. ποριύεν Dorismus postulat, non ποριύων. 46. Ἰστριανὴν Steph. et omnes edd. ante Schmidium, sicque Aug. et MS. Bodl. Meminit lectionis etiam Schol. Ἰστρίαν νιν Schmidius ex Pal. C. recepit: idque diserte Scholiastes exhibebat una cum altera lectione Ἰστρία νιν, ut cum Λ. l. ϑυγάτηρ jungatur: hoc quidem minus bene. 47. ἱστασίᾳ Bodl. β. γ. 49. πολυγνάπτων Rom. 50. Locum recitat Ælian. H. Anim. vii. 39. Junxit et ille Εὐρυσθέος ἀνάγκα. 51. -γυσθένες Aug. ἀ. πρόσθεν Schol. recentiora.

νη χρυσάεμνος διχόμηνις (inde a novilunio) ἀντίφλεξεν ὀφθαλμὸν, (*illustraverat*, ad verbum, ex adverso spectantibus, *plenum vultum*, as, *lucem*, φῶς, h. e. erat plenilunium) καθ' ἱστίας—καὶ—χρίσιν —ϑῆκε Luna, tanquam tempus, quo illa facta sunt.

41. χῶρος Πίλοπος, Olympia, in βάσσαις Κρονίου (ἔρευν. i. 178. 9.)

Χρυσόκερων ἔλαφον Θήλειαν ἄξον-
Θ'· ἄν ποτε Ταϋγέτα
'Αντιθεῖσ' 'Ορθωσίᾳ ἔγραψεν ἱεράν.

Σ. γ'. Κ. θ'.

Τὰν μεθέπων, ἴδε κἀκείναν χθόνα,
Πνοιᾶς ὄπιθεν, Βορέα
Ψυχροῦ. τόθι δένδρεα θαύμαινε σταθείς.
Τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν,
Δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
Ἵππων φυτεῦσαι.
Καί νυν ἐς ταύταν ἑορτὰν
Ἴλαος ἀντιθέοισιν νίσσεται
Σὺν βαθυζώνου διδύμοις παισὶ Λήδας.

Α. γ'. Κ. θ'.

Τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν, Οὐλυμπόνδ' ἰὼν,

52. αὔξωθ' Aug. et tamen cum gl. κομίσωνται. 55. ἴδι vitiose Gott. Ald. et Pal. A. B. et Bodl. 56. ὄπιθεν Steph. et omnes vulgg. ante Schmidium, qui Pal. C. et metri legem recte sequutus est. Aldina porro cum Aug. et Gott. πνοιαῖς, ut habebant quoque codd. apud Greg. Corinth. p. 99. qui recte ὄπιθεν adscrit. βορέα Bodl. a. cum iisdem codd. Gregorii l. c. 57. σταθείς. Τῶν νιν h. τούταν (τινά) νιν. Ita hæc sejunxi. Erat antea: σταθεὶς τῶν, h. e. ἐξ ὧν, minus lyrice. θαύμαζι Aug. cum altero in marg. 58. ἔσχε Steph. 61. καὶ νυν recte Schmidius emendavit, metro exigente. Vulgg. καὶ νῦν. 62. ἀντιθέοισιν legit Schmidius, ut ultima producatur; etsi illa produci potest et sine ν finali. νίσσεται et νίσσονται in Bodleianis, perpetua varietate. 63. διδύμοισι Ald. nec male, cum Gott. alioqui media in διδύμοις producta esse dicenda est: quod Schmidius quoque et Pauw viderunt.

56. ὄπιθεν Βορέα. v. ad v. 25.

58. Plin. xvi. s. 89. *Olympiæ oleaster, ex quo Hercules primus coronatus est, et nunc custoditur religiose.*

61. ἐς ταύταν ἑορτάς, ad victoriam Theronis celebrandam (non ad Θεοξένια). Patet e seqq. et Nem. x. 96. sq. etiam Dioscuros fuisse inter deos præsides ludorum Olympicorum. *Et nunc adest ille propitius sollenni victoris una cum Dioscuris, quos olim jussit præesse ludis, se ad deos evocato.* Tum interpunxi: τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν, Οὐλυμπόνδ' ἰὼν, θαητὸν ἀγῶνα νίμειν ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι καὶ βιμφαρμάκτου διφρηλασίας: est enim ἀγὼν περὶ ἀρετῆς καὶ διφρηλασίας.

Θαητὸν ἀγῶνα νέμειν
Ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου
Διφρηλασίας. Ἐμὲ δ' ὧν πα
Θυμὸς ὀτρύνει φάμεν, Ἐμμενίδαις
Θήρωνί τ' ἐλθεῖν
Κῦδος, εὐίππων διδόντων
Τυνδαριδᾶν· ὅτι πλείσταισι βροτῶν
Ξεινίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις,

Ε. γ'. Κ. Θ'.

Εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσον-
τες μακάρων τελετάς.
Εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων
Δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον·
Νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θή-
ρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἅπτεται
Οἴκοθεν Ἡρακλέος στηλᾶν. τὸ πόρσω

67. διφραλασίας Aug. 76. αἰδοίεστατος Bodl. β. γ. ἀυδίεστατον emendat Pauw, metri caussa. Non capio argutias viri de metro solliciti. Induxit forte Grammaticus in metri typo: Ἰωνικὸν δίμετρον. Videtur is scripsisse Ἰαμβικὸν δίμετρον. 79. τὸ πρόσω Schol.

67—74. *Et nunc victoriam curulem hanc Olympicam Emmenidarum tribui et Theroni non alio quam Dioscurorum studio obtigisse pronuntio: quia eos præcipua aliqua religione colunt.* Similis locus est inf. Ol. vi. 137. add. Ol. i. 171. ἐμὲ θυμὸς ἰαύει, *non possum non, quin eloquar.* τελεταὶ μακάρων sunt *ipsorum Dioscurorum festa.* τραπέζας ξενίας de *epulis sacrorum* accipio, quibus adhibentur alii, tanquam hospites.

75—81. *Victori in Olympicis ludis summam* ait *adesse gloriam, qua nulla major expectari possit.* Lyrica audacia hoc declaravit: εἰ δὲ ἀριστεύει μὲν ὕδωρ—νῦν γε. *Si—nunc quoque,* pro: *ut aqua et aurum* (inter elementa illud, hoc inter metalla) *primum tenent locum: sic Thero ad summum felicitatis et gloriæ fastigium pervenit:* νῦν γε Θήρων, ἱκάνων ἀρεταῖς (διὰ ἀρετῶν) οἴκοθεν (h. e. διὰ οἰκείων ἀρετῶν) πρὸς ἐσχατιὰν, ἅπτεται στηλῶν Ἡρακλέος: *extremum terminum attigit.* Hic verborum ordo. Variavit et invertit orationem carminis i. Ol. princ. Addit 81. 2. 3. hæc: *ultra columnas illas procedi non posse, nec cuiquam hoc tentandum esse:* οὐ διατόν ἐστι, ut Scylax de Cerne

80 Δ' ἔστι σοφοῖς ἄβατον
Καὐτόφοις. οὐ μὴν διώξω. πεινὸς εἴην.

81. οὔ μιν Ald. et in marg. Rom. οὐ μὴ malebat Mingarell. πεῖνος alii ap. Schol. πεῖνος Rom. εἶη. Schol.

insula p. 53. τὰ ἐπίσημα εἰσίν ἐνεὶ πλανᾷ.—Pronuntiavit hoc, ut solet, tanquam de se: οὐ μὴν διώξω· πεινὸς εἶην. pro, πεινὸν εἶη τοῦτο. Celeram *fastigium gloriæ* ex certaminibus sæpe sic declarat Pindarus: v. Nem. iii. 35-38. iv. 112-115. Isthm. iv. 18-90. vi. 14-19. quod sequuntur et alii, ut Eurip. in Hippol. 750. Aliud inventum v. ib. Isthm. v. 17. vii. 60 sq. aliud P. x. 42. sqq. et Ol. v. 8n. Nem. ix. 109.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ δ'.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩ,

ΙΠΠΟΙΣ.

ARGUMENTUM.

Ad Jovem conversus vota facit pro Psaumide Camarinæo victore quadrigis - 24. Subjicit laudes - 27. quarum veritatem re ipsa argui ait; quod fabula illustrat de Ergino, quem, propter canos risu exceptum, cursus, adeoque ipsa res, pedibus valentem declaravit.

Σ. ά. Κ. ιέ.

ΕΛΑΤΗΡ *ὑπέρτατε βροντᾶς*
Ἀχαμαντόποδος
Ζεῦ· τεαὶ γὰρ ὧραι

1. ιλατὰς, Aug. πλατὰς, in Gott. gl. διακονὰ ὕψιστε. 3. Schmidius parenthesin sustulit, quam Cratandrina intulerat; (τεαὶ—ἰσθλοί.) Nil refert, sive apponatur, sive omittatur. Ratio loquendi est frequentissima.

Inscribitur Ἵπποις, quod idem est ac στεφάνῳ ἅρματι. Unde est v. 19. Ψαύμιος γὰρ ἅρμα (ἱπ') ἐχίων. Sic Ἵπποις sæpe in nostro quoque, ut Ol. v. 15. et sic inscripta est Isthm. iii. Diversa fuit victoria hæc, quæ ad Olymp. lxxxii. refertur, ab ea, quam carmine sequenti celebrat: v. ad ejus pr.

3. Ζεῦ — ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ — δέχεο. *Excipe propitia mente hymnum in victoriam Psaumidis; nam tuum sollenne poscit me, ut celebrem summam victoriam car-*

Ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς
Ἑλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν,
Ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἀέθλων·
Ξείνων δ' εὖ πρασσόντων, ἔσανὰν
Αὐτίχ' ἀγγελίαν
Ποτὶ γλυκεῖαν ἐσλοί·
Ἀλλ', ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις,
Ἴπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογ-
κεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου,
Ὀλυμπιονίκαν
Δέχευ Χαρίτων ἕκα-

9. Ἰσλοὶ Steph. 10. Ἀλλὰ Κρ. Bodl. MS. etiam Ald. Κρόνι παῖ Schol. recent. 11. Ἴωνὸν alii, nescio qui, apud Schmidium, ut Ætna *furnus, caminus* sit, Typhoni ignem spiranti impositus. Ἴωος est onus impositum: ut ἰωοῦν est πιέζειν. Æschyl. Prom. 365. cf. Not. τὴν Ἴωον interpretantur πίεσμα καὶ βάρος, ut ἰωοῦν est θλίβειν apud Etymol. M. Scholia recent. τιμωρίαν καὶ κόλασιν reddunt, ex etymologia argutantia. In Pal. B. Ἴωσον male. 12. ἐμβρίμου Ald. et Aug. 14. Δί-ξαι Ald. et Pal. C. c. Gott. ex Scholio. Iidem χαρίτων Θ', quod et Schol. invenerat.

mine lyrico, cum hospes meus sit renuntiatus victor. Hæc lyrice quomodo extulerit, vide. σιὰ γὰρ ὥρα, *tuum sollenne* (Olympicum) ἑλισσόμεναι (*volvens se, redieus anno quinto*) ἔπεμψάν με (πέμπουσι, μεταπέμπονται, *arcessunt me*) μάρτυρα ἀέθλων ὑπὸ π. ἀοιδᾶς (διὰ, σὺν, nam poeta dicitur μαρτυρεῖν ea, *quæ celebrat*: v. c. Ol. vi. 35.). Mox 7. ἔσανεν, αἰνοῦσιν, ᾄδουσι.

11. Ἴωον esse *onus impositum*, dubitari nequit, post illustrationes voc. ἰωοῦσθαι, a viris doctis propositas: Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 279. Brunck. ad Lysistr. 291. tum ad Æschyl. Prom. 365. et Gedik. Carm. select. ad h. l. τὸν ἰωνὸν illustrat Dawes. Misc. Crit. p. 200.

14. Χάριτες spectant ad *victoriæ decus, quod consequutus est Psaumis.* Est enim χάρις sæpe ἡ νίκη, et χάριτες eodem modo: ut χάριτις et χάρις omnino quodvis *decus, laus*; v. c. P. iv. 490. porro *beneficium*, χάρμα P. iii. 127. tum χάρις etiam est *hymnus*, et Χάριτες poetæ lyrico sunt *Musarum* loco: quo nihil frequentius, v. c. Nem. iii. pr. Hinc et Χάριτες dicuntur *favere, propitiæ esse victori*, ut Nem. v. extr. et potest sic etiam h. l. Χαρίτων scribi, ut sit Χαρίτων Ἴκασι, *Charitum, quibus victoriæ decus debetur, beneficio, propter victoriam.* Sic Διὸς Ἴκασι Isthm. v. 37. Similiter Κάστορος Ἴκασι P. v. 10. 11. N. vii. 22. et sic aliquoties.—*Excipe, Jupiter Ætnæe, Hymnum hunce*, Κῶμον. In voc. Κῶμος adjuncta est hymno notio pompæ victoris, dum carmen accinitur: nam mox ille v. 19. Κῶμος ἥκει (ἐπὶ) ἐχίων Ψαύμιος. In personam autem illum mutari a poeta, obvium est.

τι τόνδε Κῶμον,

Α. ά. Κ. ιε'.

Χρονιώτατον φάος εὐρυ-
σθενέων ἀρετᾶν.
Ψαύμιος γὰρ ἧκει
Ὀχέων· ὃς, ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς
Πισάτιδι, κῦδος ὄρσαι
Σπεύδει Καμαρίνᾳ. Θεὸς εὔφρων
Εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς· ἐπεί μιν
Αἰνέω, μάλα μὲν
Τροφαῖς ἕτοιμον ἵππων,
Χαίροντά τε ξεινίαις πανδόκοις,
Καὶ πρὸς ἀσυχίαν φιλόπολιν
Καθαρᾷ γνώμᾳ τετραμμένον.
Οὐ ψεύδεϊ τέγξω
Λόγον. διάπειρά τοι
Βροτῶν ἔλεγχος.

18. Ψαύμιος Ald. tres Pal. et tres Bodl. Aug. Gott. v. ad v. 7. ἵκει Ald. et Pal. C. G. 19. ὀχέων vel κῶμος vel φάος· ait Pauw. Non capio. An vir doctus voluit continuare sententiam? δίκαν—κῶμον. Χρονιώτατον φάος εὐ. ἀ. Ψαύμιδος γὰρ ἧκει ὀχέων, h. e. φέρων· *adducit carmen laudes virtutum Psaumidis.* Ita vero particula γὰρ molestiam facit. Nec minus in Mingarelli Conjectur. p. 60. τόνδε κῶμον. Χρονιώτατον φάος s. ἀ. Ψαύμιδος γὰρ ἵκει ὀχέων, *vehens.* Immo est ἐπ' ὀχέων. 21. ἴμφρων Aug. c. gl. εὐμενὴς, πρᾶος. 24. ἵππων Steph. (vitium operarum edd. Pauli Stephani.) 25. ξενίαις Gott. sicque rescribit Pauw, ut Epionicum metrum sit. Equidem his metrorum nominibus parum tribuo; et alter versus, qui huic respondet, sup. v. 10. defendit vulgatum. χαίροντά τε. Cum μὲν præcesserit, debuit sequi χαίροντα δὲ ξ. 26. vulgo ἡσυχίαν. 27. τεθραμμένον. aliud vitium Cratand. et Steph.

29. Dixerat: *non contaminabo laudem mendacio*, hoc est veram laudem eloquar, *quam ipsa res veram esse arguet.* Hoc dixit: *experientia*, ipsa res, eventus, *verum arguit*, ἐλέγχει. Eadem sententia erat Ol. i. 53.

E. K. ιβ'.

Ἅ περ Κλυμένοιο παῖδα
Λαμνιάδων γυναικῶν
Ἔλυσεν ἐξ ἀτιμίας.
Χαλκοῖσι δ' ἐν ἔντεσι νικᾶν
Δρόμον, ἔειπεν Ὑψιπυλείᾳ,
Μετὰ στέφανον ἰών·
Οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι·
Χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον.
Φύονται δὲ καὶ νέοις
Ἐν ἀνδράσι πολιαὶ
Θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας
Ἐοικότα χρόνον.

31. ἅπερ καὶ Κλ. Gott. 32. γυναικᾶν Bodl. β. γ. male. 34. χαλκοῖσι δ' ἐν Ald. χαλκέοισι Gotting. recte, dummodo ει pronuntiando contrahas; sicque Brubach. in marg. at χαλκοῖσιν δ' ἐν Rom. et seqq. edd. Videtur ad metri normam correxisse Schmidius. 35. Ὑψιπύλεια Bodl. C. quasi esset casus quintus, ὦ Ὑψιπύλεια. 37. ταχυτᾶτι Bodl. γ. Antea interpungebatur: ἰγώ· ταχυτᾶτι χεῖρες δὴ κ. 38. Ἴσον Bodl. C. Aug. 40. ἐν ἀνδράσιν Bodl. C. Aug. 41. Θαμὰ, παρά τι τὸν ἁ. legisse videtur Metricus, monente Pauw. πὰρ Aug.

31. Vid. Schol. Sufficit tenere, in certaminibus adventu Argonautarum in Lemno ab Hypsipyle habitis prodiisse ad cursus (et quidem ἁλίσεως, ut v. 34. patet) certamen Erginum jam ætate provectum. Exceptus risu feminarum, mox victor ad præmium ab Hypsipyle repetendum accedens, *Ecce me*, ait, *pedum velocitate satis valentem; nec minus manuum virtute et animo.* Ergo et in hoc ipsa res arguebat Erginum pedum velocitate et corporis robore valere. Debuit autem hoc ex antiquiore Argonauticorum scriptore notum esse.

39. Volunt Psaumidem *canum* certasse, et in eo *comparationis vim* quærunt. Addunt quoque Psaumidem jam senem fuisse, ex Olymp. v. 51. Omnia sunt aliena. Immo vero est hoc epiphonema poetæ. *Fieri interdum potest, ut aliquis mature canus sit, juvenili tamen vigore et robore utatur.* [Pro vulgari: ita ille, etsi canus adspectu, virtutem juvenilem ipsa re probavit. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ϛ'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΨΑΥΜΙΔΙ,

ΑΠΗΝΗ.

ARGUMENTUM.

Poeta urbi Camarinæ gratulatur civem victorem, intexta ejus laude - 38. tum facit bona vota.

Σ. α'. Κ. ιϑ'.

ΥΨΗΛΑΝ ἀρετᾶν καὶ
Στεφάνων ἄωτον γλυκὺν

In inscriptione additum in codd. *τιθρίππῳ, ἁ. καὶ κίλητι.* indocte. v. Not. Schol. vet. *αὕτη ἡ ᾠδὴ ἐν μὲν τοῖς ἰδαφίοις οὐκ ἦν. ἐν δὲ τοῖς Δωδύμου ὑπομνήμασιν ἐλέγετο Πινδάρου.* Quæ illa ἰδάφια sc. *ἀντίγραφα* sint, ignoratur. *Originalia* interpretatur Schmidius; sic "*ἐν τοῖς ἰδιογράφοις*" esset legendum. Sed ad hæc provocare vix potuit Grammaticus. Pauwii emendatio vix memoratu digna *ἐν τοῖς ὀλιγίστοις, in paucissimis.* Probabile mihi fit, *τὰ ἰδάφια* esse *vulgaria*, quæ in bibliothecis habentur. Apud Eustath. p. 960, 21. *τὸ κοινῶς λεγόμενον σχιδάριον, ὃ σχιδίων λόγων ἐστὶν ἰδάφιον.* Videtur vox serioris usus fuisse. Quicquid est, saltem liquet hoc, abfuisse olim a nonnullis exemplaribus hoc carmen. Porro Aldina cum Aug. aliter ac vulgg. inde a Romana carmen distinxerat; pro una enim Strophe, Antistrophe et Epodo ternas habet; scilicet Strophe v. 1—7. Antistrophe 8—14. Epodos 15—19. et sic in Antistrophe et Epodo. Omnino ea, quæ in vulgg. Epodos est, vix recte ita appellar potest, cum sit Strophæ et Antistrophæ par, quod insolens plane est, ut Pauw quoque monuit, quem vide in Notis p. 32. qui tres Strophas faciendas esse censet; id quod ipse faciendum

Victoria fuit parta curru mularum currui junctarum, ut patet ex v. 6. *δῶρα ἀπήνης.* Adscitus ille fuerat Olympiis Ol. lxx. v. Paus. v. 9. Male grammaticus inscripsit pro sola *ἀπήνη* tria ex v. 15. Spectat Ode ad aliam Olympiadem quam superior.

Τῶν Οὐλυμπίᾳ,
Ὠκεανοῦ θύγατερ,
Καρδίᾳ γελανεῖ
Ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκευ
Ψαύμιός τε δῶρα·
Ὅς, τὰν σὰν πόλιν αὔξων,
Καμαρίνα, λαοτρόφον,
Βωμοὺς ἓξ διδύ-
μους ἐγέραρεν ἑορ-
ταῖς θεῶν μεγίσταις,
Ὑπὸ βουθυσίαις, ἀέθλων τε πεμ-
πταμέροις, ἀμίλλαις,
Ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκί-
α τε. τὶν δὲ κῦδος
Ἀβρὸν νικάσαις ἀνέθηκε, καὶ
Ὄν πατέρ' Ἀκρων' ἐκάρυξε, καὶ
Τὰν νέοικον ἔδραν.

Σ. β'. Κ. ιθ'.

Ἶκων δ' Οἰνομάου καὶ

esse censui. 3. τᾶν Ὀλυμπίᾳ Ald. 7. Ψαύμις et hic Ald. tres Palat. et Bodl. α. cum Aug. Gott. recte: nam sic Dorice. At Ψαύμιδος est vulgaris forma. 9. Καμαρίνας Ald. cum Pal. C. et Gott. et mox 11. γίγαρεν. 16. τοὶ Ν Bodl. β. γ. sed alterum in margine. 17. νικάσας Ald. recte, nisi f. νικάσαις. Vulgo νικήσας. 20. Ἶκων reposui metri caussa, pro ἰκών. ἰλθὼν

5. *Camarina* λίμνη tanquam una e Nymphis Oceanidibus exhibetur. Alluit urbem *Hipparis*, inf. 27. qui etiam in numis occurrit, juvenili specie, cornu instructo. v. nunc Eckhel V. C. Doctr. Num. t. i. p. 199. De urbis originibus v. Diodor. xi. 76.

11. ἱεραῖς. Suppleo et accipio ἐν ἱεραῖς θεῶν μεγίσταις pro singulari *in sollenni Olympico, inter sacrificia et certamina, quæ habentur per quinque dies, a die* xi-xvi. *curru, mulis et celete.* Nec hæc de Psaumide, sed universe erant accipienda. γίγαρεν autem tanquam victor, sacro facto in sex aris xii. deorum, cum in singulis essent duo σύμβωμοι, v. c. Jupiter et Neptunus: v. Pausan. v. 14. et Schol. ad h. l.

20—38. Camarina a Syracusanis bis vastata restituta erat Ol. lxxix.

Πέλοπος παρ' εὐηράτων
Σταθμῶν, ὦ πολι-
άοχε Παλλὰς, ἀεί-
δει μὲν ἄλσος ἁγνὸν
Τὸ τεὸν, ποταμόν τε Ὤανον, ἐγ-
χωρίαν τε λίμναν,
Καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς, Ἵπ-
παρις οἵσιν ἄρδει στρατὸν,
Κολλᾷ τε σταδί-
ων θαλάμων ταχέως
Ὑψίγυιον ἄλσος,
Ἀπ' ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος
Τόνδε δᾶμον ἀστῶν.
Αἰεὶ δ', ἀμφ' ἀρεταῖσι, πόνος δαπά-
να τε μάρναται πρὸς
Ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.
Εὖ δὲ ἔχοντες, σοφοὶ καὶ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Pal. A. B. tres Bodlei. Aug. et Rom. cum Brubach. in margine. 21. εὐηρατῶν Bodl. β. γ. vitio librarii. 25. Ὤανιν et Ὄανιν in Schol. legitur. Ὄανιν sine ι ν Gott. Ed. Brub. in marg. alias Ὤανις (voluit Ὤανις) καὶ Ὤνις. 32. ὑπ' Pal. C. et Aug. Uterque a pr. m. Iidem cum Gott. et Ald. ἀμαχανίας propius ad Dorismum. 34. Erat ἀεί. Verum αἰεὶ legendum cum Pauw. propter versum antitheticum sup. 10. Et sic Aug. tum Ed. Rom. Crat. et rel. Versum 34. 35. respicit Themist. Orat. viii. pr. et Or. xxi. p. 246. A. B. ed. Hard. 35. πρὸς Ἔργον. 36. Κινδύνῳ Bodl. β. γ. 36. Κεκαλυμμένῳ Schol. legit. κεχαλασμένον Schol. ad Isthm. iv. 52. 37. Nondum mihi persuadere possum, tam turpem hiatum a Pindaro venisse εὖ δὲ ἔχοντες. f. δέ γ' ἔχοντες. Pro σοφοὶ καὶ Jacobs animadverss. p. 188. conj. σοφιστάί.

Psaumidis magna videtur in nova urbe exstruenda fuisse opera; mox idem ei novum splendorem paravit victoria Olympica obtinenda. Refertur ea ad Ol. lxxxii. In seqq. vereor ne imponi nobis patiamur a grammaticis, quasi in fluvio Hippari ratibus advecta fuerint ligna ad urbem exstruendam. Ne sic quidem fluvius dici potest πολλᾷ θαλάμους. Verum Psaumis ille est, qui suis opibus adjuvit colonos novas domos sibi exstructuros. Illustrat victor suam urbem, adeoque et lucum, Palladis, et Oanum et Lacum, καὶ σεμνοὺς

Σ. γ'. Κ. ιϑ'.

Σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ,
Κρόνιόν τε ναίων λόφον,
Τιμῶν τ' Ἀλφεὸν
Εὐρὺ ῥέοντ' Ἰδαῖ-
όν τε σεμνὸν ἄντρον,
Ἰκέτας σέϑεν ἔρχομαι, Λυδίοις
Ἀπύων ἐν αὐλοῖς,
Αἰτήσων πόλιν εὐα-
νορίαισι τάνδε κλυταῖς
Δαιδάλλειν· σέ τ', Ὀ-
λυμπιόνικε, Ποσει-
δανίοισιν ἵπποις
Ἐπιτερπόμενον, φέρειν γῆρας εὔ-
ϑυμον, ἐς τελευτὰν

42. *ῥέοντ'* reposui ex Ald. et Gott. probante Pauw, pro *ῥέοντα*; prima in Ἰδαῖον longa est, et spondeus pro dactylo requiritur. 45. *ἀπύων* MS. Bodl. et C. Aug. 47. *πάγᾳ* Bodl. α. 48. deb. *δαιδάλλειν* et 51. *φέρειν*. 49. Ποσειδανίοισιν Pal. A. B. Bodl. MS. et C. 52. *τελευτὰν* Bodl. γ.

ἀχετὸν (*alveum*, non, canalem), Ἵππαρχος *οἶκον ἄρδει στρατὸν*, (populum pro *urbe*). Nunc ad Psaumidem spectant reliqua: *κολλᾷ τι* (*κόλλα*, pro *ἐκόλλα*, præstaret, et δὴ, ad *ἀεί δε μὲν*) *ταχίαις ἅλοαις* (h. *πλῃϑείς*) *ὑψίγυιον ϑαλάμων σταδίων· magnum ædificiorum numerum celeriter educit, ἀν' ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος τόνδε δᾶμον ἀστῶν, incolumitate, conditione læta, populo restituta.* Fecit ille hoc cum impensis suis magnis: hoc in seqq. ornat generali sententia v. 34—36. *in magnis conatibus*, cœptis, rebus, (*ἀμφ' ἀριστεῖσι*, sæpe pro ipsis factis, v. c. Ol. vi. 14. et inde pro certamine et victoria) *labor et impensa nititur adversus fortunæ aleam*, h. e. *semper virtute et sumtu certatur ad consequendam rem arduam, discriminis plenam* (propter incertos exitus et successus). [*in magnis auris labor et impensa certat, certatim se adjungit augeturque, in re ad exitum perducenda, circumdata periculo, h. aleæ plena. Ex Schedis.*] *πόνος* et *δαπάνη* junguntur in his, ut inf. Isthm. i. 58. 59. vi. 14. 15. Πόνον respicit *ὁ κίνδυνος*, ut statim vi. 14. *ἀριστεῖ ἀκίνδυνοι* sunt res gestæ *ἄνευ πόνου. ἄπονοι*.—37. Εὖ δὲ *ἴσχοντες*, *at qui læto successu utuntur*, (*εὖ πράξαντες, εὐτυχοῦντες*) *habentur viri prudentes etiam a civibus suis*, h. e. laudes ferunt.

44. Λυδίοις *ἐν αὐλοῖς*. Memorantur quoque Ol. xiv. 24. Nem. iv. 73. viii. 25. Nec tamen dicam, proprie ne sint accipienda an tantum pro epitheto ornante.

48-53. Junctura verborum: *καὶ*

Τίων, Ψαῦμι, παρισταμένων. ὑγί-
εντα δ' εἴ τις ὄλβον
55 Ἄρδει, ἐξαρχέων κτεάτεσσι, καὶ
Εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύ-
σῃ θεὸς γενέσθαι.

35. ἐξαρχῶν tres Pal. Bodl. MS. et. α. Ἄρδει: licet conjicere ἀλδεῖ, *augeat*. Sed v. Not.

(αἰσήσων τὸν Δία, ὥστε) γῆρας εὔθυμον φέρειν σε, Ψαῦμι Ὀλυμπιόνικε, ἱστιερκέ-μονον Π. ἵππων, ἐς τελευτὰν υἱῶν παρι-σταμένων etc. *Te, Jupiter, ut rogem, — et ut te, o Psaumi, senectus tranquilla de-ducat* (tibi contingat). Interpunxi nunc post εὔθυμον. Gravior sententia est υἱῶν παρισταμένων ἐς τελευτὰν, *ut super-stites sint liberi parentibus*: quæ votorum summa est.

v. 54. ad f. nondum satis expedita habeo: quia ἄρδειν ὄλβον et ὄλβον ὑγίεντα dicta sunt nove, et quidem tropice et ambigue. Age simplicissima ratione utamur. Senteutiarum nexus est hic: si quis magnas opes, quibus ad res præclaras gerendas utitur, et optatum successum habet, (fere ut v. 34. sq.) is summam felicitatem est adeptus. ἄρδειν est ποτίζειν, *rigare*; plantæ quæ riguntur, *aluntur*, ut crescant, ut perennent; unde et ἄρδειν pro αὔξειν: cf. Intpp. ad Eurip. Suppl. 207. (ubi πηδὸν intellige Telluris). αὔξειν est voc. quo poetæ sæpe ad ornatum utuntur pro tenuiore ἴσχειν, φέρειν, sed cum notione magnitu-dinis et amplitudinis adjuncta: ut Lati-ni poetæ *alere*, *fovere* pro habere. Isthm. vii. 42. μίγιστον κλέος αὔξων pro ἴσχων. Igitur verba reddo: si *quis alit, fovet, divitias ita, ut ex opibus suis impensas faciat, sustineat*, (ut v. 34. 35. nam ἐξαρκεῖν κτεά-τεσσι, διὰ κτεάτων. Nem. i. 47. est φίλοις ἐξαρκεῖν, et ἐπαρκεῖν simpl. pro παρέχειν. Nem. vi. 103.) *et gloriam con-sequatur*: *næ is summa quæque assequu-tus est.* Sententia est Isthm. v. 16. ubi pro hoc est σὺν ὄλβῳ. Ὄλβον ὑγίεντα ex linguæ ratione non aliter dici posse ar-bitror quam *fortunas integras, stabiles, rectas*, sc. quia sunt bene partæ, εὖ πεπονῆντα. ὑγιὴς est τέλειος. qualis est ὄλβος φυτευθεὶς σὺν θεῷ, adeoque παρα-μονώτερος ἀνθρώποις N. viii. 27. 28. Novissima: μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι, Pindarico more de eo, qui summam fe-licitatem assequutus est. Simile est iis, quæ ad Ol. iii. 75. sq. notata sunt. Ornavit idem hoc P. x. 42. sqq. Isthm. v. 17. sq. cf. P. i. 191. sq. Ductum ex h. l. ap. Isocr. Epp. iii. f. οὐ γάρ σοι λοιπόν ἐστιν, ἢ θεὸν γενέσθαι. [Æschyl. Eumen. 532. ἐξ ὑγιείας φρενῶν ὄλβος, *felicitas ex mente sana*. Opp. ὕβρις. ὄλβος ἀληθὴς, ἀρεταῖς διδαιδαλμένος, Ol. ii. 96. alienus ab ὕβρει. V. nunc Creuzer in *Studien* 1810. i. p. 131. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ϛ'.

ΑΓΗΣΙΑ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ,

ΑΠΗΝΗ.

ARGUMENTUM.

AGESIAS genus ducebat ab Iamo Apollinis filio ex Evadne, Æpyti Arcadis filia, vate nobilissimo, a quo Iamidæ dicti; adeoque et ipse vates et sacrificus ad aram Jovis Olympiæ *, (v. 7 et 118) et idem vir fortis. 1 — 17. Poeta eum laudat Adrasti dicto de Amphiarao; — 36. inde redit ad laudes auctoris stirpis, Iami, et fabulam de ejus natalibus, nutritione et accepta a parente Apolline vaticinandi arte narrat, et Iamidas celebrat. — 128. Maternum genus victor ducebat ex Arcadia, cognatum cum Thebanis, itaque hoc quoque laudat. — 148. Transit inde ad laudes victoris et bona vota sic, ut Æneæ, chori magistro, præcipiat.

* Nam ex ea familia abierant in alias terras nonnulli, ut Spartam ap. Pausan. iii. 15, p. 237. alii Syracusas; qui tamen jus suum Olympiæ sacrificandi retinuisse videntur. Nobilem Iamidarum familiam in Elide aruspicina fuisse, docet quoque Cicero de Div. i. 41. et Pausan. vi. 2. p. 455. qui ad Pindari ἄγαλμα provocat.

Σ. ά. Κ. ιά.

ΧΡΥΣΕΑΣ *ὑποστάσαντες εὐ-*

1. *εὐτυχεῖ* vitiose Ald. et MSS. Pal. B. *εὐτειχεῖ* Bodl. MS. 1. *εὐτυ-*

1-13. Ordo sententiarum obscuratur per paticulas, quarum usus in Pindaro parum severe, ut solet in antiquioribus, est constitutus. Nam δὲ est pro

τειχεῖ προθύρῳ θαλάμου
Κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον,
Πάξομεν. ἀρχομένους δ' ἔργου, πρόσωπον
Χρὴ θέμεν τηλαυγές. εἰ
Δ' εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας,
Βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν
Πίσᾳ, συνοικιστῆρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρα-
κουσᾶν· τίνα κεν φύγοι ὕμνον
Κεῖνος ἀνὴρ ἐπικύρσαις ἀφθόνων
Ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς;

2. χεῖ Bodl. β. γ. Aug. 4. ἀρχομένου omnes edd. et scripti, etiam Aug. Gott. At ἀρχομένους Schmidius reposuit ex Luciani Hippia c. 7. et recte, tanquam elegantius et carminis, inter cetera præclari, dignitati convenientius. Verborum ordinem et interpunctionem Pauw sic facere volebat: Χρυσίας — κίονας ὡς, ὅτι θαητὸν μέγαρον, πάξομεν· ut sit ὡς πάξομεν, ὅτι θ. μ. sic ἀρχομένους δὲ est pro οὕτω καί. nec vidit doctus, ita vim lyricam splendidi exordii infringi, dum illud ad vulgarem verborum ordinem revocat. Immo vero: πάξομεν ὑποστάσαντες κίονας προθύρῳ, ὡς ὅτι μέγαρον (πηγνύομεν) θαητόν. Comparandum erat vel Carminis primi exordium. 5. χρὴ θέσθαι Themist. Or. ix. scilicet memoriter laudans. Jungebat Mingarell. εἰ δ' εἴη μὲν (ὁ) Ὀλυμπιονίκας β. μ. ταμίας. 7. βωμῷ τε μαντείῳ Rom. et Crat. dorice. ita vulgaris verborum structura esset. 8. Πίσᾳ Bodl. β. γ. συνοικιστὴρ bene revocavit ex Aldina Schmid. accedentibus Palatt. tribus. Romana cum ceteris vulgg. et binis Bodlei. συνοικιστὴς, quæ vulgaris forma est. 9. -κοσᾶν et φύγῃ Gott. 10. κεῖνος Rom. ἐπικύρσαις mavult dorismus, monente Pauwio.

καὶ, pro γὰρ, pro οὖν. Ex vulgari ratione erat: *Carminis præstantioris exordium facere par est splendidum, tanquam ædibus magnificis vestibulum columnis ornatum.* Nunc *comparans* et *comparatum* commiscet poetarum more. Pro πάξω προθύρῳ θαλάμου ὑποστάσεως κίονας, dixit: ὑποστάσαντες προθύρῳ κίονας πάξομεν, ὡς ὅτι sc. πάξομεν μέγαρον θαητόν. Mox ἀρχομένους δὲ est pro γάρ. tum *si* δὲ pro, *cum vero.*

8. συνοικιστὴρ, non ipse, sed habuit majores, qui Syracusis condendis adfuere, συνοικίζοντας. Adscripserat Mingarell. οἰκιστῆρας pro ἱππικοῦντας ap. Æschyl. (vii. in Theb. 19).

9. Συρα- κουσᾶν· τίνα κεν φύγοι ὕμνον κεῖνος ἀνὴρ ἐπικύρσας, pro τίνι ὕμνῳ μὴ ἐπικύρσαι ἂν; *quem hymnum ille non consequatur,* οὐχὶ πάντως ἂν ὕμνου ἐπιτύχοι; ἐν ἀοιδαῖς ἀστῶν ἀφθόνων, h. ἀοιδόμενος ὑπ' ἀστῶν, *a civibus invidia vacuis.* Pergit v. 13. *Jam talis hymnus convenit tibi, victor.* ἴσον ἔχων πόδα ἐν τούτῳ σπόλῳ· *ita ut hic calceus tibi conveniat:* non debuit indignum carmine esse ex istius ætatis sensu. Etiam deorum ac dearum σπόλα diligenter memorant poetæ. Addit epitheton *pedi* δαιμόνιον pro ἀνδρὸς δαιμονίου.

A. ά. K. ιά.

Ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδί-
λῳ δαιμόνιον σόδ' ἔχων
Σωστράτου υἱός. ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ
Οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις,
Τίμιαι. πολλοὶ δὲ μέ-
μνανται, καλὸν εἴ τι σοναθῇ.
Ἀγησία, τὶν δ' αἶνος ἕτοιμος, ὃν ἐν
Δίκᾳ ἀπὸ γλώσσας Ἄδραστος μάντιν Οἰ-
κλείδαν ποτ' ἐς Ἀμφιάραον
Φθέγξατ', ἐπεὶ κατὰ γαῖ' αὐτόν τέ νιν
Καὶ φαιδίμας ἵππους ἔμαρψεν.

E. ά. K. ιδ'.

Ἑπτὰ δ' ἔπειτα σωρᾶν νεκρῶν τελε-
σθέντων, Ταλαϊονίδας

15. ἐν ναυσὶ κοίλαις. Monebat Mingarell. "talia epitheta (per se otiosa et mere ornantia) rarius apud Pindarum occurrere, quam apud Homerum." Nec mirum, cum lyrico sit brevitati studendum. 17. μίμνανται MS. Bodl. 18. Mingarellus scribebat Ἀγησία, ut pro Ἡγησίας dictum esset Dorice Ἀγησίας. Erit tamen vel sic adspiratio tollenda. Habemus quoque in Pindaro ἀγησίχορος P. i. 6. Ἀγησίδαμος Ol. x. et Ἀγησίμαχος N. vi. 36. 19. γλώσσας, utalibi, pro vulg. γλώσσης repono. Οἰκλείδαν per diæresin omnes scripti Palatt. et Bodl. etiam ed. Brubach. et Steph. sed adversus metricam legem. 20. Ἀμφιάρεων Palatini, et Bodl. MS. et C. Aug. Gott. a pr. m. et edd. Rom. et Brub. Ionismum recte aliæ deseruerunt. 24. Ad hunc versum in Rom. et Brub. edd. appictum τὸ χ. Haud dubie Grammatici notare voluerunt insolentiam formæ σωρᾶν τελεσθέντων pro τελεσθεισῶν· etsi nec in Atticis, nec inter Dores exempla desint passim a viris doctis

14. *Quod si tu non sine impensa et discrimine* (quandoquidem spe excidere poteras) *victoriam obtinuisti: hoc ipsum nunc facit gloriosam victoriam.* conf. v. 34—36.

18. Ἀγησία, τὶν δ'. Idem color P. viii. 54. sq. et al.—ἀπὸ γλώσσας, ut iterum P. iii. 2. Seqq. ex antiquo poeta. [Adrasti μειλιχόγηρυς γλῶσσα ap. Tyrtæum. At vix ex nostro colligas, eloquentem fuisse: ut putat Boeckh. in Platon. Min. p. 145. *Ex Schedis.*]

23. Simplicissimum est jungere: νικῶν τελεσθέντων ἐκτὰ σωρᾶν, *consumtis cadaveribus septem rogorum*, h. e. quæ distributa erant per septem rogos, ut suum quæque turma haberet rogum.—ἐν Θήβαισι ad τελεσθέντων, in *agro Thebano*, impetrata a Thebanis, Thesei interventu, sepeliendi venia.

Εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος·
Ποθέω στρατιᾶς
Ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον,
Μάντιν τ' ἀγαθὸν,
Καὶ δουρὶ μάρνασθαι. τὸ καὶ
Ἀνδρὶ κώμου δεσπότᾳ
Νῦν πάρστι Συρακοσίῳ.
Οὐ φιλόνεικος ἐὼν,
Οὔτ' ὢν δύσερίς τις ἄγαν,
Καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσας,
Τοῦτό γέ οἱ σαφέως μαρτυρήσω. μελίφθογγοι δ' ἐπιτρέψοντι Μοῖσαι.

Σ. β'. Κ. ια'.

Ὦ Φίντις, ἀλλὰ ζεῦξον ἥ-

notata. Miror sane Panwium contra contendere et pronuntiare, sine dubio rescribendum esse τιλιεθιωῶν. Manifestum est Pindarum, si quidem verba sic junxit, τιλιεθίντων non ad rationem grammaticam, sed ad sensum attemperasse. Nam τυφλοὶ nullorum sunt quam *mortuorum*: ad hos genus retulit. cf. Schol. Nicand. Ther. 329. ubi καταψυχθίντος ἀκάνθης. Similis caussa ejus, quam vocant enallagen, etiam aliis exemplis subest. At nec indigemus ea h. l. v. Not. Ταλαεσίδας Aug. vitiose. 25. Ἐν Θήβαις γε Pal. C. 31. Νῦν πάρστι editum primum a Calliergo. Aldus Πάρεστι Σ. cum Pal. C. et Bodl. aliquot et Gott.; quod mutasse videtur Grammaticus, qui metro metuebat. πάρστι durum pronuntiat Pauw; ipse emendat: Νῦν πὰρ τὶ Σ. h. e. πάρεστι κατά τι. *quodammodo*. Si tamen mutare volebat, erat propius ad manus Νῦν ἔστι, quod sollenne, cujus glossa fuit πάρεστι, in contextum illata. Συρακουσίῳ Aug. et Aldus cum sequent. edd. quod recte correxit Stephanus, ad metri normam, adstipulante Gottling. 32. 33. diverso ordine Ald. οὔτι δύσηρις (vitiose) ἰὼν οὔτ' ἂν φιλόνικος ἄγαν. Ita et Pal. C. et Gott. et οὐ δύσερίς τις ἰὼν οὔτ' ὢν φ. ἄ. Bodl. C. et β. γ. et Aug. a m. sec. Utraque ratio ferri potest. Quod nunc legitur, Calliergus primus excudit, firmatum a binis Palat. nisi quod ἄν habent, alter saltem a manu secunda. οὔτι φιλόνικος Scholiastæ socordia dedit. 36. Ἰστιέρψοντι Bodl. β. γ. 37. Ἀλλ' ὦ φίντις Schol. puto, explicative. Idem φίντις, pro φίλτις, pro φίλτατε ac-

[27. ὀφθαλμ. v. Ol. ii. 16. *Ex Schedis.*]

32. *Etsi alioqui non facile contendo cum repugnantibus, hunc tamen, etiam jurato, laudabo*, eodem encomio impertiam, *Musis suffragantibus.*

37. Ὦ Φίντις. Parat sibi viam ad episodium de Iamo. *At ego sumam mihi*

δὴ μοι σθένος ἡμιόναν,
Ἃ τάχος, ὄφρα κελεύθῳ τ' ἐν καθαρᾷ
Βάσομεν ὄχχον, ἵκωμαί τε πρὸς ἀνδρῶν
Καὶ γένος· κεῖναι γὰρ ἐξ
Ἄλλαν, ὁδὸν ἀγεμονεῦσαι
Ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν Ὀλυμ-
πίᾳ ἐπεὶ δέξαντο. χρὴ τοίνυν πύλας
Ὕμνων ἀναπετάμεν αὐταῖς.
Πρὸς Πιτάναν δὲ παρ' Εὐρώτα πόρον,
Δεῖ σάμερόν γ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ·

Α. β'. Κ. ια'.

Ἄ τοι Ποσειδάωνι μι-
χθεῖσα Κρονίῳ, λέγεται
Παῖδ' ἰοδόστρυχον Εὐάδναν τεκέμεν.

cipit, ut animum suum alloquatur; per se non male. Præstat pro nomine aurigæ habere. Sic quoque Valken. præf. ad Phalar. Epist. p. xxiii. Lennep Etymol. p. 1064. Fuit quoque Φιντίας. v. Opusc. t. ii. p. 250. 39. ἃ τάχος Ald. nec debebat deseri a Calliergo, et reponi ἦ. Etiam Gott. αἳ. Potest autem jungi et cum antec. et cum seqq. 40. βάσομεν Schmidius emendavit, metro postulante; sicque jam ediderat Aldus. vulgo: βάσομεν. a βάω transitive; ut Isthm. i. 55. ὄφρα βάσομεν ἵκωμαί τε, æquiparato futuro et aoristo subjunctivi, ut apud Homerum fit. 42. ἀλλᾶν Pal. C. et Gott. quod et ipsum doricum. ἄλλαν Pal. B. a pr. m. et Bodl. γ. 45. ὕμνων Ald. ἀναπετάμεν Bodl. C. ἀνατετάμεν Aug. a m. sec. cum gl. ἀνατετανύσθω. ἀνοιγνῦναι. 47. δὴ Ald. idem γ' omittit, cum trinis Palat. et Schol. add. Gott. 48. Ποσειδάωνι ed. Rom. cum seqq. quod emendavit Schmidius ex Ald. et Pal. A. B. 50. ἰοδόστρυχον Schmid. metro poscente re-

argumentum carminis ex rebus Iami. Hæc ita effinxit: *Utar hac mularum victoria opportune ad repetendas laudes stirpis Agesiæ: deducant me eæ mulæ eadem via, qua Olympiam properarunt illæ, ut cursu certarent; nam eadem via Pitanam, quæ vicina urbs est ad Eurotam, pervenitur, in qua Iamus, stirpis auctor, natus est.* Hic est fundus lusus ingeniosi, lusus tamen; si recte judico. Similis locus est Pyth. iv. pr. Interposita sunt v. 44. 45. χρὴ τοίνυν πύλας ὕμνων ἀναπετάμεν αὐταῖς *propter id ipsum* (quod στεφάνους ἐν Ὀλυμπίᾳ δέξαντο) *laudis aditus debetur ipsis in carmine.* Πρὸς Πιτάναν δὲ, lyrice: *Carminis argumentum nunc esto Pitana,* (Eurotæ f. quæ e Neptuno Evadnen concepit, Iami matrem). [51. Pitana filiam Evadnen dedit Æpyto educandam. 57. Evadne ab Apolline compressa Iamum peperit. *Ex Schedis.*]

Κρύψε δὲ παρθενίαν ὠδῖνα κόλπαις.
Κυρίῳ δ' ἐν μηνὶ πέμ-
ποισ' ἀμφιπόλους, ἐκέλευσεν
Ἥρωϊ ποροσαίνειν δόμεν Εἰλατίδᾳ
Βρέφος γ', ὃς ἀνδρῶν Ἀρκάδων ἄνασσε Φαι-
σάνᾳ, λάχε τ' Ἀλφεὸν οἰκεῖν.
Ἔνθα τραφεῖσ', ὑπ' Ἀπόλλωνι γλυκεί-
ας πρῶτον ἔψαυσ' Ἀφροδίτας.

Ε. β'. Κ. ιδ'.

Οὐδ' ἔλαθ' Αἴπυτον ἐν παντὶ χρόνῳ
Κλέπτοισα θεοῖο γόνον.
Ἀλλ' ὁ μὲν Πυθῶνά δ', ἐν θυμῷ πιέσας
Χόλον αὐ φαετὸν ὀ-
ξεῖα μελέτᾳ, ᾗχετ' ἰὼν
Μαντευσόμενος;
Ταύτας περ ἀτλάτου πάθας.
Ἃ δὲ φοινικόχροκον
Ζώναν καταθηκαμένα,
Κάλπιδά τ' ἀργυρέαν,

cepit ex Brub. ed. cui præivit Rom. Gott. et Aldus: *ἐπλάκαμον* ex glossa, quam Cratander et reliqui retinuere. 51. *κρύψε δὲ* reposuit idem Schmidius ex Palat. B. C. add. Aug. Vulgg. *κρύψαι δὲ π.* Aug. vel. *παρθενίᾳ*. habet hoc e Schol. rec. in quibus grammaticus: *ἰμοὶ δὲ δοκεῖ, κάλλιον "παρθενίᾳ" γράφειν*, pro *ἐν τῇ παρθενίᾳ, ἐν τῇ δοκεῖν παρθένος ἔτι εἶναι.* quam jejune. Idem præstare hoc ipso ait, si *παρθενίᾳ* legeris (pro *ἡ παρθένος*): hoc enim et magis perspicuum esse, et magis sic sibi constare syntaxin. Non igitur sensit, quanto magis lyricum sit *παρθενίαν ὠδῖνα* pro *ὠδῖνα τὴν παρθένου*. 52. *κυρίῳ* recte defendit Schmidius adversus audaciam nonnullorum, qui refingebant *καιρίῳ*. 55. *γ'* omissum in Ald. tribus Pal. binis Bodl. et Gott. 56. *ἔλαχέν τ'* Gott. 61. *Πυθῶν' ἐν* Gott. 65. *πίε'* erat: quod volunt esse pro *περὶ*—non placet Pauwio, et reponit ille *περὶ*, ut tribrachys sit pro jambo. Sed præstat scribere *ταύτας περ, quidem*, et subintelligere *ἔπεμπε*. *ἀτλάτου* Bodl. β. γ. 66. *ἃ δὲ* Bodl. γ.

60. Jungenda sunt *οὐκ ἔλαθεν Αἴπυτον κλέπτουσα, κρύπτουσα*, h. e. *ἔχουσα*, *gestans fetum utero*, *ἐγκυμονοῦσα ἐκ θεοῦ*. Respondent sibi *ὁ μὲν* 61. et *ἃ δὲ* 66.

Λόχμας ὑπὸ κυανέας
Τίκτε θεόφρονα κοῦρον.
Τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας παῦμη-
τίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοίρας.

Σ. γ'. Κ. ια'.

Ἦλθεν δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠ-
δῖνός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος
Ἐς φάος αὐτίκα. τὸν μὲν κνιζομένα
Λεῖπε χαμαί· δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν
Δαιμόνων βουλαῖσιν ἐ-
θρέψαντο δράκοντες, ἀμεμφεῖ
Ἰῷ μελισσᾶν, καδόμενοι. βασιλεὺς
Δ' ἐπεὶ πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ' ἐκ
Πυθῶνος, ἅπαντας ἐν οἴκῳ
Εἵρετο παῖδα, τὸν Εὐάδνα τέκοι·
Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν

71. τῇ μὲν Bodl. β. γ. 71. πραύμητίν 72. σ' Εἰλείθυιαν, παρίστ. Ald. cum Palat. C. et Gott. vitiose et ex glossa. Emendatum in Rom. τι ante μοίρας abest ab Aug. 73. ἦλθε ante Schmidium, qui metro jubente prætulit ex Pal. A. B. ἦλθεν δ'. et sic Pauw scribere jubet. Idem emendat ἀπὸ σπλάγχνων. v. Not. 74. ἐρατᾶς. v. Not. an Σ' ἱερᾶς fuit? ἐρατόν γ' Matthiæ, ut ref. ad φάος. 79. καδόμενα ex Ald. Eam male deseruit Rom. cum seqq. edd. quæ habent καδόμενας. 83. γιγάκειν. Ergo γιγήκω et γιγάκω ex γίγηκα. Fuit, censeo, γιγάκειν Dorice.

73—76. Non satisfacio mihi in seqq. Non placet in lyrico repetitum ὑπὸ et ὑπ', nec tamen ἀπὸ accommodatum satis. Forte glossemati cessit ἄρα, et fuit: ἦλθεν δ' ἄρα σπλάγχνων ὑπ' ὠδῖνός τ'. Nam ὑπὸ σπλάγχνων tenendum est; etiam inf. Nem. i. 58. de Hercule: ἐπεὶ σπλάγχνων ὑπὸ μανίρες κύτινα θυητὰν ἐς αἴγλαν — ὠδῖνα φεύγων — μόλεν. videtur ὑπὸ esse pro ὑπίκ. Porro ὠδῖνες ἐρατᾶς! quale hoc epitheton! Esset potius ἐρατὰς Ἴαμες. An dicendum est, ὠδῖνα h. l. esse pro *utero, ventre*, dictum, ut P. iv. 175. γαστὴς πολιὰ est? Aut ὠδῖνα ἐρατὰν dixit ab effectu? γλυκεῖαν? *partum jucundum?* Forte interpungas: ἦλθεν—ἐς φάος. αὐτίκα τὸν μὲν κνιζομένα λεῖπε χαμαί. erit λυπουμένη, *dolens*; expectabam puerum κνυζόμενον, *vagientem*. αὐτίκα video bene etiam superioribus adhærere; deabus adstantibus 71. 72. *facilem* partum expectes.

A. γ'. K. ιά.

Πατρός· πέρι θνατῶν δ' ἔσε-
σθαι μάντιν ἐπιχθονίοις
Ἔξοχον. οὐδέ ποτ' ἐκλείψειν γενεάν.
Ὡς ἄρα μάνυε. τοὶ δ' οὔτ' ὢν ἀκοῦσαι,
Οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο, πεμ-
πταῖον γεγενημένον. ἀλλ' ἐγ-
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατίᾳ τ' ἐν ἀπει-
ράτῳ, ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις
Ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν
Σῶμα· τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖ-
σθαί μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ

E. γ'. K. ιδ'.

Τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον. Τερπνᾶς δ' ἐπεὶ
Χρυσοστεφάνοιο λάβεν
Καρπὸν ἦβας, Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς,
Ἐκάλεσσε Ποσει-

86. ἐκλείψειν 87. γενεὰν Bodl. C. 90. ἐγκέκρυπτο Pal. C. et Gott. metro reclamante. [Boeckh. Comment. p. x. ἐν σχίνῳ. et jungit cum σχοίνῳ. *Ex Schedis.*] Porro βατίᾳ τ' ἐν ἀπειράτῳ ediderat Aldus. Sic et Gott. Sed est ἀπείρατος, ἀπέρατος, vox in tragicis obvia, et ἀπείρατος, a πεῖρας vel πεῖρας. Pro syllaba ρα brevis requiritur. Leg. ἀπει-ρίτῳ, ut ap. Homer. πόντος ἀπείριτος. Heinrichs Obss. p. 9. conj. ἀπηράτῳ. Alterum βατίᾳ agnoscit Eustath. p. 351. extr. 92. ἀκτῖσι. Pauw emendat ἄκραισι. Hoc est: χαλκῷ ἀντὶ χρυσῶν. Pindaricam audaciam non agnoscere modo, sed et mirari amplectique debebat in *roris guttis sole adverso rubescentibus et splendentibus.* hac imagine adjuncta δρόσους, quibus humectatur puellus, βρέχεται, præclare ἀκτῖνας dixit ξανθὰς καὶ παμπορφύρους. 96. Primo Lyricus λάχειν, non λάβειν, solet dicere. Tum ἦβας habet duplex epitheton, καρπὸν nullum. An fuit στερπνὸν δ' ἰ. ? ὄνυμ' Pal. B. 97. Ἀλφιῷ μίσσῳ καταβὰς pro εἰς Ἀλφειὸν, *in medium Alpheum ingressus.* ut alias ii, qui Neptuno preces faciunt, ex littore in maris vada procedunt. cf. Ol. i. 114. sq. Scholiastes tamen dubitationem de lectione hujus loci facit: ἐπιδὴ-τότε δὴ, inquit, παραγινόμενος εἰς Ἐπίδαυρον ηὔξατο· ἐν μέσῳ γὰρ Ἤλιδος καὶ Ἀρκαδίας ἡ Ἐπίδαυρος etc. In hæc quomodo ille inciderit, si nostram lectionem habuit, equidem non assequor.

δᾶν' εὐρυβίαν ὃν πρόγονον,
Καὶ τοξοφόρον
Δάλου θεοδμάτας σκοπὸν,
Αἰτέων λαοτρόφον
Τιμάν τιν' ἐᾷ κεφαλᾷ,
Νυκτὸς ὑπαίθριος. ἀν-
τεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
Πατρία ὅσσα, μετάλλα-
σέν τέ μιν· Ὄρσο, τέκνον, δεῦρο πάγ-
κοινον ἐς χώραν ἵμεν, φάμας ὅπισθεν.

Σ. δ. Κ. ιά.

Ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέ-
τραν ἀλίβατον Κρονίου·
Ἔνθα οἱ ὤπασε θησαυρὸν δίδυμον

99. Ποτιδᾶν' Ald. et Pal. C. Dorice, pro quo vulgatum obtinebat Ποσιδῶν'. 101. Θεοδμήτας Rom. et hinc aliæ. Dorismum ex Aldina revocavit Schmidius. σκοπὸν Bodl. C. 102. λαοτρόφον Ald. active, qui alit, fovet, ditat, cives suos. Magis decorum regibus, quam quod aluntur ipsi. At Romana et reliquæ, etiam Schmidius λαότροφον, ut passive exponatur. In Schol. utrumque occurrit. Equidem prius præferam. 104. νυκτὸς ὑπ' αἴθριος Ald. 106. Cum μεταλλᾶν sit *exquirere, investigare*, Pauw opinatur scribendum esse: "μετὰ πλάσιν τί μιν, ut sit μετά μιν πλάσιν, *ad eum accessit*: πελάω, πλάω, πλάζω." Saltem hoc exposuissem: *arcessivit eum ad se*: est tamen vel sic multo durius id, quam quod vulgatum est: μεταλλάσειν τί μιν. Quid autem intercedere: dicemus, quo minus μεταλλᾶν simpliciter poetæ sit *compellare?* cf. quoque ad P. i. 101. [μεταλλάσαντί ἰν Hermann. ad Orph. p. 788. *Ex Schedis.*] 108. χῶρον Pal. C. et Ald. cum Schol. rec. 110. ἀλίβατον Rom. Brub. Steph. prima: et sic Bodl. β. γ. at Crat. et Steph. altera cum reliquis, etiam Schmidiana, ἁλίβατον. Eadem scripturæ varietas, quæ in ἁλίβατος et ἁλίβατος: quæ etiam in Scholiis ad h. l. occurrit. cf. Hesych. sub h. v. Æolicum est adspirationem tolli.

107. *Age, fili, sequere me, qua parte vox mea præcedit, huc Olympiam, in qua erunt aliquando magni hominum conventus:* ita interpretamur χώραν πάγκοινον, ut ad πανήγυρις referatur; possis quoque laudare v. 116. Nescio tamen an præstet: *in locum, quo nos conveniamus.* Χώρα πάγκοινος simpl. ἡ κοινή. *in locum communem convenire* etiam latine dixeris. Inde processerunt uterque ad collem Cronium, Olympiæ imminentem, ibique Apollo Iamum arte vaticinandi impertivit, tum quidem arte augurali, mox etiam extispicina, τῇ διὰ θυμάτων μαντείᾳ, quæ tamen latius etiam ad flammam, victimas et alia spectasse videtur. —φωνὰν 112. nude positam de *cantu avium* accipere, video quidem, quam præceps sit; nec tamen res et verba aliud suppeditant.

Μαντοσύνας· τόκα μὲν, φωνὰν ἀκούεν
Ψευδέων ἄγνωστον· εὖ-
τ' ἄν δὲ Θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊδᾶν,
Πατρός θ' ἑορτάν τε κτίσῃ πλειστόμβροτον,
Τεθμόν τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τότ' αὖ
Χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

Α. δ'. Κ. ια'.

Ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ' Ἑλ-
λανας γένος Ἰαμιδᾶν.
Ὄλβος ἅμ' ἔσπετο. Τιμῶντες δ' ἀρετὰς,

112. *ἀκούειν* esse debuit pro vulg. *ἀκούων*. 114. δὲ post ὧν' ἄν excidit in Rom. et hinc in aliis. At Ald. exhibuerat cum trinis Palat. 115. Θάλλος Bodlei. γ. Ἀλκιδᾶν Pal. B. et Bodl. MS. perperam. 116. πατρί θ' Ald. Pal. C. et Gott. Tum duplex copula offendit Pauwium, qui alteram in γε mutandam censet. Non repugnabo; sed commode jungi possunt: ἑορτάν τε—τεθμόν τε. Tandem πλειστόβροτον Palat. A. et Schol. 118. ἀκροτάτῳ manifeste est emendandum, ut in Rom. Crat. Brub. diserte expressum. Emendaverat quoque sic Gesnerus in scholiis suis, et hinc Klotz. ad Tyrt. p. 44. τόν' αὖτοι Ald. τόν' αὐτῷ Pal. C. Gott.; duo hæc vocabula Pal. B. plane omittit. Mirum vero τόντι hic scribi, cum paullo ante v. 112. scriptum esset τόκα. τόθ' pro τόθι conj. Goes. ad Æschyli Agam. p. 62. 121. Haud dubie distinguendum post Ἰαμιδᾶν, ut fecimus. Sic jam expressum est in Rom. edit. Sic quoque Pal. C. 122. Ὄλβος δ' ἅμ' idem Pal. C. Gott. et Aldina, quæ cum illo codice idem exemplum constanter sequitur.

118. Ut antea interpungebatur: *ἀέθλων, Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ· ἐπὶ β.* erat *juxta*. Sane ara Jovis erat in Alti, in qua habebantur agones. Vix tamen dubito interpungendum esse: *Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τόν'* (vel potius *τόκ'*) *αὖ χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν*. Nam *τὸ μαντεῖον, τὸ διὰ θυμάτων*, fuit in *ara Jovis*: ut sup. 7. vidimus: cum hic ex Iamidis Agesias sit *βωμῷ μαντεῖ παμίας Διὸς ἐν Πίσᾳ*. Intelligenda autem est *ara maxima Jovis Olympii* ante Pelopium: ut sup. Ol. i. 148. vidimus. Ea ab Hercule dicebatur facta; ut idem Altin et lucum instituerat: sup. Ol. iii. et *inf.* Ol. x. 51. sq. eratque e cinere victimarum exstructa, saltem aucta. v. Pausan. v. 13. Videntur sacra in hac ara fecisse et Iamidas consuluisse de victoria certaturi: ut colligas ex Ol. viii. pr.

122. Τιμῶντες δ' ἀρετὰς—puta per sententiam universe dici, quæ de Iamidis erant memoranda.

Ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. τεκμαίρει
Χρῆμ' ἕκαστον. Μῶμος ἐκ
Δ' ἄλλων κρέμαται φθονεόντων
Τοῖς, οἷς ποτε πρώτοις περὶ δωδέκατον
Δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτι-
στάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.
Εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος,
Ἀγησία, μάτρωες ἄνδρες

E. δ'. K. ιδ'.

Ναιετάοντες, ἐδώρησαν θεῶν
Κάρυκα λιταῖς θυσίαις
Πολλὰ δὴ πολλαῖσιν Ἑρμᾶν εὐσεβέως,
Ὅς ἀγῶνας ἔχει
Μοῖράν τ' ἀέθλων, Ἀρκαδίαν
Τ' εὐάνορα τι-
μᾷ· κεῖνος, ὦ παῖ Σωστράτου,
Σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ,
Κραίνει σέθεν εὐτυχίαν.

124. Μῶμος δ' ἐξ ἄλλων Schol. Bodl. α. et Aug. 126. πρώτοις Ald. quod recte præfert Pauw. vulgato πρῶτον. ἐπὶ δωδ. Rom. 127. γ' post δρόμον debetur ed. Romanæ. Aldinæ, codd. Palat. et Aug. excidit. 128. ποτιστάξει Pal. C. Gott. Ald. et hinc Brub. in marg. εὐκλεᾶ Gott. μορφὴν Bodl. γ. 129. Κυλλάνας MS. Bodl. ὄρος Ald. Aug. ὄρους Palat. omnes, duo Bodl. Gott. perperam. 131. δώρησαν Schol. et Gott. 132. Turbat Pauw, dum λιταῖς non, ut P. iv. 385., pro λιταμενικαῖς dictum esse, quod primam corripit, sed a λιτὸς, *exiguus, tenuis*, prima longa, dictum esse contendit, ipso metro repugnante, quod brevem postulat. Meliora v. in Notis. 139. κρίνει MS. Bodl.

129. Nova sententia. Debet Agesias victoriam Mercurio a majoribus coli solito. Similis color Ol. iii. 67. sqq.

132. λιταῖς dictum pro λιταμενικαῖς; nam prima brevis esse debet; est enim versus prosodiacus. Non a λιτὸς, *tenuis, exiguus*, quod habet primam longam, ut e Callimacho constat; a λῖς, communi origine cum λιῖες et λισσός; at λίσσομαι, λίττομαι, λιτὸς, adeoque λιταὶ, scil. εὐχαί. Hinc et λιταὶ ἱκανοῖαι Pyth. iv. 385.

Δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ
Γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς,
Ἅ μ' ἐθέλοντα προσέλκει
Καλλιρόοισι ποναῖς. ματρομά-
τωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς, εὐανθὴς Μετώπα,

140. τὶν (*σοὶ*) pro *τιν'* legisse putabant Oxonienses Schol. recent. et idem exhibet Steph. nisi operarum vitium est. Nec video, quam opportuna inde sententia exeat. 141. *ἀκοᾶς* emendat Pauw. quod ipsi condonabimus. Multa periclitantur Intpp. Sed v. Not. 142. *προσίστει* Ald. cum omnibus Palat. et tribus Bodl. et Gott. Sic quoque Schol. vetus, qui accipit: *δόκησις ἥτις θέλοντί μοι καὶ βουλομένῳ προσπίπτει ὑπὸ ταῖς τῶν αὐλῶν ποναῖς*, ut fere Schol. 144. *Στυφα-*

140—3. Non sine lyrico tumore dicta hæc tropis confusis. Vult dicere: *esse adhuc aliud quid, quod se ad ortum materni generis victoris ex Arcadia commemorandum impulerit*; esse enim Thebanis communem originem maternam ex Arcadia; quandoquidem Thebe, a qua urbs nomen duxit, fuit filia Asopi, qui Bœotiæ fluvius est, ex Metope Ladonis filia; atqui Ladon Arcadiæ fluvius est. conf. inf. Nem. iv. 36. et ibi Schol. Isthm. viii. 34. sq. Hinc et vindicarunt sibi fabulas Arcadum Bœoti, ut de Atlante. v. Paus. ix. 20. p. 749. Jam volebat dicere: *est quod impellat me, δοκεῖ μοι εἶναι ἀκόνη ἐπὶ γλώσσῃ, videor mihi habere in lingua cotem*, ac si in cote acuatur lingua ad sonos edendos acutos, suaves: *ea cos* (invitamentum) *impellit me jam alias proclivem ῥοπῆς, πρὸς ῥοάς, ad suaves sonos*, ad canendum. Ut in tropum cotis incideret, facit hoc, quod Græci dicunt *γλῶσσαν ὀξεῖαν*, et *ὀξύνεσθαι γλῶσσαν, στόμα*. Si *acuitur lingua* vulgari sermone: affinxit *cotem* ut poeta, *qua acuitur lingua ad eloquendum*, ut ferrum ad secandum. Etiam in pedestri diceres: *mentione Arcadicæ originis facta παροξύνομαι πρὸς τὸ λέγειν*. Simili tumore seu audacia, quam et Galenus reprehendebat, (locus est in fragm. Pind. p. 88. xcvii.) dixit Pindarus Pyth. i. 166. impedita sententia: (*esto verax, ἀλήθευε,*) *ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν*. Hic *χαλκεύειν* dixit pro *ὀξύνειν*, novo tropo, forte etiam duriore: *procudere, acuere linguam, orationem, ad dicendum verum, non simulate.* Proprie dicta, verba sunt *ἀψευδῆ*, hinc lingua *ἀψευδὴς*, et cum traxit ad *ἄκμονα*, ut esset *ἀψευδὴς*, quo procuduntur vera, *ἀψευδῆ, ἀληθῆ*. Simile est illud Antimachi in Analect. Brunck. t. ii. p. 115. versus *χαλκευτὸς ἐπ' ἄκμονι Πηλείδου, versus procusus*; et Horat. *versus male tornatos* (simpl. pro cusos) *incudi reddere*, ut ferrum iterum conflatum refingitur. Simplicius dixit Ol. xiii. 14. *ἔχω καλά τι φράσαι, τόλμα τί μοι ἰσθμία γλῶσσαν ὀρούει λίγειαν*. (ubi *ὀρούειν* fere quod h. l. *προσίλκειν*, alias *ἰγυιᾶσαι*, ut Ol. ix. 72. Nem. i. 16. x. 39.) *τόλμα καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις ἔστοιτο* id. Ol. ix. 122. Proprie est vox *ὀξεῖα*. Et *ὀξύνεται ἡ φωνὴ πρὸς τὸ λέγειν*. Inservit cos ad acuendum. Videtur nunc sibi habere cotem in lingua, quæ *acuat vocem*, itaque illa est *λιγυρὰ*, *canora cos*. Jam lingua seu vox proclivis est ad eloquendum vel canendum, adeoque ea lacessit poetam *ad eloquenda* ea, quæ adhuc animo habet: *προσίλκει πρὸς ποναῖς*. Est adeo *δόξαν ἔχω ἀκόνας*, pro *ἀκόνη δοκεῖ μοι εἶναι ἐπὶ τῇ γλώσσῃ*. *Est aliquid, quod me impellat, ut aliud quid adjiciam. Non possum quin hoc addam.*

Σ. ε'. K. ια'.

Πλάξιππον ἀ Θήβαν ἔτι-
κτεν, τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ
Πίομαι, ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκων
Ποικίλον ὕμνον. Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους,
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-
ραν Παρθενίαν κελαδῆσαι·
Γνῶναί τ' ἔπειτ', ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν

λὴς Pal. A. perperam, et ἰλαυθὶς Bodl. C. 147. ἀνδράσι idem. αἰχματαῖσι Gott. ut Nem. v. 18. et al. vulgo per π editum αἰχμπταῖσι. 151. γνῶναί δ' ἔ. malit Pauw. Respicit locum Plutarchus t. ii. Opp. p. 995. E. 152. ἀλαθέ-σιν primum dedit Steph. scilicet Ed. Steph. altera usque ad quintam 1612. At Ed. 1620. iterum ἀλαθέσι cum Ald. et ceteris, quod et in Aug. Tædet minutiarum: sed his ipsis assequutus sum hoc, ut mihi constaret, quoties Schmidius de *ed. Steph.* loquitur, ei non primam, sed *secundam*; quæ seu socordis seu auda-

datam exhibet lectionem, quæ et in Schol. recent. occurrit. [Comparat Huschke Anal. crit. p. 33. Horat. i. 4. 5. minus commode. *Ex Schedis.*] 94. *ἀρχαῖσι* sphalma primum in Morell. inde in Steph. illatum. [In textu Heynius correxit *καὶ νῦν.*] 95. Primum in interpretatione difficultas inest; de qua vid. Notam. Tum adversus metrum pugnat versus in voc. *χάριν* sequente *νίκας*. Pauw emendat Χάρι, ut Gratiam alloquatur: *Ἐπωνυμίαν, Χάρι, νίκας ἀγερώχου Κελαδησόμεθα*, id est *νίκην ἐπώνυμον*. Non satis placet, et a Codd. auxilium expectandum censeo: videtur enim vox excidisse, et in ejus sedem glossa venisse, quæ ad *νίκας* adscripta erat. Suspicabar *σῦχος* illud fuisse. Nam τὸ σῦχος pro *νίκη*, a nostro frequentatur. Beckius pro *χάριν* in ipso contextu *ἄγε* edidit. [In Sch. fere accipitur pro *εἰς χάριν*. *Ex Schedis.*] 96. Turbant plures casus quarti sine copula positi. Exputare licet plures modos jungendi et refingendi. Verum nullus adhuc obtigit, qui satisfaceret. Modum, quem equidem sequar, vide in Nota. [In textu Heynius comma, quod nunc post *βίλος* positum est, transposuit post *Διὸς*, delevitque proxime sequens *γ'*.] Pauw *βροντᾶν καὶ π. βίλος* emendat: eoque ducit Ald. *βροντᾶν*. [97. *ἐν ἅπαντι κράτει*. h. e. *σὺν μεγίστῳ κράτει*, cum summa potentia, *κρατιστῶς*. *Ex Schedis.*] 98. *ἀραρότα* Romana, Aldinam male deserens, et hinc reliquæ vulgg. [99. *χλιδῶσα* pro *γλυκεῖα*. *Ex Schedis.*]

90, 91. Nam plenilunio habiti ludi Olympici. conf. sup. iii. 35.

94-98. Hæc equidem sic expediebam: Jovis laudes in hymno in victorem Olympicum primum locum occupant: igitur *ἀρχαῖς πρoτέραις* (*πρoτέρᾳ ἀρχῇ*) *ἑπόμενοι*, *ei, quod in primis sollennibus factum*, [*instituto in ipsis initiis. Ex Schedis.*] *obsequendo, etiamnum in victoria Olympica celebranda Jovem memorabimus* [*canam hymnum Olympicum, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τὸν Ὀλυμπιακόν. Ex Schedis.*]: pro Jove dixit, *κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βίλος, ὀρσικτύπου Διὸς γ'* (præstat *τ'*) *ἐν ἅπαντι κράτει αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα* (sc. *τῇ χειρὶ αὐτοῦ*) [l. simpl. *αὐτῷ κατέχοντα, ἐν ἴσχει. Ex Schedis.*] *fulmen ardens, quod manu ille tenet, facit summa cum vi*, ἐν pro *σὺν*, *ipse summus rex*, *κράτος ἔχων ἅπαν, μέγιστον*. Jam adjunge ad hæc ea, quæ præmisit, per appositum: *canemus hæc, hymnum*, h. e. argumentum hymni, *in victorem, Olympicum*: *ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου*, vel *κατὰ, εἰς, χάριν*, vel, quod præferam, per appositionem: *βροντὰν—χάριν*. Proprie *νίκη* erat *ἐπωνυμία*, victoria *Olympica* dicta, sed doctius transtulit ad *χάριν*, *decus, hymnum*. *ἐπώνυμος* æque dici atque *ἐπώνυμος*, dubitare non debebam, v. Pyth. i. 58. Ut cum uno e Schol. pro *clarum, celebre*, accipiamus,

100 Ἀντιάξει μελέων,

Σ. έ. Κ. ή.

Τὰ ϖαρ' εὐκλεΐ Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν.
Ἀλλ' ὥστε ϖαῖς ἐξ ἀλόχου ϖατρὶ
Ποθεινὸς ἥκοντι νεόταται
Τὸ ϖάλιν ἥδη, μάλα δέ τοι θερ-
105 μαίνει φιλόταται νόον·
Ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λα-
χὼν ϖοιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον,
Θνάσκοντι στυγερώτατος·

Α. έ. Κ. ή.

Καὶ ὅταν, καλὰ ἕρξαις, ἀοιδᾶς ἄτερ,
110 Ἀγησίδαμ', εἰς Ἀΐδα σταθμὸν
Ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ ϖνεύσαις·
Ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν.
Τὶν δ' ἀδυεπής τε λύρα
Γλυκύς τ' αὐλὸς ἀνα-
115 πάσσει χάριν. ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος

101. αὐκλείι Ald. [χρόνῳ μὲν—junge: ἀλλὰ ϖαθ., ἔστι ϖαθ. ἐστι ϖαῖς. *Ex Schedis.* In textu post φάνεν comma positum.] 103. Pauw emendat: ϖαῖς ἐξ—ἥκων, τι νέοτατι τὸ ϖάλιν ἥδη. Satis scabre. Sed vulgata sic accipienda: ϖατρὶ—ἥκοντι ἥδη τὸ ϖάλιν νέοτατι, pro vulgari: ἥκοντι εἰς τοῦμϖαλιν τῇ νέοτητι, h. *in id ætatis, quod juventuti ex adverso est*, h. ad provectam ætatem: sic Ol. xii. 15. ἴμϖαλιν τῆς τέρψιος h. ἀηδῶς. 105. φ. νίαν Pal. C. scholio apposito νέον. perperam. 108. Θνάσκοντι. primo pede spondeo, ut in Glyconio. vide v. 58. Explananda autem erat sententia ex græcismo, ut dictum sit pro: στυγερώτατόν ἐστι Θνάσκοντι, τὸν ϖλοῦτον λαχεῖν ϖοιμένα ἀλλότριον ἑκατόν. *alienum herum.* 114. 115. ἀμ-ϖλάσσει Ald. et Pal. C. *affingit.* Sed alterum usu elegantium hominum tritum, ut ἐκϖλάσσειν, *gratiam affundere.* 115. τέρφοντι pro ἔχοντι Ald. sed invito metro. ἔχειν h. l. est ϖαρέχειν, quod et aliis in locis apud Pindarum occurrere memini: καὶ ϖαρέχουσί σοι κλέος Π.

non satis caussæ esse videtur; secus quam Musgravio tom. iii. Eurip. in Suppl. p. 338. ad Or. 1013. videbatur. Mox 99. 100. μελϖὰ μιλίαν jungenda: *quæ carmina serius quidem in lucem prodeunt*: debebat sequi: ἀλλὰ ϖοθεινά γε, ὡς.

[100. ἀντιάξει· ἀϖαντήσει, scil. τῇ ἀκοῇ. *Ex Schedis.*]

Κόραι Πιερίδες Διός.

Ε. ε'. Κ. Ϛ'.

Ἐγὼ δὲ, συνεφαπτόμενος σπουδᾷ,
Κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον, μέλιτι
Δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων, παῖδ' ἐ-
ρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα· τὸν εἶδον
Κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον,
Κεῖνον κατὰ χρόνον γ' ἰδέᾳ τε καλὸν
Ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅ ποτ' ἀν-
αιδέα Γανυμήδει τὸν πότμον ἄ-
λαλκε, σὺν Κυπρογενεῖ.

119. Δ' abest Ald. 120. Versus laborat. Schmidius conjiciebat ἀριστῶν, et Oxonienses refinxerunt: ἑρατὸν δ'. tamen vel sic, incommoda vocula inserta, metrum claudicat. Pauw voce trajecta legit:—παῖδα Ἀρχεστράτου ἑρατὸν αἴνησα. Succurri potest leniore ope:—καταβρέχων Ἀρχι—στράτου (vel τω) ἑρατὸν τίκτες αἴνησα. Adscriptum erat inter lineas παῖς, quod insertum turbas fecit. 121. χειρὸς vulgg. Emendavit Schmidius ad metri legem ex Ald. et Pal. C. Contra huic deerat γ' versu seq. 123. κεκραμμένον Rom. Sed producitur a illud natura. v. inf. Pyth. x. 65. a κρέω, ex κιρέω. 124. Erat ἅ τ' ἀναι-δία Γανυμήδει. Ut ultima in ἀναιδία producta sit, Pauw monet, scribendum esse ἀναιδεῖ pro ἀναιδείᾳ ab ἀναιδὴς, quod vix est grammatice probum. Melius Aldus: ἅ ποτ' ἀ-ναιδία Γ. ut ια contracte legatur. Pro σὺν πότμον Ald. Rom. et omnes edd. ante Schmidium θάνατον, quod is nec monito lectore mutavit ex Palatt., ut credere licet: recte tamen, alterum enim scholion est, *protervam mortem*. [Boeckh. Comment. p. xiii. ἅ ποτε Ἀναιδία Γανυμήδει πότμον ἄλαλκε σὺν Κυπρογενεῖ. uno versu. *Ex Schedis.*]

117. In sqq. verba hunc in modum jungenda arbitror: ἐγὼ δὲ συνεφαπτόμενος, *prosequens te, victorem*, ἀμφέπεσον (σὺν) σπουδᾷ κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν, *studiose eodem carmine celebro Locros*, (dictum ut περιβάλλειν τινὰ, amplecti, ἀμφαγαπάζεσθαι, *fovere, colere.*) μέλιτι δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων παῖδ' ἑρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα.—v. 122. post χρόνον γ' comma delevi. κεκραμένον ὥρᾳ, ut alias μιχθέντα, pro ἀρᾶσιν. Alias ὥρα μίγνυταί τινι. P. x. 65. σὺν γῆρας κίχρατο γυίῳ, h. e. εὖ πάσχοντι. At et πλοῦτος κεκραμένος ἀρετᾷ Pyth. v. 2. 3. qui Ol. ii. 96. πλοῦτος ἀρεταῖς διδαιδαλμένος. Suavissimum est, quod v. 123-5. de Ganymede ob pulcritudinem immortali facto subjicitur: *Juventa cum Venere infestam mortem ab eo propulsavit.*

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ια'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΑΓΗΣΙΔΑΜΩ.

ARGUMENTUM.

Victoriæ sibi postulant carmina, quibus earum memoria ad posteritatem propagetur—7. inprimis victoria Olympica, ceteris insignior: quare Pindarus Olympicorum victorum se laudes lubenter canere profitetur—10. Hoc nunc se præstare Agesidamo, Locrorum Epizephyriorum laudibus adjunctis—15. quippe qui, e Locride Græciæ in Italiam profecti, antiquos mores retinuerint, et laudum studia, carminumque amorem cum virtute adhuc servent.

Σ. ά. Κ. ς'.

ΕΣΤΙΝ ἀνθρώποις ἀνέμων ὁτὲ πλείστα
Χρῆσις· ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων

Ἀγησιδάμῳ omittit Bodl. MS. Præstabat simpliciter inscribere; Ἀγησιδάμῳ πύξῃ. Apponitur in vulgg. τέκει, quod haud dubie debetur Grammaticis, petitum ex sup. Oda v. 12. quem versum male interpretes ad hanc alteram Oden referunt, ut hujus novi carminis accessio illo priore promittatur a poeta; cum ibi sententia

1-6. Sententiam et alibi repetit: *certaminum labores et factorum laudes desiderare hymnorum præmia*: v. c. Nem. iii. 10. διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλα μὲν ἄλλων· ἀισθλοτικία δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν φιλεῖ. Tum forma sollennis est; ἐστὶν—ἐστὶν—εἰ δὲ, *non magis quam, similiter ut*. Respondent autem sibi illa: *homines modo sereno cœlo, modo pluvio indigent*, adeoque hoc votis expetunt. Faciunt autem hoc

Ὀμβρίων, παίδων Νεφέλας.
Εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσει, μελιγάρυες ὕμνοι
Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται
Καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.

Α. α'. Κ. ς'.

Ἀφθόνατος δ' αἶνος Ὀλυμπιονίκαις

absolute efferatur. Potest carmen ad aliam victoriam, potest quoque ad unam eandemque spectare; potuit illud cum superiore carmine mitti, tanquam epistola, quæ illud commendet; potuit etiam maturius mitti. Postremum hoc Mingarellus statuebat [et Boeckh. *Ex Schedis*.], collocandum esse Carmen ix. ante x. Nam v. 14. *promitti* carmen; forte idem illud, quod nunc *decimum* est. 1. Ἔστιν ὅτε δ. duo Bodl. invito metro. ὁτὲ scripsit secundum grammaticorum canonem Schmidius. vulgo ὅτι. 4. εἰ καὶ Schmid. edit. sphalma. 5. In omnibus edd. interpungitur: Ὑ. ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, Καὶ π. unde opinio Grammatici in rec. Scholiis orta, jungi etiam h. l. verbum singulare nomini plurali. cf. sup. ad Ol. viii. 10. 11. Schmidius se adduci passus est, ut v. 4. μελίγαρυς ἀοιδὴ scribere mallet; excidisse enim in nonnullis edd. ὕμνοι: sed vitium hoc est unius Plantin. Idem Schmidius Urbanum lib. ii. (nescio an is Martinus Urbanus sit, cujus Institutiones grammaticæ græcæ Aldus vulgavit) pro τέλλεται, τίλεται habere narrat; depravate.

agricolæ, ut tanto lætior agrorum proventus sit. Adeoque sensus est: *non magis agricolæ salubri tempestate opus habent, quam victores hymnis ad messem laudum.* Nam sequitur: *Si quis in certamine secunda fortuna utitur*, h. e. victoriam consequitur: (vid. sup. ad Ol. viii. 96.) *hymnis indiget*, μελιγαρέων ὕμνων χρῆσις πλείστη ἐστίν. Hoc mutavit: μελιγάρεος ὕμνοι sc. εἰσὶ, ὧν χρῆσις πλείστη ἐστὶν, ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων, *laudum serarum*, h. apud posteros, *causæ ac semina*. Ut N. i. 11. ἀρχαὶ βίβλονται μίλους ἰγνωμίου. Ita melius expeditum locum puto quam antea factum. In ceteris maneo in hoc, enallagen, quam Grammatici hic quæruut, ut ὕμνοι τέλλεται jungantur, locum non habere; et sic in aliis locis, in quibus eam quæsivere; ut sup. Ol. viii. 10. 11. Isthm. i. 38. v. 73. 74. Quod nisi alia fuere exempla in deperditis Pindari, perperam hanc figuram Pindaricam appellarunt Grammatici, (vid. Eustath. in Il. ε. 387.) inque his Herodianus περὶ σχημάτων a Villoisono vulgatus in Diatribe p. 98. In Hesiod. 9. 321. τῆς δ' ἂν τρεῖς κεφαλαὶ, potuit pro ἦσαν dictum esse: ἦεν, ἦς, ἦν. In Euripid. Bacch. 1339. est δίδονται,—πλήμενοι φυγαὶ distinguendum. Etsi omnino eam damnare nolim: quandoquidem similis usus habetur *neutrorum pluralium cum verbo singulari* junctorum; et fuere in sermone antiquiore multa ad grammaticam subtilitatem nondum satis constituta. cf. de hoc schemate Ruhnken. ad H. in Cer. extr. add. Beck. ad h. l. et viii. 10. In Pindaro igitur accipio:—λόγων· τέλλεται καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς, *per eosdem hymnos maxima fides fit præclaris factis.*—7. *Laudes hac inprimis Olym-*

Οὗτος ἄγκειται. τὰ μὲν ἀμετέρα
Γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει.
'Εκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσιν.
Ἴσθι νῦν, 'Αρχεστράτου παῖ, τεᾶς,
'Αγησίδαμε, πυγμαχίας ἕνεκεν

Ε. α'. Κ. ι'.

Κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
'Αδυμελῆ κελαδήσω, τῶν Ἐπι-
ζεφυρίων Λοκρῶν γενεὰν ἀλέγων.
Ἔνθα συγκωμάξατ', ἐγγυάσομαι
Μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατὸν,
Μήδ' ἀπείρατον καλῶν,
'Αχρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν, ἀφίξεσθαι. Τὸ γὰρ
'Εμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ

8. ἴγκειται Ald. 10. ἐσαεὶ deerat Ald. 14. ἐσιζε - 15. φυρίων Bodl. γ. ἀλίγων [i. e. αὔξων, fovens, celebrans. *Ex Schedis.*] omittit MS. Bodl. 16. Pravam distinctionem post ἔνθα συγκωμάξατ, etiam Pauwio damnatam, sustuli. Est enim; ἔνθα συγκ. ὦ Μοῖσαι, ἐγγυάσομαι (ὑμᾶς) ἀφίξεσθαι (πρός) μιν (sc. τὸν γενεὰν, h. τὸ γένος Λοκρῶν, οὖσαν) στρατὸν μὴ φυγόξενον etc. 17. φυθόξενον Bodl. C. vitiose. — 19. τε a sec. manu pro δὲ MS. Bodl.

picos victores manent. ἀνάκειται vel a donariis, quæ consecrantur, vel a thesauris, qui reconduntur.

8. τὰ μὲν ἀμετέρα γλῶσσα ποιμαίνειν σοί, *quare lingua mea tibi*, aut melius omnino, *victoribus Olympicis*, (nam mox ad Agesidamum transit) *hanc laudem procurare studet.* Deest pronomen τοῦτον τὸν αἶνον. Latet in μὲν, pro quo legendum esse puto μίν. τὰ pro ἃ, δι' ἅ. Nisi hoc feceris, dicendum erit, ἃ esse non grammatice, sed ad sensum dictum, pro ἓν αἶνον. *pascere laudem*: ad claram notionem quomodo tropum revocem, non habeo. ποιμαίνειν sensu tropico vix aliter accipi potest quam pro *alere*, τρέφειν, αὔξειν, *servare, custodire, providere.* Debebat sequi: *divino enim munere hanc laudes carmine ornandi vim possideo.* Hæc lyrice extulit v. 10. sqq. *non nisi divinitus* (φυᾷ, δι' εὐφυΐας) *aliquis ingenio pollet*: quod Ol. ix. 42. σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες ἐγένοντο (γένοντο). Scilicet ἐκ θεοῦ, ut ἐκ θεῶν jam vidimus. At ἐσαεί? an non languet? Forte sic constitues, ut sit: ἀεὶ γὰρ σοφός τις ἐστὶν ἐκ θεοῦ. Mox v. 13. κόσμον, ὕμνον.

19. τὸ γὰρ ἐμφυὲς etc. Dixit pro: ἐστὶ γὰρ τοῦτο ἐμφυὲς ἦθος τῶν Λοκρῶν, etsi ii jam in aliam terram coloni deducti sunt. αἴθων ἀλώπηξ. Est ἡ ἀλώπηξ, eritque adeo ὁ καὶ ἡ αἴθων, *fulva s. rava vulpes.*

Οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες
Διαλλάξαιντο ἦθος.

21. οὔτ' i. λίσν- 22. τις διαλλάξαιντο ἤθος. ita versus disponunt Bodl. C. et a. sicque metricus postulat facere, monente quoque Pauwio. 22. est hiatus. In Homero ἦθος habet digamma; non in Pindaro: v. Ol. xiii. 16. Nem. viii. 60. Forte—αιντ' ἄν ἤθος.

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ β'.

ΕΡΓΟΤΕΛΕΙ ΙΜΕΡΑΙΩ,

ΔΟΛΙΧΟΔΡΟΜΩ.

ARGUMENTUM.

Cum victor Ergoteles hoc Fortunæ deberet, quod patria, Cnosso, exul ab Himeræis receptus secundas res habuerat: Fortunam invocat, ut Himeræis propitia sit, cum ejus ab nutu pendeant omnia—6. consiliorumque successus eventusque incerti et obscuri—13. sæpe contra quam speratum fuérat—18. Ipse victor domi in obscuritate consenuisset, nisi Himeram patria exul pervenisset, ubi in civitatem receptus certamina obiit, et plures victorias est consequutus.

Σ. ά. Κ. Ϛ'.

ΛΙΣΣΟΜΑΙ, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου
Ἱμέρᾳ εὐρυσθενεῖ ἀμ-
φὶ πόλει, Σώτειρα Τύχα.

Ἐργοτέλει Ἱμεραίῳ δολιχοδρόμῳ. addit Aldina: Ὀλύμπια καὶ Πύθια καὶ Ἴσθμια νικήσαντι οἷ Ὀλυμπιάδα. Eadem in duobus Bodl. in alio additum: Ἐργοτέλει τῷ υἱῷ τοῦ Φιλάνορος. Scilicet debentur hæc, ut aliquoties jam monitum, Grammaticis. Indocte autem huc retracta sunt, quæ de victoriis Pythicis et Isthmicis sub finem carminis memorantur. Carmen enim scriptum est victori Olympico. Notus autem est Ergoteles etiam ex Pausania, qui cum h. l. conferendus lib. vi. 4. f.

Τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ
Νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι,
Καὶ γοραὶ βουλαφόροι· αἴγε μὲν ἀνδρῶν
Πόλλ' ἄνω, ταὶ δ' αὖ κάτω
Ψεύδη μεταμώνια τέμνοι-
σαι, κυλίνδοντ' ἐλπίδες.

A. ά. K. ϑ'.

Σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων
Πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσ-
σομένας εὗρεν ϑεόϑεν·
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι.

ubi, statua ejus in Alti memorata, hoc adjicit: in titulo Himeræum fuisse adscriptum, etsi Cnosso Cretæ oriundum, sed turbis civilibus pulsum ab Himeræis receptum civitateque et honoribus affectum maluisse patriam edere Himeram. Hæc eadem patent hac Oda v. 19. sqq. Quod autem Pythicam et Isthmicam victoriam, Scholiasten sequuti, viri docti ad insequentem Pythiadem xxix. et Isthmiadem adeo lvii. rejiciunt, in eo falluntur. Necessario enim Olympicam victoriam, quam hic carmine suo ornat, antecessisse debent illæ. 1. Ψὶ λίσσομαι Pal. C. seu casu seu stupore librarii, qui signum appositum, quo ad scholion lector ablegari solebat, pro littera ψ habuit, nec dignum, in quo quis hæreat. v. Oxon. edd. et Pauw. 2. 'Ιμέρᾳ' primum invexit ed. Rom. prave; recte a Schmidio revocata Steph. lectio: 'Ιμέρᾳ. Aldina jam 'Ιμέρα. εὐφροσύνᾳ' pro εὐφροσύνᾳ frustra scriptum videtur: nam metrum non respuit εὐφροσύνᾳ sequente vocali; quod Pauw quoque monuit. — 3. ἀμφιπόλοι Ed Brubach. sicque legerat Schol. ut ab ἀμφιπολῶν sit, h. περιπόλοι, σῴζει. Laudat quoque Homericum: ἧς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. Ferrem, si tertio casui jungi illud constaret. Nunc præstat λίσσομαι ἀμφὶ πόλιν 'Ιμέρᾳ. 6. Vulgg. ante αἴ γε plena distinctione utuntur. 7. καὶ δ' præclare emendavit Schmidius. Vulgg. ubique τὰ δ', quod et sensum et metrum jugulat. [Tuetur Hermann. nec male, ut sit: *nunc, nunc*, τὰ μὲν omisso. *Ex Schedis.*] 8. ψεύδη primum comparet in Morell. et hinc in Stephanianis. At Ald. Rom. et rel. ψευδῆ. sic et MS. Bodl. Tum Ald. τέμνοι· σαι. 10. αὖπω et mox αὖρε in Bodl. 13. τετύφωνται Ald. quod casu et ipsum sensum habet: *inflantur, intumescunt et efferuntur*, nec tamen satis commodum. τετύφλωνται Bodl. C.

6. Continuo orationem: Τὶν γὰρ— βουλαφόροι, αἴγε μὲν ἀνδρῶν (sc. τὶν, διὰ σοῦ) ἁλωΐδες κυλίνδονται, (κατὰ) πολλὰ ἄνω, καὶ δ' αὖ κάτω, (naves fluctibus jactari vides: pro, *incertum eventum habent*) τέμνουσαι ψεύδη μεταμώνια, *percurrentes fraudes inanes, expectationes vanas, quibus sibi illuserant* (tanquam naves percurrunt mare).—v. 13. proprie homines sunt τυφλοὶ (ὄντες) φράζεσθαι τὰ μέλλοντα, *ad providendum id, quod futurum est*; transtulit hoc ad ipsam contemplationem: *esse eam cæcam*, ἃ φράδη τετύφλωνται, τυφλὴ ἐστι.

Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος· οἱ δ', ἀνιαραῖς
Ἀντιχύρσαντες ζάλαις,
Ἐσλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

Ε. ά. Κ. ί.

Υἱὲ Φιλάνορος, ἦτοι καὶ τεά κεν,
Ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ,
Συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ
Ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν·
Εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα
Κνωσίας ἄμερσε πάτρας.
Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος,
Καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος Ἰσθμοῖ τ', Ἐργότελες,
Θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέ-
ων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

17. ἰσθλὸν vulgg. ἰσλὸν Ald. Steph. 20. ἰνδομύχας conj. Erasmus in Adagiis. perperam. [Æschylus Eumen. 850. (864) ἰνοιχίον δ' ὄρνιθος οὐ λίγα μάχην. *Ex Schedis.*] 26. ἐν Πυθῶνος Ald. et Pal. C. recte pro hiatu ἐν Πυθῶνι Ἰ. — 28. παροικτίαις junctim legit Panw.

14, 15. πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν, *eveniunt, ἔμπαλιν τῆς τέρψιος*, pro ἀντιρρῆ. ut P. xii. 56. ἔμπαλιν γνώμας.

20. ἰνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ pro ἅτε τιμὴ ἀλέκτορος, galli gallinacei, qui in corte pugnat. Opponitur gallus, qui publicis certaminibus alitur. Cum gallus in Himerensium numis obvius sit, facile in hanc comparationem poeta incidere potuit. Mox v. 24. σ' excidisse monuit Jacobs noster Animadverss. p. 8. etsi jam aliquoties supplendum esse vidimus. Et v. 27. βαστάζειν pro *exaltare, clarum reddere*, ut et Isthm. iii. 14. dictum secundum vulgare ἐπαίρεσθαι, unde et ὑψοῦ φέρειν P. x. 109. et μετέωρος de gloria. ὁμιλέων παρ' οἰκείαις ἀρούραις, civis adscriptus ab iis, ad quos inquilinus accesserat. Himeram thermis nobilem fuisse satis constat. [De thermis cf. Numism. et Zoega t. ii. p. 130, 124. *Ex Schedis.*]

ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ιγ'.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩ,

ΣΤΑΔΙΟΔΡΟΜΩ ΚΑΙ ΠΕΝΤΑΘΛΩ.

ARGUMENTUM.

Xenophontis victoris laudem cum patriæ, Corinthi, laudibus conjungit. A Corinthi laudibus initium facit — 39. Inde Xenophontis victorias enumerat — 68. Redit hinc ad Corinthum, et ex ejus originibus narrat fabulam de Pegaso a Bellerophonte domito; subjungit v. 133. laudes tribulium Oligæthidarum et bona vota.

Σ. ά. Κ. ιά.

ΤΡΙΣΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΝ ἐπαινέων
Οἶκον, ἄμερον ἀστοῖς,

σταδιῖ δρόμῳ. Ita vulgo in editis a Romana inde legitur, seu indocte seu corrupte. Aut enim *σταδιεὺς* aut *σταδιοδρόμος* erat dicendum. Cur itaque Aldinam deseruerunt editores? in qua inscripta Oda: *Ξενοφῶντι Κορινθίῳ σταδιοδρόμῳ, καὶ πενταθλῳ, νικήσαντι τὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα.* Hæc eadem fere in MSS. Bodl. leguntur. Est etiam, quod jam notatum viris doctis, Olympiadi lxxix. adscriptus Xenophon Corinthius apud Diodorum xi. 70. et Dionys. Halic. ix. 61. (p. 618.) etiam apud Pausan. iv. 24. ubi numerus Olympiadis undetricesimæ corrupte circumfertur. Pater, ut in Schol. ad v. pr. notatum, *Thessalus* nomine, Ol. lxix. victor renuntiatus fuerat; cursu quidem, ut infra v. 48. patet, stadio tamen eo Olymp. Ischomachus victor fuit; ergo de diaulo vel dolicho accipiendum, ut Corsinus quoque

Ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι
Τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
Πρόθυρον Ποσειδᾶνος, ἀγλαόκουρον.
Ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασίγνηταί τε, βάθρον πολίων,
Ἀσφαλὴς Δίκα, καὶ ὁμότροπος Εἰράνα, ταμίαι
Ἀνδράσι πλούτου, χρύσεαι
Παῖδες εὐβούλου Θέμιτος,

A. ά. K. ιά.

Ἐθέλοντι δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν, Κόρου

monuit ad eam Olymp. Avus fuisse videtur *Ptœodorus* in Isthmiis victor. v. inf. 56. sq. Erant autem ex *Oligæthidarum tribu*. cf. v. 137 sq. In eundem Xenophontem Olympionicen scolion scripserat Pindarus, cujus versus apud Athen. xiii. p. 573, 4. habentur; quos vide in Fragmentis. Simul autem cursu et pentathlo eum vicisse iisdem Olympiis, testantur v. 41, 42. [De metro trium ultimorum versuum cujusque strophæ v. Boeckh. Comment. p. xxi. sq. *Ex Schedis.*] 1. Τριπλουμπιονίκας Brubach. et Morell. sed preli vitio. Ceterum interpretes inanem collocant operam in exputandis trinis Olympicis victoriis. 5. Ποσειδᾶνος. Nescio cur repente in hoc carmine Ποσειδᾶνος scriptura erat adscita. 6. γὰρ ex Ald. et trinis Pal. repetiit Schmidius: quod et fragm. Matth. habet. Rom. et cett. ἐν τᾷδε δ' ε. nec id male. 7, 8. Immutarat lectionem omnium codicum Schmidius tanquam duriorem, hoc modo: κασίγνηταί τε, Δίκα, πολίων — ἀσφαλὲς βάθρον, καὶ ὁ. 8, 9. ὁμότροφος in Schol. occurrit. 11. Interpunctionem post Θέμιτος mutavi, ut junctura cum anteced. manifesta sit. 12. ἀλίξειν aiunt Oxon. legere Steph. Atqui sic non nisi unica Pauli Stephani 1599. Hanc ergo pro textu Stephaniano habuere. — 12, 13. Κόρου μανίᾳ Ὕβριν dictam non concoquunt viri docti. Nam satietatem aiunt antecedere insolentiam; sic quoque noto Theognidis versu haberi Sentent. v. 53. Τίκτει τοι κόρος

3. Θεραπεύοντα τοὺς ξένους, φιλόξενον γνώσομαι, *celebrabo*: v. ad Ol. vi. 151. 5. *Eunomia*, *Dice*, *Irene*, Hesiodo Horæ, Themidis filiæ Θ. 901. 2, 3. Ea v. 9. ταμίαι, ab ἡ ταμία. *Horis* rerum copia tribuitur quoque apud Theocritum et alios: v. Valken. ad Theocrit. p. 394. — Reprehendi potest in poeta, quod, cum δίκην deam fecisset cum εὐνομίᾳ, nunc eædem appellantur βάθρον πολίων, quod abstractis conveniebat, non personis. ὁμότροπος h. l. concors.

12. Ἰθέλ. δ' ἀλιξεῖν Ὕβριν. Erant hæc jungenda cum superioribus: ναίουσι καὶ Ἰθέλουσι. Otiosa vox esse videtur Ἰθέ-

Ματέρα θρασύμυθον.
Ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι
Εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν.
Ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.
Ὑμμιν δὲ, παῖδες Ἀλάτα, πολλὰ μὲν νικαφόρον ἀγλαΐαν
Ὥπασάν γ' ἄκραις ἀρεταῖς

ὕβριν. Quid ergo? Schmidius per hypallagen ait esse explicandum. Mirum vero, si *mater* et *filia* promiscue permutari possunt. Stephanus in Schediasm. v. 4. pro *πόρον* scribit *φθόρον*, et Pauwius *κόπον*. Quis vero poetas omnes ad unam formulam adigere ausit? quidni et ipsa illa insolentia elati secundo fortunæ cursu animi fastidium creet, ut in præsenti rerum florente statu non acquiescant cives, sed novis studeant? vid. Notam. 13. θρασύθυμον Ald. 19. ὥπασαν ἄ. Ald. ὥπασάν τ' ἄ. Rom. et seqq. Contraxit id Schmidius in ὐπάσαντ'. At ὑπάζειν est *præbere*. ὑπάζεσθαι, *comitem adsciscere*. Ex parte Bodleianorum Oxonienses restituerunt ὥπασάν γ'. Est enim ordo verborum: Horæ ὥπασαν πολλὰ (πολλάκις) νικαφόρον ἀγλαΐαν (πολλὰς νίκας) ἀνδρῶν ὑπερηλθόντων λεσσι. Unus e Grammaticis optative accipit. Aliquoties hoc verbo utitur poeta periphrastice, ut tamen *τοῦ paratum esse, cupere, studere*, locum tenent. Pyth. i. 121. θέλοντι δὲ—αἰεὶ μένειν τιθεμεῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ. Sic Nem. viii. 17. item vii. 32. ubi per *μέλλει* reddi potest: quemadmodum etiam N. xi. 51. Unde et θέλων et ἰθέλων, *propitius*. Sic Ol. vii. 36. ἰθελήσω τοῖσιν—διερθῶσαι λόγον quod alias esset εἰς ἰθέλων διερθώσω. xi. 9. ἰθελήσω, *propositum mihi est*; ut et ἰθέλω Isthm. i. 20. P. ix. 1. Ol. xi. 9. Porro Τβριν Κόρου μανίρα dixit, ut in Oraculo Bacidis ap. Herod. viii. 77. κρατερὸν Κόρου, Τβριος υἱόν. ubi vid. Wessel. Scilicet utrumque recte se habet: Κόρος Τβριν, et Τβρις Κόρον procreare potest. E copiis rerum natum, *fastidium* animum ad *insolentiam* et *injuriam* aliorum adducit: et *insolentia*, arrogantia, facit, ut copias nostras et fortunas *fastidiamus*, alienaque appetamus. Multas autem civitates Τβρις perdiderat. Τβρις καὶ Μάγνητας ἐκάλεσε—Theogn. 1098. [δυσεβίας ὕβρις τίκτει Æschylus Eumen. 530. *Ex Schedis.*]

16. Ἄμαχον δὲ—ad seqq. traho, adeoque ad Corinthios: *qui non κρύψαι, exuere, possunt generosam indolem.* Ait: ἔχω—habere se multa alia in Corinthiorum laudem, nec sibi deesse vim et animum ad ea eloquenda. (Sententia eadem Ol. vi. 140. ix. 122.) Nec posteros defecisse a virtute majorum, οὐ δύνανται κρύψαι τὸ ἔμφυτον ἦθος. Hoc universe extulit per sententiam.

17. παῖδες Ἀλάτα sunt ipsi Corinthii. Aletes Heraclidarum dux Corinthum occupaverat; cujus posteri per C annos usque ad Bacchidem regnarunt: Pausan. ii. 4. conf. Vellei. i. 4, 3. et ibi Ruhnken. add. Schol. ad h.l. Ὑμμιν ὥπασαν—ἰσίβαλον Ὧραι. Primo *Horæ* pro tempore; tum tribuitur tempori, quod in tempore factum est. *Diversis temporibus inventa sunt antiquitus multa a Corinthiis.* Ea per exempla declarat. Verum poeta hæc ita extulit, ut ariolo in iis opus sit, non interprete.

20 Ὑπερελθόντων ἱεροῖς
Εἰν ἀέθλοισιν, πολλὰ δ' ἐν
Καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον

E. ά. K. ιά.

Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρ-
χαῖα σοφίσμαθ'. ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον.
25 Ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν
Σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες
Διθυράμβῳ; τίς γὰρ ἱππεί-
οις ἐν ἕντεσσιν μέτρα,

(τοὺς ἄλλους) ἄκραις ἀρεταῖς. 20. ὑπερελθοῦσιν Pal. A. B. et tres Bodl. cum fragm. Matth. ex indocta interpolatione Græculi librarii, qui non videbat, ἀγλαΐαν ὑπερελθόντων jungi. 25. Antithetici versus docent, ἐξέφανεν, quod vulgo editum erat, minus recte legi, cujus penultima longa est ex ἐξέφηνεν. Emendandum ἐξέφανεν vel ἐξέφανεν, et hoc unus e Schol. legerat; nam reddit ἐξεφάνησεν. Monuit quoque Pauw. Aldus cum cod. Gott. ἐξέφανε. Corruptela eadem erat in Homero Il. Ϟ. 553. π. 299. Porro Διωνύσου Schmidius emendavit metri caussa. Διονύσου Ald. Rom. Crat. Brub. at Morell. Stephan. et rel. Διωνύσσου. hoc perperam, cum penultima per se sit longa. 27. τίς γὰρ ἐ. Ald. et in Schol. Male illatum erat τίς δὲ cum hiatu.

24. τοῦ εὑρέντος. Scilicet alii inventis facile addere possunt. σοφίσματα, *inventa*, ut apud Æschyl. Prom. 469.

25—27. *Invenerunt illi Dithyrambum.* Χάριτες Διωνύσου vix esse possunt nisi *carmina, hymni*, σὺν Διθυράμβῳ βοηλάτᾳ, *cum choro.* βοηλάτης et a βοὴ et a βοῦς ductus esse potest; præmium victoris bos. cf. Bentl. in Phalar. p. 170.

27. 28. τίς δὲ ἱππείοις ἐν ἕντεσσιν μέτρα ἔθηκε; Manifesta res: invenisse Corinthios artem equorum domandorum; verba perplexa. Ex Schol. nil proficias; mira Didymi sententia proponitur, qui ad rotam figulinam hoc traxit. Multis olim tentatis simplicissima esse arbitror hæc: ἕντεα ἵππεια dicta pro ἕντεα ἵππων, ut inf. Nem. ix. 51. 52. ἅμιλλος χαλκείοις ἵπλοισιν ἱππείοις σὺν ἵπποισιν, ubi est agmen ἱππιτῶν καὶ ἱππείων. Sunt ea haud dubie *frenum*, quo equus regitur. Jam quid μέτρον aliud esse potest, quam ipsum *moderamen*? τιθέναι est *constituere, invenire.* μέτρα ἐν ἕντεσι, h. σὺν, pro διὰ ἡνίων, sunt *moderamen per frenos*, ut adeo sit: *quis constituit*, h. e. invenit, *moderamen equorum ope frenorum?* τίς ἔθηκε μέτρα διὰ ἡνίων ἱππείων; Ex vulgari ratione epitheton ad μέτρα erat revocandum, μέτρα ἵππεια, pro μέτρα ἵππων. μέτρον autem de cursu moderando eodem prorsus modo dictum habes ap. Æschyl. Choeph. 794. 5. Ἴσθι (Pauw. emend. ἴσχε) δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον (Orestem) σὸν ζυγίαν ἐν ἅρμασι πημάτων, ἐν δρόμῳ προσιθεὶς μέτρον. ubi μέτρον ἐν δρόμῳ προσιθέναι est *moderari cursum.*

Ἢ θεῶν ναοῖσιν οἰω-
νῶν βασιλῆα δίδυ-
μον ἔθηκ'; ἐν δὲ Μοῖσ' ἀδύπνοος,
Ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ νέων
Οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

Σ. β'. Κ. ιά.

Ὕπατ', εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας,
Ἀφθόνατος ἔπεσσιν
Γένοιο, χρόνον ἅπαντα, Ζεῦ πάτερ,
Καὶ τόνδε λαὸν ἀβλαβῆ νέμων,
Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον·
Δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τε-
θμὸν, τὸν ἄγει πεδίων
Ἐκ Πίσας, πεντάθλῳ ἅμα

30. δίδυμον 31. ἐπίθηκ'. Ald. unde in marg. Brubach. 34. Ὀλυμπίαις Bodl. C.

29—31. ἢ (τίς) θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμον ἔθηκε. Strepitum hunc verborum et tumorem nolim excusare, nec tamen tam absurde locutus esse videri debet, ut vocabulum tropicum ornaret per ea, quæ in rem proprio nomine dictam cadant. ἀετὸς, ἀέτωμα, fastigium est triangulare in fronte et in postico templi. Verum ab initio aut aquila pro fastigio fuit; quod Winckelmannus suspicabatur; aut, quod probabilius, in tympano, quod speciem Delta habet, h. in area fastigii, (quæ anaglypha summæ artis interdum habuit, v. c. in Parthenone, v. Paus. i. 24. p. 57. in templo Delphico, x. 19. p. 842.) fuit ab initio aquila expressa. Ita sentiebat Visconti V. C. in Museo Pio-Clem. tom. iv. p. 7. [Tacitus Hist. iii. 71. (in Capitolio) *sustinentes fastigium aquilæ*. ad q. l. cf. Ferlet t. ii. p. 129. sq.—Boettiger *N. T. Mercur* 1799. II. *St.* p. 233. a similitudine fastigii i. aquila demittente alas. *Ex Schedis.*] Sententia adeo est: *quis invenit aquilam in templorum fastigiis in fronte et in postico sculptam?* In templo Delphico duæ erant aquilæ aureæ, ut inf. P. iv. 6. an vero in templi fronte, non reperio.

35. ἀφθόνατος ἔπεσσιν γένοιο, *propitius sis precibus;* at χρόνον ἅπαντα potius ad sqq. spectant; itaque post γένοιο interpunxi.

38. καὶ εὔθυνε τὸν οὖρον τοῦ δαίμονος τοῦ Ξενοφῶντος, *fortunam,* ut gubernator ventum secundum velis. Et *propitius adspice κῶμον.*

39. στεθμὸν ἐγκώμιον reddit ὕμνον Schol. Malim ipsum κῶμον, pompam victoris, quia τὸν ἄγει πεδίων ἐκ Πίσας adjecit.

Σταδίου νικῶν δρόμον· οὐκ
Ἀντεβόλησεν τῶν ἀνὴρ
Θνατὸς οὔπω τις πρότερον.

Α. β'. Κ. ιά.

Δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν πλόκοι σελί-
νων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν
Φανέντα. Νεμέα τ' οὐκ ἀντιξοεῖ.
Πατρὸς δὲ Θεσσαλοῦ ἐπ' Ἀλφεοῦ
Ῥεέθροισιν αἴγλα ποδῶν ἀνάκειται.
Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου
Θ', ἁλίῳ ἀμφ' ἑνί. μη-
νός τέ οἱ τωὐτοῦ χρανααῖς
Ἐν Ἀθάναισι τρία μὰν
Ἔργα ποδαρκὴς ἁμέρα
Θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.

Ε. β'. Κ. ιά.

Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις. ἐν
Δ' ἀμφιάλοισι Ποσειδᾶνος τεθμοῖσιν

42. δρόμον. ἀν. 43. ντεβόλησεν τῶν Ald. 47. Νεμέα τ' accentus a Schmidio constitutus, accinente tamen Gott. Omnes alii (τὰ) Νέμεά τ'. [Sic Heynius in textu correxit.] 53. τρία μὰν Rom.

[47. ἀντιξοεῖ. cf. Herodot. i. 174. *Ex Schedis.*]

48. sqq. ad patrem, Thessalum, victoriis multis insignem, spectant.

54. ἁμέρα ποδαρκὴς, communi temporis et dierum epitheto, *velox dies*; ut *dies longa, brevis, tarda, celeris*, poetis pro consilio dicitur. Dies igitur κατὰ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀμφιέθηκε κόμαις τρία κάλλιστα ἔργα, h. e. στεφάνους. Uno eodemque mense tres victorias est consecutus Athenis; diversis forte cursus generibus; Schol. memorat σταδίου, δίαυλον, ἱππικὸν δρόμον.

56. (κατ') Ἑλλώτια (Corinthiis in Minervæ Hellotidis honorem habitis ludis) ἑπτάκις universe dictum esse debet: λύκνοι, quod elici potest ex ἔργα τ. ἡμέρα θῆκε κάλλιστα ἀμφὶ κόμαις ἑπτάκις, septenas victorias omnino abstulit, diversis scil. temporibus.

57—60. *Isthmiis autem Thessalus simul cum patre clariores etiam victorias abstulit.* Solet autem victoria declarari per decus et lætam jucundamque recordationem per totam vitam; tunc: στέψεις

Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ μαχρότεραι
Τέρψιές θ' ἕψοντ' ἐρίτι-
μοί τ' ἀοιδαί. ὅσσα τ' ἐν Δελ-
φοῖσιν ἀριστεύσατε,
Ἠδὲ χόρτοις ἐν λέοντος.
Δηρίομαι πολέσιν
Περὶ πλήθει καλῶν. ὡς μὰν σαφὲς
Οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν

58-60. Duplex hujus loci est lectio. Omnes edd. ante Schmidium: *μαχρότεραι Τέρψιός θ' ἕψοντ' ἐρίτιμοί τ' ἀοιδαί*: in qua lectione per se nihil est quod reprehendas. Nam Thessali cum Ptœodoro parente conjunctim narrantur victoriæ Isthmicæ, ut sit ἕψονται (sc. *αὐτῷ, τῷ Θετταλῷ,*) *σὺν πατρὶ* Πτ. *major voluptas et insignior gloria ex Isthmicis ei aderit* (per totam vitam), *parta est.* Neque aliter Schol. a Demetrio Triclinio collecta. In antiquis Scholiis cum eadem lectione alia profertur, quam Schmidius recepit, Pauwio probante, *μαχρότεραι Τερψίᾳ θ' ἕψονθ' Ἐριτίμῳ τ' ἀ.* ut, Scholiasta docente, Terpsias frater Ptœodori sit, Terpsiæ autem filii Eritimus et Namertidas, aut secundum alios unus Namertidas, Eritimus dictus, fuerint. Res nunc non facile expedienda. Parum suave videri potest tot nomina apponi; at, quod subjicitur: *innumerabiles* esse victorias, melius dictum esset de pluribus, quam de duobus. Potuere gentiles ejus nominis esse: potuere etiam nomina ex his ipsis versibus et nominibus appellativis elici. Certe Xenophontis pater *Thessalus* cum avo *Ptœodoro* iisdem Isthmiis victores esse debuere, etsi diversis temporibus. ἕψονται τέρψις, *aderunt* Thessalo, *manebunt*, h. e. *fruetur jucunditate et laude* ex his victoriis *perpetua.* Pauw. conj. ἕψανθ' pro ἕψανται. 60, 1, 2. distinxi et a sequentibus diremi: ut per exclamationem efferantur. Nam vulgata interpunctio sententias elumbes reddebat: *ὅσσα τ' ἐν Δ.—λέοντος, Δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν.* si vel maxime reddas: *Quod ad certamina Pythica et Nemea attinet, multi sunt, cum quibus vos de numero victoriarum contendere possitis;* ut ad se transferat, quæ de illis pronuntiare volebat. [63. In *πολέσιν* ν paragogicum delevit Heynius.] 64. *ὡς* rescripsit Schmid. cum Ald. et Palatinis. Rom. et al. *ὥς*. MS. Bodl. *μίν*.

et *ἀοιδαὶ ἕψονται, aderunt ei et patri* ex victoria *ἐν πυθμοῖς Ποσειδῶνος sollenni Isthmio.*

60, 1, 2. *Quot victorias in Pythiis et Nemeis reportastis!* Convertitur oratio ad omnes quos memoraverat, Xenophontis patrem et avum cum ipse Xenophonte.

63. *Δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν, provoco multos alios ad contendendum cum iis de numero decorum.*

64. *ὡς μὰν*— pro vulgari: *quorum decorum tantus est numerus, ut non magis eum, quam arenarum, enumerare possim.* Similia Ol. ii. extr. *ὡς οὐκ ἂν εἰδείην, ita ut nequeam.* Potest etiam per exclamationem efferri.

Ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν.

Σ. γ'. Κ. ιά.

Ἔπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆ-
σαι δὲ καιρὸς ἄριστος·
Ἐγὼ δὲ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς
Μῆτίν τε γαρύων παλαιγόνων
Πόλεμόν τ' ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν
Οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ. Σίσυφον μὲν
Πυκνότατον παλάμαις,
Ὡς θεόν· καὶ τὰν πατρὸς ἀν-
τία Μήδειαν θεμέναν
Τὸν γάμον αὐτᾷ, ναὶ σώ-
τειραν Ἀργοῖ καὶ προπόλοις.

69. ἐγὼ δὶ ἴδιος. f. fuit. ἐγὼ γὰρ ἴδιος. καὶ προπόλοις, h. ὑπηρέταις, *sociis navalibus.* 76. αὐτᾷ ναΐ Ald. sic respondet illis:

67. sqq. Revocat se ab ulteriore commemoratione laudum victoris, et transit ad publicas Corinthiorum laudes. *Enimvero temperandum mihi est laudibus victorum celebrandis; præstat Corinthiorum laudes prosequi, quas cum victoris laude conjunctas esse velim.* ἔπεται δ' (ἐστὶν) ἐν ἑκάστῳ μέτρον. νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος, pro ἄριστον δὲ (h. ἀγαθόν) ἐστι, νοῆσαι τὸν καιρὸν, τὸ σύμμετρον, quod cuique rei, loco et tempori conveniat; quod inf. P. ix. 135. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως πάντοσ ἴσχει κεφυάν.

69. Junctura verborum: ἐγὼ, ἴδιος σταλεὶς, οὐ ψεύσομαι γαρύων ἐν κοινῷ ἀμφὶ Κορίνθῳ μῆτίν τε παλαιγόνων, πόλεμόν τε ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν. In his σταλεὶς non est *missus*, sed a navigatione petitum est, *in altum evectus*: dicitque hoc poeta *de laudibus*, quibus commemorandis indulget, *cum tanquam plenis velis per altum fertur.* Pyth. ii. 113. εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι στόλον ἀμφ' ἀρετᾷ πιλαδίων, *navem conscendam, in altum evehar.* ἴδιος σταλεὶς, *privata navi evectus*, privato consilio, *ad privatas laudes celebrandas ingressus* [ἰδίως, *laudandi victoris causa. Ex Schedis.*] ut Nem. vi. 55. *Bassidarum tribus* ἴδια ναυστολίουσις, ἐγκώμια *proprias habent laudes.* γαρύων ἐν κοινῷ (κοινῶς), *communicata cum Corinthiis laude, publice.* μῆτίν τε παλαιγόνων πόλεμόν τε ἐν (σὺν) ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν, τὸν σὺν ἀρετῇ γενόμενον, h. ἀρετὴν ἐν πολέμοις. γαρύων οὐ ψεύσομαι, h. e. οὐ ψευδῆ γηρύσω. Σίσυφον sc. γεγενῆσθαι et τὴν Μήδειαν—γεγενῆσθαι σύντειραν.

73. Sisyphus Corinthius fraudibus inclitus h. e. sagacitate in excogitandis, rebus. σοφίαν ei tribuit Theognis 702.

75. Medeam *parantem sibi nuptias*, maritum, ἀντίον πατρὸς, παρὰ γνώμην πατρός.—77. πρόπολοι sunt ἱρῆται, adeoque ipsi heroes, Argonautæ.

A. γ'. K. ιά.

Τὰ δὲ καί ποτ' ἐν ἀλκᾷ πρὸ Δαρδάνου
Τειχέων ἐδόκησαν
Ἐπ' ἀμφότερα μαχᾶν τέμνειν τέλος·
Τοὶ μέν, γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέως,
Ἑλέναν κομίζοντες· οἱ δ' ἀπὸ πάμπαν
Εἴργοντες. ἐκ Λυκίας δὲ Γλαῦκον ἐλθόντα τρόμεον Δαναοί.
Τοῖσι μὰν ἐξεύχετ', ἐν ἄστει Πειράνας σφετέρου
Μὲν πατρὸς ἀρχὰν καὶ βαθὺν
Κλᾶρον ἔμμεν καὶ μέγαρον,

E. γ'. K, ιά.

Ὃς τᾶς ὀφιώδεος νί-

78. Ut nunc interpungitur: Τὰ δὲ καὶ—εἴργοντες· ἐκ Λυκίας accipienda sunt cum Schmidio et Pauwio: καθ' ἃ δὲ, *quando vero pugnarunt ad Trojam, Glaucum ex Lycia timuerunt Danai*, sive melius: τὰ δὲ πρὸ Δ. τειχέων, ἰδόκησαν etc. *quod vero ad pugnas ad Trojam attinet, habiti sunt.* Cum tamen tota oratio a superioribus 70. 71, pendeat: οὐ ψεύσομαι γαρύων ἀμφὶ Κορίνθῳ (h. *dicam quæ vera sunt de Corinthiis.*) Σίσυφον μὲν—καὶ τὰν Μήδειαν—jungi quoque potest: τὰ δὲ καί ποτ' i. h. e. καὶ (ἐκεῖνα, καθ') ἃ ποτε ἰδόκησαν τίμιον τέλος μαχᾶν, (*pugnas finire* ante Trojam, *ut pugnæ summa apud eos esse putaretur,*) τοὶ μὲν—τοὶ δὲ ἀπὸ πάμπαν εἴργοντες. Ἐκ Λυκίας δὲ etc. Ita δὲ pro γὰρ dictum recte a Schol. censetur, quod Schmidius in δὴ mutaverat; producitur autem δὲ propter sequentem duplicem consonam. 85. μὰν ad metri legem legendum. Monuere Schmid. et Pauw. pro μέν.

78. τὰ δὲ πρὸ Δαρδάνου τειχέων, h. κατὰ τὰ, *quod attinet ad res Trojanas*, in bello ad Trojam gesto (cf. Var. Lect.). *in existimatione fuere*, habiti sunt, *ab utraque parte*, in utroque exercitu, *momentum pugnarum afferre virtute sua* (ἐν ἀλκᾷ pro δι' ἀλκᾶς ἀλκῇ).

[80. μαχᾶν τίμιον τέλος, *pugnæ summam constituere*, l. a judicio l. ab aratione, l. a navigatione, l. a cursu. *secare mare, viam. Ex Schedis.*]

82. κομίζοντες, de conatu, *repetentes*. Erant autem Corinthii annumerati Mycenæis Il. β. 569. cf. Paus. ii. 4.

85. (ἐν) τοῖσι μὰν—respicit Il. ζ. 152. sq.—87. σφετέρου πατρὸς—*de* latius de avo: nam Glaucus erat Hippolochi f. Bellerophontis nepos: ibid. Il. ζ. 197. 206.

ὁν ποτε Γοργόνος, ἦ πόλλ', ἀμφὶ κρουνοῖς
Πάγασον ζεῦξαι ποδέων, ἔπαδεν,
Πρίν γέ οἱ χρυσάμπυκα κούρα χαλινὸν Παλλὰς ἤνεγκ'· ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα
Ἦν ὕπαρ· φώνασε δ'· εὔδεις, Αἰολίδα βασιλεῦ;
Ἄγε φίλτρον τόδ' ἵππειον δέκευ,
Καὶ Δαμαίῳ μὶν, θύων
Ταῦρον ἀργὸν, πατρὶ δεῖξον.

Σ. δ'. Κ. ιά.

Κυαναιγὶς ἐν ὄρφνᾳ κνώσσοντί οἱ
Παρθένος τόσα εἰπεῖν
Ἔδοξεν. ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί.
Παρκείμενον δὲ συλλαβὼν τέρας,

98. Δαμάσῳ Bodl. *a.* δαμίω et mox ἀργάντα, seu potius ἀργᾶντα, invito metro, Ald. cum Pal. C. 100. Prima in κνώσσοντι longa officit metro. Obviam est conjicere, occupasse eam vocem locum synonymi ὑπνῶντι, in quod et Pauw incidit, sed eo relicto ad aliam emendationem præceps fertur satis incommodam: κνοῶντι· quia κνώσσω a κνοάω deductum videri potest. Mingarellus quatuor priores versus strophæ per totum carmen aliter dispertiendos esse censebat: itaque et h. l. 100. κυαναιγὶς ἐν ὄρφνᾳ 101. κνώσσοντί οἱ παρθένος τόσα εἰπεῖν 102. ἔδοξεν· ἀνὰ δ' ἔπαλτ' 103. ὀρθῷ ποδί· παρκείμενον δὲ συλλαβὼν τέρας.

94. 5. ἐξ ὀνείρου δ' ἦν ὕπαρ, *ex somno statim evigilavit.* ὕπαρ est *visum vigilanti oblatum*, ὄναρ *per somnum*: ut ex notis locis Odyss. τ. 547. υ. 90. constat. Jam h. l. *id quod somniabat, mox erat res vera.* Interposita hæc (ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα ἦν ὕπαρ) a poeta per parenthesin. φώνασε δ' scil. ἡ θεά. Omnino narravit ut lyricus. Verus ordo rerum hic erat: Polyidum vatem consuluerat Bellerophon super Pegaso domando; ejus jussu in templum Minervæ incubatum venit; cum freno inde redux ad vatem, didicit, quæ curanda essent, etiam ex monito deæ. Erat autem Corinthi ξόανον καὶ ἱερὸν Ἀθηνᾶς Χαλινίτιδος. v. Pausan. ii. 4.

97. φίλτρον dixit *frenum*, πτῖσμα, quo domantur adeoque mitigantur equi. Δαμαίῳ πατρὶ, nam ipse Bellerophon habitus est Neptuni et Eurynomes f. ταῦρον ἀργὸν, non candidum; nam Neptuno niger taurus mactabatur; sed εὐθαλῆ, pinguem.

99. δεῖξον accipio de ritu offerendi et consecrandi.

Ἐπιχώριον μάντιν ἄσμενος εὗρεν,
Δεῖξέν τε Κοιρανίδᾳ πᾶσαν τελευτὰν
Πράγματος, ὥς τ' ἀνὰ βω-
μῷ θεᾶς κοιτάξατο νύ-
κτ', ἀπ' ἐκείνου χρήσιος· ὅπ-
πως τέ οἱ αὐτὰ Ζηνὸς ἐγ-
χειχεραύνου παῖς ἔπορεν

Α. δ'. Κ. ιά.

Δαμασίφρονα χρυσόν. ἐνυπνίῳ
Δ' ὡς τάχιστα πιθέσθαι
Κελήσατό μιν. ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ
Καρταίποδ' αὖ ἐρύῃ Γαιάοχῳ,
Θέμεν Ἱππείᾳ βωμὸν εὐθὺς Ἀθάνᾳ.

Similiterque in antistropha, et in ceteris. 101. τόσα recte Schmidius. Vulgo τόσσα, inimicum metro. 108. ὅπ- 109. πως idem ex Rom. nam Crat. et seqq. ὅ—πως. [Sic Heynius in textu correxit.] At Ald. ὡς—τί οἱ. 111. χρυσεῦν revocavit Schmid. ex Brub. quæ Romanam expressit. Ald. vero et Crat. Morell. cum Steph. et hinc seqq. et parte codd. Bodl. χρυσὸν, haud dubie elegantius. At desideratur syllaba longa. Ut producat syllabam, Pauw tibicine eam fulcit χρυσόν γ'. At enimvero ex Mingarelli distributione versuum (v. ad v. 100.) nil mutandum: 111. δαμασίφρονα χρυσόν. 112. ἐνυπνίῳ δ' ὡς τ. πιθέσθαι 113. κελήσατό μιν. ὅταν 114. δ' εὐρυσθενεῖ — γαιάοχῳ. 114. αὐρύῃ, ut metro consuleret, et quia Schol. rec. ἀερύῃ (ἀντὶ τοῦ ἀειρύῃ) exhibet, (Aug. ἀν' ῥύῃ cum gl. ἀναστήσῃ, θύῃ) Schmidius refinxit, admodum dure, pro vulgari αὐειρύῃ, quod saltem scriptum relinqui, αὖ ἰρύῃ, (notum ex Il. α. 459. sc. victimam) et contracte ac *dissyllabum* pronuntiari debet. Pauw -ποδ' αὖ ἰ- tribrachyn pro iambo positum habet: quod non probo. Aldus: ἀναρύῃ, vitiose, seu pro αὖ ἰρύῃ, seu pro ἀειρύῃ, quod etiam Steph. alteram obsidet. Tandem γαιάοχῳ dici posse non dubito, ex Dorico γία pro γῆ, γαῖα, verum, an α tum productum sit, dubito. præferam itaque γαιαόχῳ, quod et Aldus offert: in hoc enim α longum ex η, γαιήοχος. Legitur quoque is Isthm. vii. 5. P. iv. 58. 115. Ἰππίᾳ alii ap. Schmid. et Oxon. vera lectio esset ἱππίᾳ. Sic solet.

108. ἀπ' ἐκείνου χρήσιος: μετὰ τὸν χρησμὸν ἐκείνου, μετὰ τὸ τὸν Πολύϊδον χρῆν, μαντεύεσθαι. Mox 111. δαμασίφρονα lyrice dixi χαλκόν.

114. καρταίποδα h. ταῦρον σφάξαι. Jubet Polyidus, sacro Neptuno facto, aram Minervæ exstruere: sc. Χαλκιόκῳ Paus. ii. 4.

Πληροῖ δὲ θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ' ὄρκον
Καὶ παρὰ ἐλπίδα κού-
φαν κτίσιν γ'. ἦ τοι καὶ ὁ καρ-
τερὸς ὁρμαίνων ἔλαβεν
Βελλεροφόντας, φάρμακον
Πραὺ τείνων ἀμφὶ γένυ,

E. δ'. K. ιά.

Ἵππον πτερόεντ'. ἀναβὰς
Δ' εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζεν.
Σὺν δ' ἐκείνῳ καί ποτ' Ἀμαζονίδων
Αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλ-
πων ἐρήμου τοξόταν βάλ-
λων γυναικεῖον στρατὸν,
Καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν,
Καὶ Σολύμους ἔπεφνεν.

116. δὶ non est in Ald. sed θεῶν una syllaba potest pronuntiari. 118. γ' excidit MS. Bodl. et α. etiam Aldinæ, in qua κτῆσιν, vitiose, ut et v. sq. ἴλι pro ἴλαζι. 121. γίνυ Bodl. et Ald. quod contracte legendum, et in idem vulgaris scriptura γίνυ resolvi potest: γίνυ pro γίνυ. Aug. γίνυ'. Necesse tamen non est. 123. ἵππιξιν Rom. et hinc aliæ. it. bini Bodl. et Aug. 125, 126. Miror poetæ placuisse duo epitheta uni voci tributa, altera relicta sine epitheto: telis petiit Amazonas ἀπὸ κόλπων αἰθέρος ψυχρᾶς ἐρήμου. expectares ψυχρῶν ἀπὸ κόλπων. Declarat autem Scythiam, Amazonum sedem. [129. In ἴπιφιν Heynius delevit ν finale.]

116. δύναμις θεῶν πλαρῶ κτίσιν (ἀπὸ τοῦ κτίζειν, pro πράσσειν) h. e. δύνανται θεοὶ τελεῖν πρᾶγμα. tum παρ' ὄρκον καὶ παρ' ἐλπίδα declarat rem, *quæ eventum habet præter spem*, h. e. *contra quam sperasses et jurasses, eam eventuram esse.* κούφαν κτίσιν malim jungere, ut sit *res facili successu.* [ut fiat κούφως. *Ex Schedis.*] Nam etsi ἐλαφρὰ κούφα per se bene dicatur, non tamen video, quem commodum sensum h. l. fundat; at si prius teneas, videtur locus sic constitui posse: *ad eventum adducere valent dii etiam rem præter opinionem facilem*, h. e. ita ut sit facilis. Mox 120. φάρμακον, *frenum*, quod v. 97. erat φίλτρον. In re magica sunt synonyma. Et 123. 4. σὺν ἐκείνῳ, Pegaso insidens. ἐνόπλια χαλκωθεὶς, h. ἐνοπλισθεὶς χαλκῷ. Præstat, puto, ἐνόπλια ἔπαιζεν, *bellico more.* Apud Callim. in Del. 133. clipeus hasta percussus ἰλίλαξεν ἐνόπλιον, *ut fit in pugna.*

Διασιγάσομαι αὐτῷ μόρον.
Τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι
Ζηνὸς ἀρχεῖαι δέχονται.

Σ. ἑ. Κ. ιά.

Ἐμὲ δ', εὐθὺν ἀκόντων ἵεντα ῥόμ-
βον, παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ
Τὰ πολλὰ βέλεα καρτύνειν χερσῖν.
Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις, ἑκὼν

130. διασιγάσομαι tres Pal. et sic Aldus edidit, pro διασιωπάσομαι, ita scriptum, quoniam ιω uno sono efferenda sunt. Similiter Isthm. i. 88. σισωπαμένοι. Videtur adeo hoc et doctius et verius. At Scholia ipsa alterum agnoscunt. Porro αὐτῷ Rom. pro αὐτοῦ. sed αὐτῷ doctius. Aldus vero διασωπάσομαί οἱ μόρον ἐγὼ, invito metro. 132. ἀρχεῖαι Rom. et hinc al. ἀρχαῖαι Schmid. cum Ald. Pauwius hoc *antiqua*, illud *regia Jovis præsepia* significare autumat. τὸ ἀρχεῖον, *tabularium*, nota vox est, serior tamen; arguens fuisse ὁ, ἡ, τὸ ἀρχεῖον, *quod ad imperium et regnum spectat, regium*. ἀρχεῖαι φάτναι sunt adeo τοῦ ἄρχοντος. nec simili significatu ἀρχαῖος, ut sit *regius*, occurrit. Quid Schol. vet. legerit, non liquet. Recentior ἀρχαῖαι habet. 133. ἀκόντων—ῥόμβον. Significat ῥόμβος *rotam, turbinem*. At h. l. requiritur *rotatio*. Et fuit antiqua vox ῥύμβος pro κίνησις, quam ex Euripide in Pirithoo illustrat Schol. Apoll. Rh. iv. 144. cui ῥυμβὼν idem est. Hesych. ῥύμβος. δῖνος. 136. ἑκὼν dictum volunt pro εἶκων, quod Aldus quoque exhibet, et Schol. rec. Præstat ἑκὼν, sollenne Græcorum, lubens volens. Etiam Pauw hoc maluit.

130. Etiam Homerus reticescit novissima Bellerophontis fata Il. ζ. 200. seq. Pegaso excussum Bellerophontem, cum in cœlum contenderet, innuit infra Isthm. vii. 63. sq. add. Horat. iv. 11. 26. At Pegasus receptus in Olympum: etiam Hesiod. Θ. 284. sq. ubi etiam Jovis fulmina gerit. Itaque h. l. *præsepe* ejus in Olympo. Non de sidere cogitandum; quod est præsepe *Asellorum* juxta Cancrum: Arat. Dios. 160. sq. Alia narratione inter sidera relatus *Pegasus*; Arat. 205. sq. Eratosth. c. 18. Hygin. P. A. ii. 18.

133. *At mihi videndum est, ne digressione facta evager.* Ne 135. in articulo τὰ hæreas, puta esse dictum pro τὸ πλῆθος βελέων, ut sæpe apud Homerum πολλοὶ pro τὸ πλῆθος. καρτύνειν est pro sollenni ἰσχύειν χερί. ut Apollon. Rh. ii. 332. ἀλλ' ἐν καρτύναντες ἑαῖς ἐπὶ χερσὶν ἐρετμά. καρτύνειν pr. *vim addere, cum vi movere, regere*, nunc *valide emittere tela*.

136. Nondum satis confido lectioni, quam habemus; nec satis placet, quod olim ipse junxeram Μούσαις et Ὀλυγαιθίδαις ἑκόντος, ut ἑκόντος Μούσαις alio sensu dictus sit, quam tribulibus: illarum quidem ὑπηρέτης, *famulus, sacerdos, vates*, his *patronus, laudator*. Nam sunt diversa. Potius sic, etsi durius, constituam: (σὺν) Μοίσαις ἵξαν ἑκὼν ἑκόντος Ὀλυγαιθίδαισι (κατὰ τὰ) Ἰσθμοῖ τι, τά τ' ἐν Νεμέᾳ (κραχθέντα), *venio etiam tribulibus victoris promtus laudator, patronus*, ut alias *testis laudum*; pro simplici: *Est mihi etiam tribulium victoris*

Ὀλιγαιθίδαισίν τ' ἔβαν ἐπίκουρος
Ἰσθμοῖ, τά τ' ἐν Νεμέᾳ. Παύρῳ δ' ἔπει θήσω φανερ' ἀθρῶ, ἀλαθής τέ μοι ἔξορκος ἐπέσσεται· ἑξηκοντάκι γὰρ
Ἀμφοτέρωθέν γ' ἀδύγλωσσος βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ.

A. é. K. iá.

Τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν ἔοικεν ἤδη πάροιθε λελέχθαι.

137. Ὀλιγαιθίδαισιν Ed. Rom. sed statim ex Ald. emendavit Ceporinus in Crat. 138. Dubitat Pauw, an malit: Ἰσθμοῖ σ', (debebat θ') ἄ σ' ἐν *N.* Certe jungenda cum anteced. ἔβαν ἐπίκουρος Ἰσθμοῖ. Sic fere sup. Ol. ix. 124. πρόξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίασι A. μίτρᾳς. Schema autem fere ut P. iv. 232. νίκησεν ἐν θ' ἁμίλλαις. 140. ἔξορκος pro ὅρκος dictum esse et sententia arguit, et interpretum auctoritas firmat. Durum tamen, et sine exemplo. Pauw conj. μοι ἐξ ὅρκου, ut ἐξ sit pro ἔξω, publice. Lenior medicina foret: ἀλαθής τί μιν ἐξ vel σ' ἐμοῦ ἐξ ὅρκος ἐπίσσεται. h. ἐξ ἐμοῦ ὅρκος, ut sæpe poetæ. 141. ἑξηκ. δ' ἀμ. Ald. 142, 143. Supplendum ἐγένετο, vel cum Schol. ἀνεκήρυξεν αὐτούς. [γ' Heynius delevit.] 144. ἔοικεν jejuna oratio. Videtur laborare, etsi λελέχθαι et φαίην accipiendum poetico ex usu pro *celebrare*. *Satis jam memoravi antea* (pr. et 45—8.) *Olympicam victoriam.*

mentio facienda, qui Isthmiis et Nemeis sexagies victores fuere. ἔβαν, ut xiv. 27. μόλον, pro ἔρχομαι [Similiter κάρυξ ἔβαν N. iv. 120. *Ex Schediis.*]

143—149. Valde concise dicta sunt quæ sequuntur. βοὰ sc. ἐγένετο. 144. *Olympicæ Oligæthidarum victoriæ jam antea celebratæ sunt:* sive alio carmine, seu solius Xenophontis victoriæ Olympicæ fuere, supra 41—46. memoratæ; et v. 1. περὶ Ὀλυμπιονίκαν dixerat. Sequentia grammatice non satis expedio. τότε substituendum erit ὅτε ἔσται. Debebat sequi: ὅτε δὲ δαίμων γενέθλιος ἔρπει. *si porro Fortuna, Genius natalis, adfuerit.* Exciditne structura poeta, an scripserat ille: εἴη δαίμων, ut reliqua (νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μὰν τέλος) in medio sint interjecta? Ut nunc verba sunt, reliqua sic expedio: *νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, nunc saltem spero, me ea esse celebraturum.* ἐν θεῷ γε μὰν τέλος, *exitus utique est in dei manu.* Διὶ Ἐνυαλίῳ τε ἐνδώσομεν πράσσειν τοῦτο, *Jovi et Marti hoc permittemus efficere.* Cur tamen Marti, non possum exputare: Mars enim cum ἀγῶσι nihil unquam commune habuit; nec veteres Grammatici expedire hoc potuere. Fuit forte Mars præcipuo tribulium honore coli solitus. εἰ δαίμων γενέθλιος ἔρπει· quoniam ἔρπει, non ἔρποι, scriptum est, malo optative dictum accipere, ut interpositum sit: *utinam fortuna, quæ inde a natalibus adfuit Oligæthidis, Genius natalis, porro adsit.* Forte quoque scriptum fuit εἴθε,

Τά τ' ἐσσόμενα τότ' ἂν φαίην σαφές·
Νῦν δ' ἔλπομαι μέν. ἐν θεῷ γε μὰν
Τέλος. εἰ δὲ δαίμων γενέθλιος ἕρποι,
Διΐ τοῦτ' Ἐνυαλίῳ τ' ἐκδώσομεν πράσ-
σειν. τὰ δ' ἐπ' ὀφρύϊ Παρ-
νασσίᾳ, ἀμφ' Ἀργεῖ θ' ὅσ-
σα, καὶ ἐν Θήβαις. ὅσα τε
Ἀρκάσ' ἀνάσσων, μαρτυρή-
σει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ,

Ε. έ. Κ. ιά.

Πελλάνα τε, καὶ Σικυὼν,
Καὶ Μέγαρ', Αἰακιδᾶν τ' εὐερκὲς ἄλσος,

148. εἰ δὲ *utinam vero*, optative, Mingarell. quoque accipit. v. Not. 149. Διΐ una syllaba pronuntiandum. 150. Παρ- 151. νασίᾳ. Ἐν Ἄργει θ' Ald. At Calliergus emendavit prius, Παρνασσίᾳ ἀμφ'. alterum autem corrupit Ἄργει τε, ὅσ-. Ut nunc est, repositum est a Schmidio ex Pal. A. et B. 151, 2. Pauw interpungere jubet: ἀμφ' Ἀργεῖ θ', ὅσα καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα τε. malit quoque ὅσα δὴ, hoc quidem non male. Sed priora cum admiratione sunt efferenda: ἀμφ' Ἀργεῖ θ' ὅσα, καὶ ἐν Θήβαις; ὅσα τε (sc. ἐν) Ἀρκάσ'; aut, quod verum esse arbitror, ὅσα τ' ἐν Ἀρκάσ'. At quæ sequuntur, nulla idonea ratione expediri possunt; etsi aliquando, ut id efficerem, laboravi. Pauw emendabat ἄναστες v. 153. pro ἄναστον sc. Xenophontis cognati vel gentiles. Quæ ipse arioler, vide in Nota.

utinam. εἴθε δαίμων γενέθλιος ἕρποι! Διΐ —ἕρπειν, ἔρχεσθαι, *procedere.* Est autem δαίμων γενέθλιος, *ingenita virtus athletica*, ἀρετὴ συγγενὴς, εὐδοξία συγγενὴς, Nem. iii. 70. πότμος συγγενὴς, Nem. iv. 68. v. 73, 4. Est hic δαίμων Ξενοφῶντος sup. v. 38. et δαιμονίαις εὐχαῖς Ol. ix. 164. Ad Oligæthidas autem omnia spectant, non ad unum Xenophontem.

178. Monet poeta Hieronem, ne adulatorum vocibus aures præbeat. v. 179. κέρδη non sunt de lucro, sed, quod jam monuere viri docti, de adulatorum, qui εὐτράπελοι, *faceti* ipsi sunt, fraudibus intelligenda. [εὐτράπελος, *gewandt.* pr. de corpore agili. *Ex Schedis.*] Concinit Diod. xi. 67. *Qui successerat Geloni, Hiero fratrum natu maximus, non eandem imperandi rationem sequutus est*: ἦν γὰρ φιλάργυρος καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τῆς ἀπλότητος καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατος. [Cf. Aristotel. de Rep. v. 11. 10. *Ex Schedis.*] Lucem hinc fenerantur et alia loca Pyth. ii. et iii. Duplici autem modo sententia constitui potest; aut sic: *Noli te pati circumveniri fraudulentis adulatorum blanditiis*, laudibus. Non adulatorum voces, sed *gloria post mortem superstes, a poetis et historicis tradita, declarat posteris, qualis aliquis fuerit.* Ita accipiendum (ἐν) λογίοις καὶ ἀοιδοῖς ex perpetuo more pro διὰ λογίων κ. ἀ. Sunt autem λόγιοι historici, puto. Etiam sic N. vi. 51. Commentator sententiæ est Diodor. xi. 38. Ex altera ratione, si λογίοις καὶ ἀοιδοῖς tertius casus sit, quibus traduntur a fama mortuorum regum laudes, sententia exoritur hæc: *ut ea post mortem demum ad poetas et historicos perveniat, iisque declaret, qualis vita regum fuerit.* Hæc interpretatio molestior est, et hoc quoque incommodi habet, quod et *viventes* reges ab historicis et poetis celebrari possunt et celebrantur. [Contra Gurlitt. *Ex Schedis.*]

184. *Crœsus adhuc laudatur propter benevolentiam et facilitatem.* Videntur hospites eum adiisse plures, exemplo Solonis; et forte eodem spectant munera per urbes et templa Græciæ ab eo dedicata.

Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυ-
τῆρα νηλέα νόον
Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾷ φάτις.
Οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπω-
ρόφιαι κοινωνίαν
Μαλθακὰν παίδων ἀέροισι δέχονται.
Τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἆθλων·
Εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖ-
ρ'. ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
Ὅς ἂν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ,
Στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

idem in φθίνω, monet Pauwius. Scilicet post Homerum φθίνω priore correpta usu habitum, ut ap. Tragicos; v. c. Eurip. Alc. 201. ζητῶν· φθίνει γὰρ καὶ μεμίνηται νέοφ. Etiam noster corripit sic inf. iv. 471. v. 161. 187. αἰσχρὰ—φήμη Schol. seu ex glossa seu varietate scripturæ. 191. Qui vulgo legitur versus, εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρ. ἄ. a Schmidio, male de metro sollicito, est concinnatus. Librorum et vett. edd. lectio est: τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἆθλων, proba, etiam Pauwio judice. ἄθλων tamen refingere possis: ut etiam Bodl. γ. exhibet. Scilicet non observatum erat a viris doctis, Mingarello excepto, primum pedem in hoc versu esse Pæonem quartum; quod v. 74. docere poterat; itaque male corrupti fuerunt vss. 113. 152. add. 35. 74.

188.—190. In carminibus juvenum inter epulas cani solitis nulla Phalaridis fit mentio. κοινωνίαν· οὐ δίχονται μιν κοινωνὸν, quatenus non admittunt ejus nomen in carmine, nec adjungunt aliis quos celebrant; adeoque omnino non eum memorant. μαλθακὰν, suavem, (ἐν) παίδων ἀέροισι, cantibus inter epulas, hinc epitheton ὑπωρόφιαι.

191. Bonum successum habere [εὖ πράττειν. Ex Schedis.] prima est felicitas. ἆθλον, præmium, bonum. Præclare factorum laudatores habere proxima felicitas. εὖ παθεῖν: conf. ad Pyth. iii. 186. Sententia et ab aliis expressa: forte ante oculos locus fuit Euripidi Hippol. 1016. sq.

[194. ἵλῃ. l. vicerit, l. consequutus fuerit. Ex Schedis.]

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ β.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΙΕΡΩΝΙ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Ad Syracusas conversus poeta se eis hymnum ferre propter Hieronis victoriam curulem nuntiat—23. deberi Hieroni hymnum propter summa viri merita: quod illustrat antiquo Ixionis dicto, qui ingrati animi pœnas luit. Inde e v. 89. sententias subjungit, quibus narrationem firmet, et a v. 96. sé ab opprobrio male-dicentiæ in heroem purgat. Inde v. 101. ad Hieronis laudes progreditur: contigisse ei sapientiam cum virtutis et fortunæ bonis. A v. 125. bona consilia et monita subjungit.

Σ. ά. Κ. ιέ.

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΕΣ ὦ Συρά-
κοσαι, Βαθυπολέμου

Quibus ludis victoria hæc curulis, nam curulem fuisse dubitari nequit, parta fuerit, disputant grammatici ad v. 9. [Prius in festis epulis in urbe Ætna, deinde Syracusis celebratam esse opinatur Kuithan *Versuch* p. 16. Ad Olympicam refert Gurlitt. nam aliquam obtinuisse narrat Pausanias i. 8. et Ol. i. 176. pollicetur. *Ex Schedis.*] Ex voc. πώλους v. 19. nolim argumentum petere; nam poetice pro ἵππους omnino dicitur sæpe. Constat certe inter eos, Pythicam non fuisse, et carmen aliunde alieno loco esse insertum. Thebis fuisse missum carmen ἐπινικολιμπαῖον, e v. 6. et 125. intelligitur; cujus generis tamen fuere plura in hoc ipso volumine. Quam idoneum tale carminis genus sit

Τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
Ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν
Δαιμόνιαι τροφοί·
Ὕμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν
Φέρων μέλος ἔρχομαι
Ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος·
Εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων
Τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρ-
τυγίαν στεφάνοις,
Ποταμίας ἔδος Ἀρτέμιδος·

4. *Ἵππων τι σιδαροχαρμᾶν.* Debet hoc esse ex *ὁ σιδαροχάρμης*, adeoque *Ἵππων* ab *οἱ Ἵπποι*, non ab *αἱ Ἵπποι*. 6. *λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν* (deb. saltem *Ἀθηνᾶν*) olim emendaverat Dionysius Phaselites, quod non Pythiis, sed in Panathenæis victori Hieroni scripta esse prodebatur a nonnullis hæc Ode. v. Schol. ad v. 1. Perperam. Nam missum a Pindaro Thebis. *ὕμμιν* Oxon. ex ed. Commelin. cett. *ὔμμιν*. Æolice s. Dorice. 7. *μέλος—ἀγγελίαν* pro *τὸ ἀγγέλλειν*.

lyricæ poesi, equidem non dicam. Inter *ἰγχάμια* fuisse suspicetur aliquis ex v. 24. sqq. Ad v. 127. *ὑποχηματικὸν* facit Grammaticus; fuere autem Pindari *ὑποχήματα*: vid. Fragmenta p. 26. sqq. et p. 7. Ipse poeta *Καστόρειον* appellat v. 127. quod nomen æque obscurum est, et probabile fit, nihil aliud significare quam *ἱππικόν*, Ol. i. 163. *ἱππικῷ νόμῳ*. cf. Pyth. xii. 92. Isthm. i. 21. *ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ὕμνῳ*. Non enim eo modo licet accipere, quo *τὸ Καστόρειον μέλος* dictum fuit apud Lacedæmonios, quod ad rhythmum *ἐμβατήριον* est referendum: carmen quod canebatur instante prœlio. Apud Plutarch. in Lycurgo p. 53. prœlio jam committendo rex jubet *τοὺς αὐλητὰς αὐλεῖν τὸ Καστόρειον μέλος*. v. annd. de Musica Opp. t. ii. p. 1140. C. Pollux, iv. 78. cf. Klotz ad Tyrtæum p. 166. Omnino in Hieronem carmina fuere Pindari plura: ut nolim ariolando otium perdere. v. Fragmenta p. 7. sqq.

3. Syracusæ *τέμενος Ἄρεος*, non, puto, quia in Martis tutela erant, aut ejus cultu insignes; sed simpliciter, quia bellicosi erant Syracusani; ut de Locris Ol. x. 19. *μέλει δέ σφισι χάλκειος Ἄρης*.

12. *Ortygiam* insulam *ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος*. nam Dianæ fuit ea insula sacra, Diod. v. 3. unde Ortygia Nymphas inter Dianæ inf. Nem. i. 3. Et erat Dianæ templum in insula: v. ap. Dorvill. Sicul. p. 196. sq. *ποταμίας, τῆς Ἀλφειάδος* ait Schol.—Noti sunt amores Alphei Peloponnesii fl. et Amthusæ fontis Ortygiæ. Diana Alpheæa colebatur in Elide, Paus. vi. 22. Ambit tamen insulam Anapus fluvius.

Quod v. 16. sq. Diana, Mercurius et Neptunus quadrigas ad certamen adornant, ut ad Isthmia hoc trahatur, vellem esse aliquid, quod cogat ita statuere; etsi et in templo Neptuni Isthmii signa eorum deorum memorantur ap. Paus. ii. 2. At bene Diana memo-

Τᾶς οὐκ ἄτερ κείνας ἀγαναῖσιν ἐν
Χερσὶ ποικιλανίους
'Εδάμασσε πώλους.

A. α'. K. ιε'.

'Επὶ γὰρ ἰοχέαιρα παρ-
θένος χερὶ διδύμᾳ,
"Ο τ' ἐναγώνιος Ἑρμᾶς,
Αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον,
Ξεστὸν· ὅταν δίφρον
"Εν θ' ἅρματα πεισιχάλινα καταζευ-
γνύῃ σθένος ἵππιον,
'Ορσοτρίαιναν εὐρυβίαν καλέων θεόν.
"Αλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος ἀνὴρ

13. κείνας—πώλους. Suspicari in promtu est, fuisse κλεινάς. 17. χερὶ repetiit ex Ald. Schmid. Alii χειρὶ, quod Iambicum metrum respuit. διδύμᾳ Ald. Rom. et al. ut Diana sit διδύμη, minus bene. 20. Mingarell. conj. ὅτ' ἐν δίφρον ἴν θ'. 21. ἅρματα post δίφρον displicent Pauwio: emendat itaque ἕρματα, ut hæc sint ζυγὰ et lora: quem tamen significatum aliunde non firmat, nisi quod ait, polysemon esse vocem et ab εἴρω ductam. Multa argutantur Scholia; est in his: ὅταν καταζευγνύῃ σθένος ἵππιον (h. τοὺς ἵππους) ἐν δίφρον ξυτὸν ἅρματά τι πεισιχάλινα, ut ἐν æolice et dorice pro εἰς (ἐνς, unde factum ἐς, mox productum εἶς, et ἐν) posita sit. Exempla laudant Maittaire de dialectis et Kœn. ad Gregor. Corinth. p. 163. Eustath. in Il. ε' p. 722. 6. Salmas. ad Inscript. Herodis p. 68. Valken. ad Theocr. p. 364. Expeditior est junctura: ὅταν Hiero ἐγκαταζευγνύῃ σθένος ἵππιον (εἰς) δίφρον ἅρματά τι. 22. Scrib. ἵππιον pro ἵππιον.

rata est, quia ejus templum in Ortygia erat: Mercurius propter certamina, unde ἐναγώνιος dictus, et Neptunus propter equos domitos, ut toties: Pyth. vi. 49. sq. Ol. v. 49.

24. ἐνίλιεσσιν pro τιλεῖ. *Alii poetæ celebrant alios. Hiero celebratur a Locris propter merita in eos*: depulso Anaxilao tyranno, qui bello eos oppugnare aggressus erat. Præparat autem sententiam: inter omnes alios Hieronem esse celebrandum. *Resonant*, adeoque *canuntur* φᾶμαι ἀμφὶ Κινύραν, *carmina in Cinyram*, ex sollenni vocis usu in hymnis: ut Hymn. in Bacchum: 'Αμφὶ Διώνυσον —μνήσομαι. et xx. 'Αμφὶ Ποσειδάωνα θεὸν μέγαν ἄρχεμ' ἀείδειν. Eurip. Troad. 511. et alibi. Sicque ἀμφὶ ἄνακτα et e Terpandro ἀμφί μοι ἄνακτα, sc. cane Musa; ut in Hymn. Hom. xvii. ἀμφί μοι Ἑρμείαν φίλον γόνον ἔννεπε Μοῦσα. Aliter se habet ἀμφὶ ἄναξ h. ἀμφί μοι ἴσθι, *ades mihi*: ut in Aristoph. Nub. 595. 'Αμφί μοι αὖτε Φοῖβε ἄναξ. Confusa pas-

Εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕ-
μνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.
Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων, τὸν ὁ
Χρυσοχαΐτα προφρόνως
Ἐφίλασ' Ἀπόλλων

Ε. ά. Κ. ιδ'.

Ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας.
Ἄγει δὲ χάρις φίλων
Ποί τινος ἀντὶ ἔργων
Ὀπιζομένα· σὲ δ', ὦ Δεινομένειε παῖ,
Ζεφυρία πρὸ δόμων

25. ὐμνοχίαι Pal. C. et Gott. et sic ex Schol. unus: ἢ ἐφ' ᾧ ἐστιν αὐχῶν. Ad ὐμνοχὰς pro ὐμνοχὰς doctæ sunt disputationes Toupii in Epist. crit. p. 144. Emendation. in Suid. t. iii. p. 304. Koppiers. Obss. philol. p. 89. quas omitto, quia ad Pindarum nihil faciunt. 29. χρυσοχαΐτα dorica forma (ut ἱππόται pro ἱππόται et alia, v. c. μητιόται, πιφιλημιόται, apud Homer.) refinxerat post Rittershusium Schmidius, ut ditrochæum recuperaret. Auctoritatem desiderabant Oxonienses: quam suppeditat utique Aldina. Ferri tamen posse ait Pauw spondeum. 33. ποί τινος divisim scripsi, ut par erat, monente quoque Pauwio, et Ald. Romanaque præeunte. Male vulgo ποίτινος, in quo tricantur interpretes. Schmidius Jerem. Spigelii conjecturam in textum receperat, ποίτιμον esse enim ποινὴν poetæ pro retributione. Utique ποὶ jejunum est. Licet substituere ποί. ἄγει δέ τοι (sane τὸν ὕμνον ex 25, 26.) χάρις ἐπιζομένη τινὸς ἀντὶ ἔργων φίλων, *grata mens deveneranda aliquem* (devenerandi caussa) *pro beneficiis* acceptis. [solet enim grata in aliquem mens etc. *Ex Schedis.*]

sim hæc. Mingarell. malit Κύπριον—Κινύραν, agi enim de regibus omnino a poetis laudatis, non a poetis Cypriis sigillatim. Occurres, si carmina a Cypriis cani solita intelligas. Idem v. 31. ἱερέα Ἀφροδίτας ad templum Veneris a Cinyra conditum refert, cujus ipse sacerdos fuerit. Fabulæ de Cinyra esse debuere plures et variæ: v. Meurs. in Cypro ii. 11.; modo is Veneris fuit amasius, modo Apollinis, ut h. l. v. Notas ad Apollodor. p. 825. et paullo ante 822. 3. Præferam adeo distinctionem ἐφίλασ' Ἀπόλλων ἱερέα, κτίλον Ἀφροδίτας, tanquam simpliciorem, et credam, Pindarum diversam a vulgari rationem esse amplexum. De voce κτίλος [pr. *cicur. Ex Schedis.*] multa videri possunt ad Hesych. h. v. ad Herod. iv. p. 331. add. Schol. ad Pindar. h. l. ad Nicand. p. 23. ad Iliad γ. 196. Sufficit h. l. esse *amasium, delicias.*

35. πρὸ δόμων, in sollennibus publicis; puellarum choro ducto, aut in choreis puellaribus.

Λοκρὶς παρθένος ἀπύει,
Πολεμίων καμάτων ἐξ ἀμαχάνων
Διὰ τεὰν δύναμιν δρακεῖσ' ἀσφαλές.
Θεῶν δ' ἐφετμαῖς
'Ιξίονα φαντὶ ταῦτα
Βροτοῖς λέγειν ἐν πτερόεντι τροχῷ

37. ἀμηχάνων ed. Rom. sed ex Ald. statim dorica forma retracta in Crat. 38. δραμεῖ' Oxonienses ex Bodl. C. reposuerant, ut δραμεῖται ἀσφαλὲς sit δραμοῦται ἀσφαλῶς, *libere ante domos discurrens*, ἀπύει. Sed primo forma passiva verbi nota non est; δραμεῖται vel δραμεῖται scriptum esse debuit; tum humilis quoque ac pedestris exiret oratio, ut quidem viri docti eam instituunt. Revocanda ea erat ad elegantiorem sententiam: ut δραμεῖν ἀσφαλὲς sit a navium cursu sumtum, εὐρυδρομεῖν h. εὐτυχεῖν. Vulgata lectio erat δρακεῖ', quam Pauwius tuetur, ut δέρκεσθαι sit pro *vivere* ex Homerico noto: ἐμεῦ ζώοντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. sed et hoc infringit poeticam vim. Saltem Locra puella, liberata metu, securitatem ore vultuque prodat, adeoque *tueatur fidenter et libere*: ut contra *oculis incertis errare solent timentes*. Sic fere Schol. δέρκουσαι ἱλαρόβλεφον. ἀσφαλῶς Pal. C. et Ald. cum Bodl. γ. interpretamentum est. Supra doctius etiam dixerat ἐρᾷν ἁλμάν, Ol. ix. 166. Non tamen aliande nota est forma ἰδράσσω et δρασμός, mirumque est poetam non maluisse δρακεῖσα vel δρακοῦσα, ab ἔδρακον, ex δέρκω, dicere. [Non debebam de forma δρασμός dubitare. Occurrit ea in Fragment. Scolio ii. 4. p. 11. *Ex Addendis.*] 41. πτερόεντι Rom. ed. haud dubie typographi vitio: retinuerunt tamen edd. sequentes præter Commelin. cum tamen Aldina expresse haberet πτερόεντι, quod recte revocavit Schmid. assentientibus Pal. C. Gott. et Aug. cum Schol. quem v. ad h. l. cf. ad Virg. Ge. iv. 484., ubi *vento* ex eo declarari potest, quod Asclepiades in tertio τῶν τραγῳδουμένων narraverat nonnullos tradere: ὑπὸ γὰρ δίνης καὶ θυέλλων αὐτὸν ἐξαρπασθέντα διαφθαρῆναι φασίν. unde alii poetæ turbinem procellosum in rotam vento procelloso circumactam, τροχὸν ἀνέμου, πτερόεντα, ἀνέμεντον, transformasse videntur; ut factum in aliis fabulis Æolicæ gentis: hoc enim genus fabularum deprehenditur esse minus scitum ceteris et a sequioribus poetis passim immutatum. Ipsa fabula de nube et de Centauris non aliunde orta videtur, quam quod ii, qui Pelion montem inhabitabant, ad Ixionem genus suum referentes, ab aliquo vetere poeta a celeritate cursus πόνταυροι, οἱ πόντου τὴν αὖραν, *aërem secantes*, et ἱππονέφελαι appellati erant. Ex αὖρα facta νεφέλη,

38. δρακεῖ' ἀσφαλὲς, metu liberata, adeoque *vultu erecto*, hilari, secura ipsa et rebus fidens. [Anaxilaus, rex Rheginorum, Locros Epizephyrios adortus, Hieronis monitu pacem fecerat. *Ex Schedis.*]

39. seq. φασὶ δὲ Ἰξίονα κυλινδόμενον ἁρπαγαῖς θεῶν etc. Ex dicto Ixionis videtur Virgilius petiisse suum. *Discite justitiam*, Æn. vi. 620. ubi conf. et ad Ge. iv. 424. Ad nostrum v. Schol. Od. φ. 303. et Schol. Eurip. Phœn. 1197. pleniora ap. Musgrav. ad v. 1220. alia apud Morell. ad Aristid. in Leptin. p. 96.

Παντᾶ πυλινδόμενον·
Τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς
Ἐποιχομένους τίνεσθαι.

Σ. β'. Κ. ιέ.

Ἔμαθε δὲ σαφές. εὐμενέσ-
σι γὰρ παρὰ Κρονίδαις
Γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μα-
κρόν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον,
Μαινομέναις φρεσὶν
Ἥρας ὅτ' ἐράσσατο, τὰν Διὸς εὐναὶ
Λάχον πολυγαθέες·
Ἀλλά νιν ὕβρις εἰς ἀάταν ὑπεράφανον

et hinc reliquæ nugæ, de Junonis tanquam aëris amplexibus. Depravatior alia lectio est Bodl. γ. *πυρίνι*. forte, *πυρίντι*. 44. *ἐποιχομένους* Cod. Aug. et Bodl. γ. quæ vulgarior ratio, pro *ἐποίχεσθαί τινα χάρισι*, vel, *χαρίτων ἀμοιβῇ*, et h. l. ornatius, *ἐποιχομένους τίνεσθαι*. 48. γ' male excidit ed. Rom. et hinc aliis. 49. *φρασὶν* ex *φρησὶν*, (*φρὴν*, *φρὰν*) receperat Schmidius ex Aug. et, ut ait, ex aliis quibusdam, nescio quibus. Vulgg. *φρεσὶν*. Miror eum non vidisse, *a* produci, nec in *φρεσὶ* quicquam displicere posse.— 50. *ἐράσσατο* Schmid. ex Ald. et August. vulgo *ἐράσατο*. etiam codd. 52. *νὶς*, quod et Bodl. γ. habet, metro monente subjecit Schmidius pro *ἰς*. Ita quoque mox *ὦρσεν* Oxonienses ex Schmidii monito pro *ἔρσε* receperunt. *αὐάταν* editum erat Æolicum pro *ἄτην*, *ἀάταν*, æolica inter duas vocales adspiratione, quam melius *ἀFάταν* scripseris, quam, ut nunc exarabatur, *αὐάταν*. Dawes Miscell. crit. p. 181. *ἀωάταν*. add. Knight p. 56. Cum tamen in omnibus aliis Digamma neglectum et extritum sit: (qua de re agam alio loco accuratius;) melius, puto, antiqua illa Græcorum ratione omissa, nostram scripturam sequemur, simpliciter ut exaretur *ἀάταν*. Pauwius ea de caussa vocem damnat, quod subjici ait plane tautologum: *ἐξαίρετον ἄλλο μόχθον*. itaque præclare emendare sibi visus est: *ἀπάταν*, scilicet, quod alias ille dicere solet, lutea pro aureis subjiciens. Non vidit

43. *δεῖν τοὺς βροτοὺς τὸν εὐεργέτην ἐποίχεσθαι* (*officere*, ut Ol. iii. 72.) *ἀμοιβαῖς ἀγαναῖς*, *benevola retributione*, *καὶ τίνεσθαι*, h. e. *ἀνταμείβεσθαι*. Et mox *ἔμαθε τοῦτο σαφὴς*, *σαφῶς*, sc. *ἔτι δεῖ τοὺς εὐεργέτας ἀνταμείβεσθαι*. Nam ipse, quod diis gratiam nullam retulerat, ingrati animi pœnas luit in inferis. Similis carminis color erat sup. Ol. i. 87. sq. ubi *καταπίψαι μέγαν ἄλβον οὐκ ἰδυνάσθη*. Mox 47. *ἑλὼν* poetæ idem quod *ἔχων*, ut aliquoties.—51. *λάχον* itidem pro *ἔχουσιν*. *ἃ ἔχεται ἐν εὐνῇ*. Ita verba vulgaria abhorret poeta.

52. *Animi felicitate ferocientis insolentia in magnam calamitatem cum adduxit.* *ὑπερήφανον* pro *ingens* accipere præstat, quam *stultitiam arrogantiæ plenam*, *τάχα δὲ* pro *γάρ*.

Ὦρσεν. τάχα δὲ παθὼν ἐοικότ' ἀνὴρ
Ἐξαίρετον ἕλε μόχθον. αἱ
Δύο δ' ἀμπλακίαι
Φερέπονοι τελέθοντι· τὸ μὲν,
Ἥρως ὅτι τ' ἐμφύλιον αἷμα πρώ-
τιστος οὐκ ἄτερ τέχνας
Ἐπέμιξε θνατοῖς·

Α. β'. Κ. ιέ.

Ὅτι τε μεγαλοκευθέσ-
σιν ἔν ποτε θαλάμοις
Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶ-
το. χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ
Παντὸς ὁρᾶν μέτρον.
Εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ' ἀ-
θρόαν ἔβαλον ποτὶ

vir doctissimus, ἄτην h. l. non esse, ut vertunt, *damnum*, sed *scelus*, et hinc contractam *culpam*, *qua pœnam et malum damnumque*, adeoque et μόχθον, *aliquis sibi arcessit*. Notæ sunt omnes istæ notiones ex Homero, interque eas etiam illa *piaculi*, *culpæ*, *facinoris et improbitatis*, ut in illis: Ἀλιξάνδρου ἵνεκ' ἄτης, Ὅς νείκεσε θεάς. Tandem ὑπερφίαλον Cod. Aug. invito metro: referunt scilicet eam vocem grammatici ad νιν. Sed dignius poeta est: ἄτη ὑπερφάνους, *crimen insolens, ingens*. 54. ἵλε bene ex Ald. repetiit Schmidius; est pro ἵλαθι. Sup. Ol. i. 89. κέρδει δ' ἵλεν ἄταν. *sibi arcessivit, subiit*. A Romana inde vulgg. ἴσχε. saltem deb. ἴσχ'. 57. ὅτι γε vel ὅτι τε monet refingendum esse Pauwius, ut tribrachys pro iambo sit, non pyrrhichius. At sic hiatus infertur. 59. ἐνίμιξε in Schol. occurrit. 65. Κακότατα 66. ἐρθὰν nonnulli ap. Schol. invito metro.

56. φερέπονοι τελέθοντι. pro ἐγίνοντο. ἔφερεν αὐτῷ πόνον. τὸ μὲν, ὅτι τε et v. 60. (τὸ δὲ) ὅτι τε μιγάλοις ἐν θαλάμοις.

57. ἐμφύλιον αἷμα pro φόνον, et οὐκ ἄτερ τέχνης h. σὺν τέχνῃ, *necem ex dolo ac fraude*, accipio, quam *primus intulit inter homines*, primus perpetravit: Deioneo socero, dotem postulante, fossa prunis plena, concremato. v. Schol. ad h. l. Schol. Apollon. Arg. iii. 62. Schol. Eurip. Phœn. 1192. cf. ad Hygin. fab. 57. van Stav. p. 121. [Lustratus tamen et expiatus est a Jove. v. Schol. et Æschyl. Eum. 438. 715. *Ex Schedis.*]

63, 4. Quod vulgari modo diceres: Fecit autem id temere, nec pro conditionis mortalis modulo. Similis sententia Pyth. iii. 106. sq.

66. Constitueram locum sic: σὺναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ' ἀθρόαν ἔβαλον. ποτὶ καὶ τὸν ἔχοντ'. ἐπεὶ Νιφίλᾳ etc. ut sit: ἔβαλον (ἐμβάλλουσι) προσίκοντο καὶ

Καὶ τὸν ἵκοντ'. ἐπεὶ νεφέλᾳ παρελέξατο,
Ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων, ἄϊδρις ἀνήρ·
Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ
Πρέπεν οὐρανίᾳ
Θυγατέρι Κρόνου· ἄν τε δόλον
Αὐτῷ θέσαν Ζηνὸς παλάμαι, καλὸν
Πῆμα. τὸν δὲ τετράκναμον ἔπραξε δεσμὸν,

66, 67. Locus corruptus. Miror, Pauwium ulcus hic latens non attigisse. Turbas interpretum v. ap. Schmid. et Benedict., qui rationem hanc sequuntur, ut καὶ τὸν ποτὶ ἵκοντα sit pro προθίκοντα, προσίκοντα, *ad* inconcessa *etiam hunc accedentem.* parum commode. Saltem dicendum esset, poetam προσίκειν ponere ut ἰφικέσθαι, pro ἐπιτυχεῖν, *consequi, quod volumus, frui.* Tum vero in metrum peccat ἵκοντ' prima longa: ut saltem aoristo efferendum sit, ἰκόντ'. modo id tempus in usu fuisse constaret. Saltem, quo etiam Ald. et Rom. inprimisque Crat. ducunt, interpunctio mutanda, εἰναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατ' ἀθρόαν ἴβαλεν. ποτὶ καὶ τὸν ἵκοντ'. (pro ἵκοντα.) ἐπὶ v. *Illegitimæ vero nuptiæ in magnam sæpe calamitatem conjiciunt* (ἴβαλεν, conjicere solem) *homines. Incidit in illas, attigit eas, earum culpam contraxit, etiam hic Ixion, quandoquidem etc.* Ut *pœnam* et *culpam*, sic *crimen*, poetis προσίψιν, προσίεχεσθαι dictum invenias. Scholiastes junxit: αἴ καὶ εἰς κακότητα ἰνίβαλεν τὸν Ἰξίονα, ut suspiceris, eum legisse ἴβαλέν ποτι καὶ τόν. modo, quod sequitur, ἵκοντ' aut ἰκόντ' attigisset. Jacobs Animadverss. p. 289. conjecturam proposuit: ἴβαλεν, ποτὶ κεῖνον ἰκὼν ἐπὶ N. aut lenius ἴβαλεν ποτὶ κεῖνον ἰκόντ' [*ipsum accedentem ad amplexum Junonis.* Probat Gurlitt. *Ex Schedis.* Etiam Heynius in textu posuit κεῖνον.] pro ἰκόντα. ingeniose; modo de aoristo ἰκὼν constaret, ut, priore brevi, metro caveatur. At ubique occurrit ἰκόμην, ἰκόμενος, priore brevi; et ἵκω priore longa, ut præsens sit. 69, 70. ὑπεροχωτάτα et οὐρανία scribunt vett. edd. recte in tertium casum translata ea a Morellio. ὑπεροχωτάτᾳ (κατὰ) εἶδος jungi jubet Pauw: nec tamen minus bene ipsa nubes ἴκριτι κατὰ τὸ εἶδος τῇ ὑ. Porro οὐρανίου—Κρόνου habet Schol. seu quod sic legit, seu quod Οὐρανίδα (pro -δου) habuit. Bodl. C. et Gott. οὐρανιᾶν: nesciunt, quæ hæc forma sit, Oxonienses; est vero pro οὐρανιῶν θειανῶν, (Οὐρανιδᾶν alienum esset) adeoque præclara lectio: ὑπεροχωτάτᾳ—Οὐρανιᾶν, *præstantissimæ inter deas.* ut sup. Ol. Θ. 83. φέρτατος Κρονιδᾶν de Jove. 71. ἄν γε malit Pauw, quod et ipse malim.

τόν. (ἰκὰ τοῦνον.) Vitium tamen subest. cf. V. L.

70. Nubes ἴκριτι (κατὰ τὸ) εἶδος, *similis erat Junoni.* ut jam Schol. ὁμοία ἦν. Usum hunc vocis illustrarunt jam viri docti, Jacobs l. c. p. 37. etiam Gedike laudabat Eurip. Alcest. 1121. αἴ τι σοὶ δεκτὸ πρίτιν γυναικί.

73. τὸν δὲ pro γάρ. nam *arcessivit sibi* Ixion *rotam*, cui illigatus est. χαλκείους δεσμοὺς dixit Apollon. iii. 62.

E. β'. K. ιδ'.

'Εὸν ὄλεθρον, ὅγ' ἐν δ' ἀφύκτοι-
σι γυιοπέδαις πεσὼν,
Τὰν πολύκοινον ἀνεδέ-
ξατ' ἀγγελίαν. ἄνευ δ' οἱ Χαρίτων τέκε
Γόνον ὑπερφίαλον,
Μόνα, καὶ μόνον, οὔτ' ἐν ἀν-
δράσι γεραςφόρον οὔτ' ἐν θεῶν νομοῖς·
Τὸν ὀνύμαξε τράφοισα Κένταυρον. οἳς
Ἵπποισι Μαγνη-
τίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἐν Πα-

75. Vulgo major distinctio ante 'Εν δ' ponitur. 76. πεσὼν—deb. esse πεσὼν, ut legitur Ol. vii. 126. P. v. 65. At sibi non constat scriptura hac in voce: nam ἵστιον, πίσυρ, aliquoties occurrunt. 77. ἀνδέ-ξατο legit Schmidius et sic Bodl. γ. sed -ν ἀπ. tribrachys esse potest pro iambo. Bodl. C., omisso ἀνδέ-ξατο, v. 78. κἰν ἐ' ἀγγιλίαν habet. Est autem ἀνεδίξατο pro ἀνεδείξατο, *declaravit*, *pronuntiavit*, illam sententiam (tanquam præconio). Nam antiquis δίκω pro δείκω, δεικνύω. Respicit locum Tzetza Chil. vii. 20. sq. 80. ἐν ἀνθρώποισι Aug. e scholio. 81. ἐν θεῶν νόμοις. Pauw inclinat in δόμοις. quidni νομεῖς, h. *sedes*, *loca* deorum, exquisitius? Habet tamen et νόμοις suam laudem. 82. τραφοῖσα Ald. pro τραφεῖσα, at Romana τράφοισα, et hinc cett. Aiunt Dorum esse, retrahere acutum. Respicit locum Eustath. ad Il. β. p. 338. 84. Apud Galenum lib. iii. de usu part. qui locum hunc laudat, ἔμιγνυτο.

78. Monstrosum illum, ἄχαριν, peperit nubes μόνον, cui similis alius non est natus, et ipsa μόνη, cum nulla alia femina tale monstrum ediderit, οὔτ' ἐν ἀνδράσι γεραςφόρον, οὔτ' ἐν θεῶν νομοῖς, *non honoratum*, pro *invisum*, *detestandum*. Virgilianum: *nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.* Hic Centaurus nondum est forma equina: fœdo tantum est adspectu. At ii, quos ex equabus ille suscepit, sunt veri Hippocentauri v. 86. sq. Diverso ergo ab aliis modo mythum narrat Pindarus. Mingarellus a monstrosa forma hoc ipsum ducit, quod, a puellis non admissus, ferarum amores sequi coactus est. Plutarch. Amator. p. 751. D. locum Pindari non accurate inspexit, dum ait: χάρις ἡ τοῦ θήλεως ὄνυξις τῷ ἄρρενι κίνλησαι πρὸς τῶν παλαιῶν· ὡς καὶ Πίνδαρος ἴφη τὸν Κίνταυρον ἄπιν Χαρίτων ἐν τῇ Ἥρας γενέσθαι. Atque etiam alter Schol. ad h. l. ἴξω συνουσίας exponit et usum vocis exemplis declarat. Dici quidem χάρις de amoris usu, notum satis est: illustratum quoque ad Timæum Lexic. Platon. h. v. at non *sine concubitu* natum est hoc monstrum; [contendit hoc Böttiger *Vasengem.* i. 3. p. 118. scil. non veræ Junonis amplexu usus? an, non vera Juno erat, sed amplexus? atqui vel sic erat concubitus. sic etiam Gurlitt. *Ex Schedis.*] sed natum illud est *invenustum*.

λίου σφυροῖς. ἐκ δ' ἐγένοντο στρατὸς
Θαυμαστὸς, ἀμφοτέροις
Ὁμοῖοι τοκεῦσι, τὰ ματρόθεν μὲν
Κάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός.

Σ. γ'. Κ. ιε'.

Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσ-
σι τέκμαρ ἀνύεται·
Θεὸς, ὃ καὶ πτερόεντα
Ἀετὸν κίχεν, καὶ θαλασσαῖ-
ον παραμείβεται
Δελφῖνα· καὶ ὑψιφρόνων τίν' ἔκαμψε
Βροτῶν, ἑτέροισι δὲ
Κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'. Ἐμὲ δὲ χρεὼν
Φεύγειν δάκος ἀδινὸν, κακαγορίαν.
Εἶδον γὰρ, ἐκὰς ἐὼν, τὰ πόλ-
λ' ἐν ἀμαχανίᾳ

dat et poetam male reprehendit, *ἰμίγνυτ' ἂν σε - λιαφύρεις* legitur, haud dubie librariorum vitio, et mox *τὰ ματρὸς μὲν* et *τὰ δ' ὕπερθεν*. 91, 92. Erat *—πτερόεντ' αἰ - ετὸν κίχε, καὶ θ.* At *αἰ - ητὸν* Ald. quod Schmidius revocaverat. Sed prima regio hoc versu etiam iambum, seu, ut cum græcis Metricis loquamur, pro Ionico a majore - - ∪ ∪ Pæonem secundum ∪ - ∪ ∪ recipit. Cum Mingarello tamen scripsi — *πτερόεντα* 92. *ἀετὸν*, ut *αε* pro una syllaba sit; tum *κίχεν καὶ —*. 97. *ἔδιξεν* nonnullus legere ait Benedictus: qui illi sint, non occurrit.

Vss. 85 - 88. declarat eos esse *διφυεῖς. τὰ μὲν κάτω ἐκ τῆς ἵππου μητρὸς ἔχοντες, τὰ δὲ ὕπερθεν ἐκ πατρὸς Κενταύρου, corpore equino*, pectore et capite humano, sed fœdo. Non igitur signa Centaurorum venusta ista norat Pindarus, quæ ad nos pervenerunt.

89. Γνωμολογεῖ poeta *ἐπὶ τῷ Ἰξίονι*, respectu v. 71. sq. *Omnia numen exsequitur pro voluntate, lubitu, et quidem celerrime ac potenter*: [h. l. de ulciscendo scelere: exigit pœnas certissime. Ἀετὸν eum assequitur. *Ex Schedis.*] hoc 91 - 96. *κίχε* pro *κιχάνει*. Sicque reliqua.

96. De superstitioso metu, ne nimis multus fuerit in probris *herois* Ixionis exponendis, accipiendus locus, similis duobus aliis, Ol. i. 82. sq. et Nem vii. 94. 150. sq.

98. Ἰξὰς de tempore. Vixerat Archilochus ante eum cc. fere annis. Ἰξὰς ἰών: vulgaris ratio *αἰνὸν λέντα ἰξὰς, qui*

Ψογερὰν Ἀρχίλοχον βαρυλό-
γοις ἔχθεσιν πιαινόμενον. Τὸ πλου-
τεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου
Σοφίας, ἄριστον.

Α. γ'. Κ. ιε'.

Τὺ δὲ σάφα νιν ἔχεις, ἐλευ-
θέρᾳ φρενὶ πεπορεῖν,
Πρύτανι, κύριε πολλᾶν
Μὰν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν
Καὶ στρατοῦ. εἰ δέ τις
Ἤδη κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ

105. Scripti et editi habent *πιπαρεῖν*. Diu hæsi, quid sequerer. Vetat religio critica tam antiquam lectionem mutare; est tamen ea haud dubie vitiosa et ex calami errore propagata. Habet quidem Hesych. *πιπαρεῖν, ἐνδιεῖξαι, σημῆναι*, et *πιπαρείσιμον, εὔφραστον, σαφές*. Ductum illud esse deberet ex *παίρω, πίπαρα*, et *πιπαρίω, πιπαρεῖν*. At nec extant talia verba, nec analogia succurrit, nec est tamen unde sensum idoneum elicias. Enimvero agitur de munificentia: ea *πορεῖ, πορίζει, πίπορε, πιπορεῖ*. Sane *πιπορεῖν* supra adscriptum habebat August., quod et Æmil. Portus conjectabat Schmidiusque non improbabat: est enim ad analogiæ normam formatum a *πορίω, πίπορα, πιπορεῖν*. Hesychii auctoritas nil aliud declarat, quam ipsum aut grammaticum, quem exscripsit, in corruptum codicem incidisse. Affert certe et ipse Hesychius alio loco *πιπορεῖν, δεῦναι*. Et Schol. ad nostrum locum *πιπαρεῖν, ἢ πορίζειν καὶ παρασκευάζειν ἢ παρασχεῖν, καὶ πλουσίους ἀποδεῖξαι*. Atqui hæc sunt interpretamenta *τοῦ πιπορεῖν*. 107. *μὶν* Steph. et al. edd. cum MS. Gott. [Heynius in textu scripsit *μίν*.] 109. *κτεάνεσσί* Aug. [*περὶ σ.* pro *ἐν*. l. *περιγενέσθαι*. *Ex Schedis.*]

ante me vixit. Novi eum criminationibus indulgentem sæpe in discrimen esse adductum. *ἐν ἀμαχανίᾳ γεγονότα*. Paullo ante maledicentiam appellat *infestam belluam*, *ἀδηνὲς θάκος*.

[101. *βαρία ἔχθη*, odia, pro, odiosæ res, dicta. Huschke de fabb. Archil. in Matthiæ Miscell. philol. i. p. 30. *Ex Schedis.*]

Ab 101. ad laudes Hieronis viam parat generali sententia: *Τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας ἄριστον*. Sententia est expedita; nam sæpe eam recolnit et variavit poeta: *εἶναι σοφὸν, καὶ μετὰ σοφίας πλουτεῖν*. Nunc invertit eam poeta: *πλουτεῖν σὺν σοφίᾳ*. pro hoc ornatius erat: *σὺν πότμῳ σοφίας*. tum ampliavit: *σὺν τύχᾳ πότμου*. Ita *νιν* v. 104. refero ad *τύχαν πότμου σοφίας*. [Heynius correxit: refero ad *τὸ πλουτεῖν*.] De ipsa laude cf. locum Diodori ad Pyth. i. 179. laudatum.

108. Cum his laudibus compara Pyth. i. 95. Ol. i. 165. sq. [*στρατὸς λαός*. ut alibi quoque et apud Æschylum. *Ex Schedis.*]

Λέγει ἕτερόν τιν' ἀ-
ν' Ἑλλάδα τῶν πάροιθε γενέσθαι ὑπέρτερον,
Χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ.
Εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι
Στόλον ἀμφ' ἀρετᾷ
Κελαδέων. νεόταti μὲν ἀ-
ρήγει θράσος δεινῶν πολέμων· ὅθεν
Φαμὶ καὶ σὲ τὰν ἀπεί-
ρονα δόξαν εὑρεῖν,

E. γ'. K. ιδ'.

Τὰ μὲν ἐν ἱπποσόαισιν ἀνδρά-
σι μαρνάμενον, τὰ δ' ἐν
Πεζομάχαισι. βουλαὶ
Δὲ πρεσβύτεραι ἀκίνδυνον ἐμοὶ ἔπος
Ποτί ῥα πάντα λόγον
Ἐπαινεῖν παρέχοντι. Χαῖ-

112. κινὰ emendat Pauw. non male. [Sic in textu Heynius correxit.] κινᾷ dorica forma edd. vett. usque ad Morell. etsi fere iota subscriptum iis deest. *contendit, contradicit ille temere, mente vana,* (σὺν) χαύνᾳ πραπίδι. — 121. πιζομάχαις vulgo ante Schmidium, qui emendavit ex Ald. et Pal. C. πιζομάχοισι Aug. cum Bodl. γ. 123. ποτὶ ἅπαντα revocaverat Schmidius ex Aldo (sed in habet ποτί ῥ' ἅπαντα et sic Bodl. γ. ποτί ῥα πάντα). Vulgo a Romana inde, ποτὶ πάντα.

113. Ad verbum : *Pulcram* [Pro *Pulcram* Heynius scripsit ; *Coronatam propter victoriam.*] *navem conscendam laudes tuas prædicando* h. e. *in altum evectus laudi vela dabo.* [de laude per longinquas terras dispersa. *Ex Schedis.*] cf. sup. ad Ol. xiii. 69.

115. ἀρήγει, *patrocinatur, testatur laudes juventutis, illustrat eam, fortitudo in armis.*

Ad v. 118. Dawes Misc. crit. p. 255. observat, εὑρεῖν nunquam pro *nancisci, consequi,* dici ; sed εὑρέσθαι. Recte vero apud Atticos ; non autem apud Pindarum : vide v. c. Isthm. i. 60. Pyth. ix. 197.

122. σύνεσις δέ σου, πρεσβυτέρου γιγενόντος, *vocem mihi, cui nemo repugnet, ἀνθίσταται, ad omnem laudem,* (λόγον) *laudanti mihi te, præbet.* ἔστι ἐμὶ ἐπαινῆν ες pro ἐπαινοῦντι. παρέχειν ἔστω, ut παρέχειν ὕμνον πολὺν Nem. vi. 57.

124. χαῖρε, quæri potest, utrum tanquam in fine epistolæ adjectum sit, ut sit *Vale,* [Correxit Heynius *Salve.*] an interpositum, tanquam jam advenerit et Hieroni adstet cum carmine, *Salve.* Sic et Nem. iii. 132. Si tamen accura-

ρε. τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν
Μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἅλὸς πέμπεται.
Τὸ Καστόρειον
Δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς
Θέλων ἄθρησον χάριν ἐπταπτύπου
Φόρμιγγος ἀντόμενος.
Γένοι' οἷος ἐσσὶ μαθών. καλός τοι

127. sqq. Sustuli interpunctionem post Θίλων. Misere lancinant poetam interpretes etiam veteres. Si lectio vera est, sententia et ordo, arbitror, est hujusmodi: *mittitur tibi* (Thebis Syracusas) *carmen hoc trans mare mercis more* (et, ut poeta, addit) *Phœniciæ.* (quæ transportari et vehi navibus solet. Nihil amplius.) τὸ Καστόρειον δὲ (τοῦτο τὸ ἆπος), χάριν φόρμιγγος ἑπταπτύπου ἐν (pro διὰ) χορδαῖς Αἰολίδεσσι, ἄθρησον ἀντόμενος Θίλων. *carmen autem hoc, beneficium, munus, lyræ sonantis septem chordis Æolicis* (h. ad Æolicos modos attemperatis), *adspice benevole occurrens, excipiens,* h. accipe benevole. At mihi probabile fit, post χορδαῖς sententiam esse finiendam; jungenda autem superiora extruso δ' vs. 128. τόδε μὲν μέλος—πέμπεται, τὸ Καστόρειον ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς. [Sic Heynius in textu correxit.] *carmen hoc lyricum ad te mittitur trans mare Thebis Syracusas.* Θίλων ἄθρησον etc. *propitius adspice hymnum.*—Τὸ Καστόρειον, proprie genus certum carminis ad pyrrhichen cani solitum, h. l. hæc ipsa nostra Ode est. Schol. ὑποχρηματικὸν μέλος, τὸ Αἰολικῷ ῥυθμῷ συντεταγμένον. Plura de Castoreo carmine docte ibidem exponuntur: hic tamen simpliciter victoriam ἱππικὴν declarare vox videtur. [V. Hermann. de Dial. Pind. p. xix.—De pyrrhiche v. Plato de LL. Plutarch. in Lycurgo. *Ex Schedis.*] [129. Θίλων. Boeckh. Comment. p. xxviii. corr. Ἱππίων. *Ex Schedis.*] 131. Γένοι δ' οἷος vulgg. omnes ante Schmid. cum Bodl. C. invito metro. Mingarellus

tius expendo, prior ratio videtur esse verior: *Vale. Mitto hoc carmen ad te—accipe illud animo candido, nec columniis aliorum de me corrupto.* [Sequentes versus loco postscripti, quod dicitur. *Ex Schedis.*] Quam bene autem hæc interponantur et subsidente jam spiritu poetico subjungantur reliqua, præcepta maxime ethica, equidem haud definiam.

In 127. Καστόρειον. v. ad pr. hujus Carm. v. 1. 2. [Isthm. i. 21. *Ex Schedis.*

[129. adspice et accipe carmen propitius. *Ex Schedis.*

131. sq. [Respicit locum Galenus de part. corp. hum. sub fin. *Ex Schedis.*] Locus, qui sequitur, vix unquam satis in luce constitui poterit, quia sunt brevia enuntiata, [sententiarum vel sapientum more. *Ex Schedis.*] abruptim posita et cum respectu ad res, quas ignoramus. Ponam nonnulla, quæ mihi verisimilia visa sunt. [Cf. Huschke l. c. ad v. 101. *Ex Schedis.*] Primo καλός τις est in Steph. et C. Legam itaque: Γένοι', οἷος ἰσσὶ, μαθὼν, (ἐκ μαθήσεως. *institutione sapientium,* οἷος ἴμαθες εἶναι) καλός τις. *nec sine te corrumpi adulatorum falsis laudibus, qui, ut pueri nimium, etiam turpes principum mores laudant.* πίθων [πίθηται. *Ex Schedis.*] παρὰ πολὺν ἀεὶ καλός (sc. *habetur, νομίζεται, καλεῖται*). Monet, ne sinat se corrumpi adulatorum assiduis laudibus. At bonus princeps

Πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ

Σ. δ'. Κ. ιέ.

Καλός. ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς εὖ
Πέπραγεν, ὅτι φρενῶν
135 Ἔλαχε καρπὸν ἀμωμή-
των, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν
Τέρπεται ἔνδοθεν·

em. γινοῦ δ', οἷος. οἷος ἐσσὶ, μαθών. ἐκ μαθήσιος. recte ut Nem. vii. 100. μαθὼν δί τις ἄν ἰρεῖ. *ipsa re edoctus. qui me norit.* Nec aliter dictum puto in Plat. Apol. S. 26. ὅτι μαθὼν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἦγον. *sciens, monitus,* non per ignorantiam. καλός τις ed. Steph. (Pauli Steph. 1599.) et Bodl. C. Variis iisque diversis modis interpungitur in his et seqq. Longum esset, singula exponere. Sequar quod maxime probo. Videntur vss. 131. 2, 3. sic accipiendi et interpungendi: Γίνει', οἷος ἐσσὶ μαθὼν, καλός τις. πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ (sc. λέγεται) καλός. v. Not. Nisi et hoc per exclamationem dictum accipias. 135. ἀμώμητον, quod legebatur, repugnat metro. Itaque recepi emendationem Jacobsii Animadverss. p. 290. φρενῶν—ἀμωμήτων.

(pro hoc *Rhadamanthus* memoratur) εὖ πέπραγεν h. εὖ πράσσει, *laudem consecutus est,* ὅτι ἀμώμητος, ἀμύμων, ἦν τὰς φρένας, καὶ μὴ ἐξαπάτητος ταῖς κολακείαις. nam πέπρᾶται est pro ἐπέπρακτο. Intelligitur autem hinc, Rhadamanthi laudes priscis carminibus frequentatas fuisse. οἷα ἔπεται αἰεὶ (οἷον, ὃ, sc. τὸ πέπρᾶσθαι ταῖς ἀπάταις), *quod semper contingere solet,* (sic ἕπεσθαι, *adesse,* v. c. Pyth. iii. 190.) παλάμαις (διὰ παλαμῶν) ψιθύρων βροτῶν, *susurronum, adulatorum artibus.* Nunc malim jungere: ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέρους διαβολιᾶν ὑποφάτις,—ἴκελοι, κέρδει τι. *Sunt utique certissimum malum,*—Durum manet ἀμφοτέρους, quod et *eum quem* et *apud quem calumniantur* respicere necesse est. Sin sit ab ἀμφότερα, *utraque re,* nil commodior fit sententia. *Calumniarum isti vates et interpretes vulpibus plane similes sunt moribus.* κέρδει τι, *quæ utilitatis studio,* ut Pyth. iii. 96. Nunc ex v. 142. seq. manifestum fit universe dicta esse, inde a v. 138. sq. quæ *de se et Hierone* accipi voluit, *non vident illi, se mihi nihil nocere posse.* Constat autem Hieronem indulsisse ὑπαχουστᾶις, qui poetæ ψίθυροι, *susurrones,* sunt. v. Aristot. de Rep. v. 11. [pr. ubi ille suspicax ὑπακουστὰς ἐξέτιμως. f. de Syracus civibus invidis Hieroni. *Ex Schedis.*] Diod. xi. 61. et Wessel. 23.

134, 5. ὅτι φρενῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμωμήτων. ornate pro, ὅτι εἶχε φρένας ἀμωμήτους, *quod præclaram prudentiam habebat,* adeoque se adulatoribus palpandum non præbebat. Sed quid per καρπὸν φρενῶν intelligemus? *experientiam* et *maturitatem animi?* [cf. Æschyl. vii. ad Th. 595. *Ex Schedis.*] Puto λαχεῖν καρπὸν dictum, ut καρποῦσθαι vulgo pro ἔχειν dicitur.

Οἷα ψιθύρων παλάμαις ἔπετ' αἰεὶ
Βροτῶν. ἄμαχον κακὸν
'Αμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτιες,
'Οργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι.
Κέρδει δὲ, τί μάλα τοῦτο κερ-
δαλέον τελέθει ;
Ἄτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ὀ-
χοίσας βαθὺ σκευᾶς ἑτέρας, ἀβά-
πτιστός εἰμι, φελλὸς ὡς,
Ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας.

A. δ'. K. ιέ.

'Αδύνατα δ', ἔπος ἐκβαλεῖν

138. οἷα Pauw exclamationem esse volebat. Sic jejuna exoritur oratio. Præstat οἷα ἴστασι : *quod fere solet evenire fraudibus adulatorum.* Quæ sequuntur, aut interpungi possunt, ut expressimus, aut interpungi sic : Ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς—ἴνδοθεν· οἷα ψιθύρων παλάμαις ἵστασ' αἰεὶ βροτῶν, ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέροις. Διαβολιᾶν ὑποφάτιες ὀργαῖς ἀτενὶς ἀλωπέκων ἴκελοι, κέρδει τι. Sic enim puto, legendum esse. Inde nova sententia : τί μάλα etc. Convenit in uno et altero Aldus. 140. Pauw secundam in διαβολιᾶν produci monet. Mingarellus nil novi esse ait, si choriambum tribrachys cum iambo sequitur.— 142. κέρδει δὲ, τί μάλα—esset exponendum cum Schol. *quod autem ad lucrum attinet.* Atqui hoc esset κέρδος δὲ, vel κέρδη δέ. Itaque suspicabar κέρδει τι, ut jungatur ἴκελοι Ὀργαῖς κέρδει τι ἀλωπέκων. [Bene Huschke κερδεῖ, *vulpi.* ἡ κερδώ. *Ex Schedis*] ἀτενὶς, *intente*, adeoque *valde, prorsus.* 144. εἰνάλιον emendavit Schmidius : poterat tamen et ἰνάλιον ferri. v. Pauw. εἰνάλιον πόντον aberratio cod. Aug. 144, 145. l. χοίσας Ald. cum Pal. C. et Aug. 147. ἴσχειν in Schol. legitur. 148. ἀδύνατον δ' ante Schmidium legebatur; is metro postulante ejecit δ'. Quod nunc legitur, ex Augustano codice Schmidius notaverat, receptum ab Oxoniensibus. Sed et alterum ἀδύνατον δ' ferri posse, Pauw contendit.

[139, 140. cf. Herodot. vii. 10. 7. *Ex Schedis.*]

142. Puto esse : τί μέγα τοῦτο κέρδος γίνεται αὐτοῖς; sup. Od. i. 84. ἀκέρδειαν dixerat. *Ego semper superior evado :* h. e. non opprimor his calumniis, *suberi in maris superficie supernatanti similis.*

144-9. Sententia hæc est : ἄτε γὰρ (κατὰ) εἰνάλιον πόνον (*in piscatione*) σκευᾶς ἑτέρας ἰσχοίσας βαθὺ, (*reliqua retis parte alte descendente, submersa,*) ἀβάπτιστός εἰμι etc. *ita equidem suberis instar, reti appensi, semper supra maris superficiem nato. fieri enim non potest, ut fraudulentus ejusmodi homo aliquid loquatur, quod viris prudentibus probetur.* [ἰσχοίσας pro ἰσχομένης, ergo neutraliter. al. ἰσχεῖν πόντον Ol. ii. 122.

Κραταιὸν ἐν ἀγαθοῖς
Δόλιον ἀστόν. ὅμως μὰν
Σαίνων ποτὶ πάντας ἄγαν
Πάγχυ διαπλέκει.
Οὔ οἱ μετέχω θράσεος. φίλον εἴη
Φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἄ-
τ' ἐχθρὸς ἐὼν, λύκοιο δίκαν ὑποδεύσομαι,
Ἀλλ' ἄλλοτε πατέων, ὁδοῖς σκολιαῖς.
Ἐν πάντα δὲ νομὸν εὐθύγλωσ-
σος ἀνὴρ προφέρει,
Παρὰ τυραννίδι, χὠπόταν ὁ

151. ἄγαν metro adversatur: prima debebat esse longa. Enervis quoque et exilis est sententia; quid enim διαπλέκει? et ἄγαν nil nisi interpretamentum est τοῦ πάγχυ. Pauw ἄρα reponit. Mingarellus ait æque conjici posse: ἀνήρ. αἰεί. οὕτω. οὕτω. ἀκάκ. ἄκων. Attamen vel sic manet διαπλέκων sine sensu idoneo. Paullo melius conjicere me puto ἄκρον. *etsi inter bonos auctoritas ejus verbis est nulla: tamen, dum omnibus adulatur, malum utique texit, calamitatem machinatur, noxam facit. Non eadem mihi adest impudentia* etc. 153. οὔχ οἱ Bodl. C. Male. οὔ οἱ usus consecravit: rationem vide ad Homerum.—[155. ἰὼν corrig. Huschk. Anal. Crit. p. 249. de Archil. p. 40. Idem leg. v. 157. νόμον, *civitatem legibus constitutam. Ex Schedis.*] 157. ἀν' Portus conj. non male. Sed aiunt et hic ἰὼ pro εἰς positum esse. cf. sup. ad v. 21. Forte scriptum fuit: σκολιαῖ- σιν. πάντα δὲ v. h. κατὰ δὲ π. νομὸν ἰ. ἀ. προφέρει, *præstat.* 159. χ' ὁπόταν et mox χ' ὅταν ed. Commel. et Plantin. ex ed. Steph. pr. quam illæ expressere.

Cf. Æschyl. Choeph. 503. *Ex Schedis.*] Possunt hæc ad certas hominum temporumque rationes esse a poeta dicta. Nunc de iis parum constat. In Bacchylidem, Pindari æmulum et calumniatorem, jaci ea, Scholiastes narrat.

150. *Apud bonos talis homo nullam fidem invenit; at, multitudini assentando, magna mala affert.* Lego: σαίνων ποτὶ πάντας, ἄκρον διαπλέκει. v. V. L. *texit mala.*

153. οὔ οἱ μετίχω θράσεως, *impudentia in adulando.* Non ei similis sum simulando. Nulla simulatione utor.—154. ἄντι δὲ ἰχθρὸς ἰὼν πρὸς ἰχθρὸν, ὑποδύσομαι ὁδοῖς σκολιαῖς. Est ὑποδραμεῖν τινα persequi canis more—*etiam per obliquas semitas subeundo, modo hinc modo illinc irruendo.* πατέων (κατ') ἄλλοτε ἄλλοτε. Nisi est: ἄλλοτε ἄλλοτε τε, pro (κατ') ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. [Ex Archilocho esse expressa, monuit Huschk. l. c. *Ex Schedis.*]

157-161. *Omnibus in civitatibus, sit resp. monarchica, democratica an aristocratica, vir verax et probus* προφέρει vel τὰ πράγματα, *auget, beat, prodest,* vel ἁυτὸν, *eminet auctoritate pollet.*—ὁπόταν λάβρος στρατὸς τηρῇ τὴν πόλιν, *cum turbulentus populus rempubl. administrat, tenet.* οἱ σοφοὶ sunt *optimates.*

Λάβρος στρατὸς χώταν πόλιν οἱ σοφοὶ
Τηρέωντι. χρὴ δὲ πρὸς
Θεὸν οὐκ ἐρίζειν,

E. δ'. K. ιδ'.

Ὃς ἀνέχει τοτὲ μὲν τὰ κείνων,
Τότ' αὖ δ' ἑτέροις ἔδω-
κεν μέγα κῦδος. Ἀλλ' οὐ-
δὲ ταῦτα νόον ἰαίνει φθονερῶν. στάθμας
Δέ τινος ἑλκόμενος

160. λαῦρος, ut solebant librarii superiorum sæculorum exarare, seu, ut Pal. C. λαύρος, ed. Rom. et hinc cett. Schmidius repetiit λάβρος. 161. Vulgo lectum τηρέωντι ab ὅταν pendet: adeoque in grammaticam peccat. Sed leg. τηρέωντι. et sic exaratum video in Ald. 163. τὰ κείνων divisim metro monente Schmidius. τὰ τήνων poetam scripsisse, monet Pauw. Sic tamen mox etiam τόκα pro τοτὲ scriptum esse debet. Vulgo: τἀκείνων. 164. τοτὲ δὲ αὖθ' i. vulgo editum et scriptum; quod et ferri poterat, anapæsto pro iambo posito. Metro metuens refinxit Schmidius, ut nunc legitur. [τοτὲ μὲν—τότ' αὖτ' Hermann. de Dial. Pind. p. xiii. *Ex Schedis.*] 165. κε vulgo ante Schmid. 166. Lectio hæc a Schmidio mutata erat: δὲ ταῦτά γε νοῦν, perperam, ut metrum fulciret. 167. ἰλαίμενοι Oxon. mutarant ex Bodl. C. ut ad φθονερούς referretur. Vulgo ubique: ἰλαόμενος. Movit viros doctos, quod mox omnes inde a Romana edd. exhibent: μαχανῶνται. Sensum vero non eliciunt, sed tanquam fidiculis exprimunt interpretes, quod non vident, ἵλασθαι de libripende dictum: *dum enim invidus tanquam in libra trutinat bona, quæ aliis eveniunt, lance quidem plena*

161. Sequitur generalis propositio et nova sententia aditum ad sequentia parans. *Non contendere licet cum providentia* etc. Ad sententiam cf. P. viii. 108. sq. Jam frequentata illa ab Hesiodo Ἔργων pr. et Archiloco ap. Stobæum Frorileg. Gesn. p. 561. 50—v. 163. τὰ κείνων intelligo *adulatorum* Pindarum apud Hieronem calumniantium; ergo ἰσίους (*probis*) ἔδωκεν, δίδωσι, κῦδος, (κυδαίνει ἀνδρούς, supra ἀνέχει, ὑψοῖ.) ταῦτά γε. pro τοῦτο, quod improborum istorum caussa superior est, *nec hoc eorum animum explere potest.*

166-170. Invidum se ipsum excruciare, nota est sententia; hanc sic extulit: ὁ νοῦς τῶν φθονερῶν ἰσάταξι pro ἰμπηγνύει ἴλιγγος ἰδυναρὸν ἰᾷ περὶσθι καρδίᾳ, *creat sibi dolorem*, arrodit animum. Jam hoc fit, dum dolet, bona aliorum suis bonis majora esse; ἵλαται, *ponderat, trutinat*, (ὥσπερ κατὰ) στάθμας τινὸς περισσᾶς, *lance, quæ vergit in alteram partem* (dum bona aliena majora esse æstimat). Vs. 171. redit ad 161. 2. et ἀρήγει 173. *prodest, consultum est*; fere ut supra 115. *patrocinatur.*

Περισσᾶς, ἐνέπαξεν ἕλ-
κος ὀδυναρὸν ἐᾷ πρόσθε καρδίᾳ,
Πρὶν ὅσα φροντίδι μηχανῶνται τυχεῖν.
Φέρειν δ' ἐλαφρῶς
Ἐπαυχένιον λαβόντα
Ζυγόν γ' ἀρήγει. ποτὶ κέντρον δέ τοι
Λακτιζέμεν, τελέθει
Ὀλισθηρὰς οἶμος. ἀδόντα δ' εἴη
Με τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν.

et depressa, pectori ille suo vulnus infligit acerbum, πρόσθι πρὶν τυχεῖν (ἐκείνων,) ὅσα μηχανῶνται (ille φθονερεί. Scilicet νεῦς φθονερῶν modo jungitur cum singulari ἐλαύνων, modo subjicitur pluralis spectans ad φθονερῶν.) φροντίδι. hæc sollicitudo haud dubie eo tendit, ut felicitati alterius detrahat. 168. ἐνέπαξεν. etiam hoc mutandum fuit Oxoniensibus in ἐνέπαξαν. 171. μηχανᾶται emendaverat Ceporinus in Crat. et hinc Schmidius. Romana et hinc vulgg. μηχανῶνται. v. ad v. 167. Aldus et Bodleiani: μητίονται. nec male. 173. γ' fulcrum Oxon. et Bodl. γ. restituerunt. Deerat in cett. Schmidius μ' inseruerat, minus bene. 175. ἄδοντα Ald. ἀδόντα Rom. Crat. Brub. tandem ᾄδοντα, vel ᾷδοντα, tanquam ab ᾷδω, ἀείδω, Morell. Steph. et al. Schmidius refinxit ἀδόντα, *placentem*, rēcte haud dubie. Sed Oxonienses putarunt, ἄδοντα posse esse ab ἄδω, quod nunc ἀδίω est. At non viderunt, primam in ἄδω, etiamsi in usu esset, esse longam, in ἀδίω esse brevem. Et ἀδῶν, ἄδων toties in Pindaro occurrit.

173, 4. Nota res vel ex Act. Ap. ix. 5. 6. v. Valken. Orat. p. 380. — Sententiarum igitur ordo inde ab 131. ad f. ita procedere videtur. Poeta monet Hieronem, ne deliniri se patiatur ab adulatoribus, qui, dum eum demereri videri volunt, alios calumniantur; quod ipsi poetæ accidisse videtur; — 142. etsi ipse, vitæ integritate munitus, opprimi eorum calumniis nequeat. — 147. Apud viros enim probos nullam istorum criminatorum esse auctoritatem, etsi illi assentando cunctis magna mala creare possunt, — 152. se contra nec simulare amicitiam nec odium dissimulare. — 156. Nec se sibi in hoc more displicere; viros enim simplicibus et candidis moribus in omnibus civitatibus probari. — 161. Quod si fortuna modo bonis modo malis propitia esse solet: est id æquo animo ferendum; — 165. etsi ne hoc quidem (puto: quod ipsi secundis rebus utuntur) hominum istorum, dum alienis bonis invident, cupiditates exsatiat: aliorum enim bona semper trutinantes et potiora suis esse opinantes, animum arrodunt, donec ea, quæ machinantur, assequuti fuerint: (ut adversarios bonis suis exuant) — 170. ad extr. Præstat sua sorte esse contentum.

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ γ'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΙΕΡΩΝΙ,

ΚΕΛΗΤΙ.

ARGUMENTUM.

Hiero, cum victor Pythiis renuntiabatur, gravi morbo laborabat. Ab hoc processit poeta, dum in votis habet, ut bonæ valetudini ille restitui possit. Vota hæc ita eloquitur: Chironem adesse vellet, qui Æsculapium educavit: poetico spiritu abreptus fabulam interponit 14 — 78. de Æsculapii natalibus, tum 79 — 110. de ejus arte et fortuna; nunc redit ad vota sua, et precatur deos — 140. Subjungit consolationem a conditione humana petitam, in quam omnibus numeris perfecta felicitas haud cadit; — 190. tandem exemplum æqui animi in se ipso proponit.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

ΗΘΕΛΟΝ Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν,
Εἰ χρεὼν τοῦθ' ἁμετέρας ἀπὸ γλώσ-

χίλωνι. Victoriam esse Pythicam dubitari nequit. Bis Hieronem victorem Pythiis fuisse aiunt Pyth. xxvi. et xxvii. Atqui tum ille nondum erat rex; quo nomine non nisi Olymp. lxxv. 3. adeoque Pyth. xxvii. ornatus fuit: Diod. xi. 38. et 67. Dicendum igitur, carmen serius scriptum esse. [aut, quod præstat, loco suo motum esse ex alio Carmiuum genere. *Ex Schedis.*] cf. Gedik.

σας κοινὸν εὔξασθαι ἔπος,
Ζώειν τὸν ἀποιχόμενον,
Οὐρανίδα γόνον εὐ-
ρυμέδοντα Κρόνου,
Βάσσαισί τ' ἄρχειν Παλίου
Φῆρ' ἀγρότερον,
Νόον ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον· οἷ-
ος ἐὼν θρέψεν ποτὲ
Τέκτον' ἀνωδυνίας
Ἄμερον γυιαρκέος Ἀσκλαπιὸν,
Ἥρωα, παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νούσων.

5. *εὐρυμέδοντος* in Schol. occurrit, quod metrum non fert. 9. *νοῦν* Schmid. refinxit; sicque mss. Bodlei. sed et *νόον* recte. v. Pauw. Interpunctionem Oxonienses secundum ed. Rom. post *φῆρ'* collocatam volunt. Chiron *φὴρ ἀγρότερος*, *monstrum silvestre*, h. *Centaurus*. 10. *θρέψεν ποτὲ* ex Ald. et Aug. revocavit Schmid. A Romana inde: *ἴθρεψέ ποτε*. 11. *τέκτον' ἀνωδυνίας* omnes edd. et scripti, quod emendavit Schmidius *τέκτον'* ex Schol. qui *ὑγιείας κατασκευαστὴν* interpretatur, et ex Pal. C. ubi illud supra adscriptum erat. Nec equidem dubito ita recte a Schmidio esse scriptum. Defendit tamen vulgarem scripturam Pauw, ut *τέκτον ἀ*, ipse sit Chiron. Equidem non assequor, ex veteris sermonis genio quomodo Chiron, tanquam medicus, *filius bonæ valetudinis et salutis* dici possit: ita enim explicandum esset. Codicum quidem Pindari multo minor est auctoritas quam Scholiastæ; nam quantum intelligo, omnes sunt admodum recentes, et omnes, quotquot habemus, editiones non nisi duorum codicum auctoritate nituntur, adeoque pro binis tantum codd. sunt habendæ. Exhibet tamen Bodl. γ. quoque *τέκτονα* et *τέκτονα ἀωδυνίας*. Gott. 12. fulcrum γ' post *γυιαρκέος* inserit Pauw. ad v. 26. 13. *ἄρωα* ex Rom. edebatur: at *ἥρως* ubique alibi. *ἀλκτῆρα* vulgo omnes ante Schmidium, prave. Emendavit ille, ut nunc est, metro, etymo et Pal. C. Augustanoque suffragantibus.

3. *κοινὸν ἔπος* s. sollenne ac vulgare, s. commune omnium. Gedikius de *publicis votis* accipit; etsi loca laudata Ol. vii. 170. x. 15. xiii. 69. Nem. iv. 20. id haud arguunt: ubique enim est *commune cum aliis*; hoc tamen ipsum potest accipi et reddi *publicum*. A v. 9. digressio fit; nec redit ad suas preces Pindarus nisi v. 111. *Utinam*, ut dixi, *Chiron adhuc viveret, et ego eum ad te adducere possem!*

7. *ἄρχειν*. Habitabat in Pelio Chiron; sed, utpote in heroe, in majus auget; ut et *εὐρυμέδοντα* adjecit. et 9. *νόον ἀνδρῶν φίλον* pro *ἀνδρᾶσι*.

[12. *γυιαρκὴς*, *validus*. ut *γυιαλθής*. *Ex Schedis.*]

A. ά. K. ιγ'.

Τὸν μὲν εὐίππου Φλεγύα θυγάτηρ
Πρὶν τελέσσαι ματροπόλῳ σὺν Ἐλει-
θυίᾳ, δαμεῖσα χρυσέοις
Τόξοισιν ὑπ' Ἀρτέμιδος,
Εἰς Ἀΐδα δόμον ἐν
Θαλάμῳ κατέβα,
Τέχναις Ἀπόλλωνος. χόλος
Δ' οὐκ ἀλίθιος
Γίνεται παίδων Διός. ἃ
Δ' ἀποφλαυρίξαισά μιν
Ἀμπλακίαισι φρενῶν,
Ἄλλον αἴνησεν γάμον, κρύβδαν πατρὸς,
Πρόσθεν ἀκερσεκόμᾳ μιχθεῖσα Φοίβῳ,

E. ά. K. ιέ.

Καὶ φέροισα σπέρμα θεοῦ καθαρόν.

14. φλιγυία vet. edd. usque ad Steph. item Bodl. γ. prave. Sustuli interpunctionem post θυγάτηρ, quæ Schmidio laqueos induebat. Jungendum: τὸν μὲν πρὶν τελέσσαι h. πρὶν τελέσαι αὐτὸν h. ἐκτελέσαι, τεκεῖν, partui maturum, σὺν Ἐ. μ. *Lucina adjuvante.* 18. Ἀΐδα Oxonienses ex Bodl. C. Antea: Ἀΐδαο, contracte legendum. porro ἐν θαλάμῳ Pauw emendat, non invenuste. Vulgo interpretes hyperbaton esse volunt, pro, δαμεῖσα ἐν θαλάμῳ. Ego sic poetam accipio. Volebat et debebat dicere: *telo percussa mortua est*, adeoque ex veteris Græciæ disciplina, et Homerico more, ἐν θαλάμῳ ἀτίθασι ut femina. [Gurlitt. in puerperio. *Ex Schedis.*] Pro hoc dixit: ἐν θαλάμῳ εἰς Ἀΐδα δόμον κατέβα. Ita, si non probandum, excusandum saltem est. 23. ἀποφλαυρίξασα ante Schmid. 26. ἀκειρεκόμα Bodl. γ. 26, 27. Pessime hic erat distinctum post Φοίβῳ. Im-

14. Phlegyæ filia, *Coronis.* v. Apollod. iii. 10. 3. conf. Not. p. 695. [In numo Pergami. Choiseul *Voy. en Grece* t. ii. pl. v. 11. *Ex Schedis.*]

17. ὑπὸ τόξοις pro ὑπὸ τόξων, διά. vid. inf. 64. h. ex partu mortua est.

133. μονοκρήπιδα, etsi a κρηπὶς, recte. v. Suid. h. v. Est μονόκρηπις, ut μονόχειρ. 138. αἴτ' ὢν vett. edd. mutatum in ed. Morell. in αἴτ' ἄν. at est pro εἴτ' οὖν, quod frequens est. 104. ἴσχειν ex Pal. C. emendatum a Schmidio. Invito metro omnes ἴσχειν. ἐσθὰς ex Herodiano illustrat Eustath. p. 287. med. 141. ἅτε non est pro ἥτε, sed syllaba *brevi* ἅτε, καθ' ἁ, pro ἁς. debebat ἅτε μὲν sequi ἅτε δὲ παρδαλίᾳ, ἡ στέγετο. [Video me errare. ἅτε pro ἥτε: nam longa esse debet. *Ex Schedis.*] 142. ἁρμόζοισαν Bodl. C. male. [143. Gilb. Wakefield scribit παρδαλίᾳ. (Silv. Part. i. p. 77.) *Ex Addendis.*]

140. Vestitus partim indigenæ erat, partim exteri advenæ.

144. Erit, ut nunc est, loquendi forma: ἡ παρδαλὶς ἐστέγετο ὄμβρους φρίσσοντας, *panthera tergum avertebat imbres horridos*, horrorem corpori injicientes. ἐστέγετο pro ἔστεγε. [et hoc, tegendo avertere, πρός—. Sic Æschyl. vii. ad Theb. 218. 236. *Ex Schedis.*] At si παρδαλίᾳ legas, ipse ἐστέγετο (πρὸς τὰς) ὄμβρους.

βάτοιο πειρώμενος
Ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου.

Ε. δ. Κ. ιγ'.

Τὸν μὲν οὐ γίνωσκον. ὀπιζομένων
Δ' ἔμπας τὶς εἶπεν καὶ τόδε·
Οὔ τί που οὗτος Ἀπόλ-
λων. οὐδὲ μὰν χαλκάρματός ἐστι πόσις
Ἀφροδίτας. ἐν δὲ Νάξῳ
Φαντὶ θανεῖν λιπαρᾷ Ἰφιμεδεί-
ας παῖδας, Ὦτον καὶ σὲ, τολ-
μάεις Ἐπιάλτα ἄναξ.
Καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος Ἀρτέμιδος
Θήρευσε κραιπνὸν, ἐξ ἀνι-
κάτου φαρέτρας ὀρνύμενον·
Ὄφρα τις τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτά-
των ἐπιψαύειν ἔραται.

Σ. έ. Κ. ιδ'.

Τοὶ μὲν ἀλλάλοισιν ἀμειβόμενοι

150. ἀταρβάντοις mss. Bodleiani, it. Ald. 153. καὶ otiosum esse videtur, nisi forte sic adjuves: *ex iis tamen*, qui eum animadvertebant, fuit qui etiam diceret. Conj. εἴπεσκεν τόδε. vel εἴπέν κεν pro *dixit forte*. 154. Interrogatio a Schmidio illata erat, qua meliuş caremus, est enim mirantis et exclamantis. 159. Ἐπιάλτα, Dorica forma, sola Crat. et Schmid. Vulgo ubique vulgare Ἐφιάλτα. 161. κραιπνόν γ' Mingarell. ut metrum fulciat. 165. Si Pindarus sibi constare voluit, aut grammatici volebant sibi constare, debebat scribi ἀμυνόμενοι, et sic ubique; nunc semel scriptum occurrit Nem. xi. 17. παραμυνόντων.

150. πειρώμενος h. l. πεῖραν δοὺς, *experimentum animi sui imperterriti edens.*

156. Recte Chæris reprehendit continuari comparationem tertio exemplo, et post deos memorari Aloidas, homines monstrosa corporis statura, et vasti corporis Tityum. Etsi poeta omnem rem ad corporis robur et proceritatem retulisse videtur. Νάξος λιπαρὰ, *fertilis*, ergo vitibus; alias *clara*.

163. ὄφρα τις, *ut alii, ejus exemplo admoniti, ab illegitimo amore abstineant.* Si-

Γάρυον τοιαῦτ'. ἀνὰ δ' ἡμιόνοις
Ξεστᾷ τ' ἀπήνᾳ προτροπάδαν Πελίας
Ἵκετο σπεύδων. τάφε δ', αὐτίκα παπτήναις ἀρίγνωτον πέδιλον
Δεξιτερῷ μόνον ἀμφὶ ποδί. κλέπτων δὲ θυμῷ
Δεῖμα προσέννεπε· ποίαν γαῖαν, ὦ ξεῖν', εὔχεαι
Πατρίδ' ἔμμεν; καὶ τίς ἀνθρώπων σε χαμαιγενέων πολιᾶς
Ἐξανῆκεν γαστρός; ἐχθίστοισι μὴ ψεύδεσι
Καταμιάναις εἰπὲ γένναν.

A. é. K. ιδ'.

Τὸν δὲ θαρσήσαις ἀγανοῖσι λόγοις
Ὧδ' ἀμείφθη· φαμὶ διδασκαλίαν
Χείρωνος οἴσειν. ἄντροθε γὰρ νέομαι
Παρ Χαρικλοῖς καὶ Φιλύρας, ἵνα Κενταύρου με κοῦραι θρέψαν ἀγναί.
Εἴκοσι δ' ἐκτελέσαις
Ἐνιαυτούς, οὔτε ἔργον

168. Interpungebatur *τάφε δ' αὐτίκα*, π. 169. *-πτήναις* leg. monente quoque Pauw. Cum mox 178. sit *καταμιάναις*, putes fuisse quoque *παπτάναις*. 177. Mingarellus conj. *ἰχθίστοις σε μὴ ψ.* nec male. 180. *διδασκαλίας* Bodl. C. exquisitius, sed minus concinne h. l. 182. *χαρικλῆς* Crat. vitiose. *χαρικλοῦς* vulgari forma in Bodleianis. 184. *ἐντελίσας* vitium ed. Commelin. 185. *οὔτ'* Rom. cum cett. *οὔτι* Schmidius. Sic Bodl. C. et Ald.

milia Pyth. ii. 63. iii. 106. *ἵεσαι*, metro docente, est pro *ἵεσαι*. ab *ἵω* vel *ἵημι*.

174. *τίς ἀνθρώπων*, quæ *femina* te partu edidit? *πολιᾶς γαστρὸς*, *λευκῆς*, ut *λευκὴ σάρξ*, *λευκὸν σῶμα*, *candidum corpus*. ornans epitheton. v. inf. 194.

180. *Institutus sum a Chirone*. *φαμὶ* (ut Homer. *εὔχομαι*) *οἴσειν* (*ἴσχειν*, *εἰληφέναι*. Ita *φέρειν* pro *ἴσχειν* sæpe, ut sup. Ol. vii. 95 98.) *διδασκαλίαν Χείρωνος*, *διδαχθῆναι παρὰ X*. Ad rem cf. Nem. iii. 92, 93.

185. *οὔτε ἔργον οὔτ' ἴσος ἐντέπιλλον χείνεσιν εἰπών*, *nil iis de discessu se dixisse ait*; *nec rem ipsam*, discessum, *nec caus-*

Οὔτ' ἔπος εὐτράπελον
Κείνοισιν εἰπὼν, ἰκόμαν
Οἴκαδ', ἀρχαίαν νομίζων
Πατρὸς ἐμοῦ, βασιλευομέναν

186. εὐτράπελον a Schmidio profectum est: in codd. est ἐντράπελον, vox aliunde ignota. Nec aliter legerat Schol. vetus: εἶχεν δ' ἐκπληρώσας ἑαυτοὺς παρὰ Χείρωνι, οὔτε ἔργον οὔτε λόγον ἐπίνοις ἀπαίδευτον εἰπὼν παριγτόμην εἰς τὰ οἰκεῖα, τὴν ἀρχὴν καὶ βασιλείαν σπεύδων ἀναλαβεῖν τοῦ πατρὸς Αἴσονος, ὑπ' ἄλλου νῦν παρὰ (non κατὰ) τὸ δίκαιον οὖσαν. Apparet, hic eum legisse vocabulum, quod contrariam vim haberet τοῦ εὐτράπελος, quod ad *mores commodos*, *faciles* et *facetos* spectare in confesso est. Pergit tamen Scholion: εὐτράπελον δὲ, ἀπαίδευτον, αἰσχρὸν, ὃ ἐντρέψαιτο ἄν τις. ἢ ἑαυτὸν καὶ αἰσχρὸν, ὃ ἄν τις ἐντραπείη. Qui ultima adjecerunt, possunt alter ἐκτράπελον, alter ἐντράπελον legisse videri. Alterum hoc, ut dixi, in omnibus editis et scriptis occurrit, et defenditur acriter a Pauwio, ut sit turpe, ὃ ἐντρέπει, *rubore suffundit*. Igitur hoc ad xx. annos pertinere necesse est, per quos *obsequiosum se præstiterat Chironi alumnus*, ita ut sine offensa cum iis se vixisse significaret; neque se discessisse, quia haberet, quod de Chirone conquereretur. Cum tamen vox ἐντράπελος nusquam occurrat, sed tantum δυστράπελος et εὐτράπελος, quod et in Scholiis, etsi perperam, insertum est, eumque ne analogiam quidem habeat ἐντράπελον, reliqui in poeta, quod jam in P. i. 178. obvium, receperat Schmid. Ita verba licet *ad discessum* referre *clam ab generoso adolescente, qui juvenili calore et impatientia abripi se passus erat, factum, nec ullo facto vel verbo nutritoribus significatum*: οὔτε ἔ. — εἰπὼν, ἰκόμαν etc. Sic temeritas adolescentis in seqq. mira videri non debet, cum alioqui Chironis prudentiæ parum fuisset consentaneum, immittere sic adolescentem in manifesta pericula et insidias. Ita εὐτράπελον erit fere *humanum, obsequiosum, pium*. Accedit quod lectio εὐτράπελον etiam in Cod. Gotting. reperitur. Schneider ad Demetr. p. 154. comparat versum Aristoph. Vesp. 466. οὔτε τιν' ἔχων πρόφασιν, οὔτε λόγον εὐτράπελον, ubi esse videtur πιθανὸν, *probabile*. Sin autem ad ἐντράπελον redirem, non tamen cum vetustis grammaticis acciperem *immorigerum*, sed potius ab ἐντραπῆναι ducerem, ut sit ὁ ἐντρεπόμενος, *qui reverentiam præstat, habet*. Debuisset nutritius aperire consilium suum nutritoribus, saltem reverentia eorum et amore motus, ut obsequiose veniam peteret et valediceret. 187. κείναισιν mavult Pauw, quod v. 182. 3. non nisi feminæ memorantur. Scilicet, si hoc legeretur, tum ille emendasset alterum, quod et ipsum satis frequens in poetis. Et hic Chiron ipse subest. 188. Interpretes veteres et recentes, etiam Pauwium, tantopere hærere potuisse in voce ἀρχαίαν, ut per epenthesin pro ἀρχὴν dictam vellent, aut, quod Chæris grammaticus maluit, ἀρχὰν ἀγκομίζων emendarent, admodum miror. Nihil magis obvium est, quam ἀρχαίαν — τιμὰν v. 192. sibi respondere. Tanti erat, ut, quod fecimus, post πατρὸς interpungeretur.

sam probabilem communicavi. [l. *nec causam, nec officiosam vocem valedicendo. Ex Schedis.*] Sed vid. V. L.

188. νομίζων, ὥστε ἀναχομίζειν, ἀναλαβεῖν, (τὴν) ἀρχαίαν τιμὰν πατρὸς—οὐ κατ' αἶσαν, οὐ κατὰ τὸ δίκαιον, βασιλευομένην, *quæ tenetur nunc* (sc. ab alio.)

190 Οὐ κατ' αἶσαν, τάν ποτε
Ζεὺς ἄπασεν λαγέτα
Αἰόλῳ καὶ παισὶ, τιμάν.

E. é. K. ιγ'.

Πεύθομαι γάρ νιν Πελίαν ἄθεμιν,
Λευκαῖς πιθήσαντα φρεσὶν,

190. *οὐκ αἶσαν* Ald. 191. *ἄπασε* ante Oxon. 193. *νιν*, quod Dorum est, legi videtur in ms. Bodl. et præfert id h. l. Pauw. *νιν* sc. *τὴν ἀρχαίαν τιμήν*. Posset quidem *μὲν Πελίαν* per appositum accipi, ut forte Isthm. vi. 106. Sed hoc durius. 194. *πιθήσαντα* Morell. et Steph. hincque reliquæ, vitiose. *φρεσὶν* reposuerant Oxonienses etiam h. l. vix bene.

193. *πεύθομαι γάρ νιν.* Est ordo verborum: *τὸν Πελίαν ἀπεσυλᾶσαι* (*ἀφιλέσθαι*, ut *συλάσας κρᾶτα* pro *ἀφιλὼν* Pyth. xii. 28.) *νὶν* (*αὐτὴν, τὴν τιμὴν*) *ἀμιτέρων* (nam sic leg.) *τοκίων ἀρχιδικᾶν.* Ductum hoc ab *ἀρχιδίκης*· cujus tamen verum sensum constituere difficile est. *ἀρχιδίκης* dictum esse potest ut *χειροδίκης, cui jus est in manu*, adeoque *cui jus est in regnando*, qui juste regnat. Composita tamen ab *ἀρχὴ* videntur a significatu *principii* ducta, ut *ἀρχίκακος, ἀρχίτευκτον, ἀρχίπλουτος* apud Sophocl. El. 72. *ab initio dives, quique antiquas opes sibi vindicat ac tenet*, ut ibid. 1393. *ἀρχαιόπλουτα πατρὸς εἰς ἰδέλια.* Erit ergo *ἀρχίδικος, δίκαιος ἀπ' ἀρχῆς.* Quo confici puto, scribendum esse *ἀρχιδίκαν* [et sic Heynius in textu scripsit.] sc. *τιμὰν, quam olim jure tenuerunt parentes.* [qui ab initio jus (regnandi) habuere, h. potestatem. *Ex Schedis.*] Si hæc collegeris, videbis, doctum esse Scholion ad h. l.

194. *λευκαὶ φρένες* ex eo genere epithetorum est, in cujus interpretatione nos fugit veterum auctoritas; ex etymologia autem vel a tropo varia elici possunt. Philostrati et Dionis Chrysost. auctoritas ad Pindarum vix magna esse potest, non magis ac Grammaticorum seriorum. In Hesychio et Suida cumulata sunt interpretamenta: *λευκαὶ φρένες. μαινόμεναι. ἢ λαμπραὶ, ἢ ἀγαθαὶ, ἢ ἥμεροι.* Jam habes, unde, quod placet, eligas. Video tamen, singula ex contexto conjectura esse deducta, quemadmodum in nostris scholiis: *φρένες ἀνέντες.* Hominem *mollem, desidem*, a corpore *albo*, *λευκὸν* dici, nil miror; at enim admotis machinis opus est, ut *λευκαῖς φρεσὶν* inserviat is significatus. Peliam enim hominem mollem antiquitas non tradidit, nec contextus docet. Equidem sequebar simplicissimum: servarunt poetæ *multa epitheta* ex antiquitatis usu, *per se otiosa*, verum honorem et auctoritatem ex *vetustate* habentia. sic *ὕδωρ ὑγρὸν, γάλα λευκὸν*, paullo ante v. 75. *γαστὴρ πολιὰ*, pro *λευκή*. [*ἅλς πολιὸν* Hesiod. O. et D. 492. *candidum. Ex Schedis.*] simili modo *φρένες* modo sunt *ἀμφιμέλαιναι* ap. Homer. propter sanguinis colorem, et ap. Hesiod. Sc. H. 429. *θυμοῦ—κελαινὸν πίμπλαντ' ἔντος.* modo *λευκαὶ*, ab omento; nam ineptam grammaticorum interpretationem, etiam in Schol. Pindari, nil moror. Ita *splendidam bilem* Horatii comparabam cum *vitrea bile* Persii, quatenus intumuit; viscerum utique inflatorum superficiem multo magis

195 Ἀμετέρων ἀποσυ-
λᾶσαι βιαίως ἀρχεδικᾶν τοκέων·
Τοί μ', ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον
Φέγγος, ὑπερφιάλου ἀγεμόνος
Δείσαντες ὕβριν, κᾶδος ὡσ-
200 εί τε φθιμένου δνοφερὸν
Ἐν δώμασι θηκάμενοι μετὰ κω-
κυτῷ γυναικῶν κρύβδα πέμ-
πον σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις,
Νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν, Κρονίδᾳ
205 Δὲ τράφεν Χείρωνι δῶκαν.

195, 6. *ἀμετέρων—ἀρχεδικᾶν* Ald. et Rom. nisi quod duplici accentu habet: *ἀρχεδίκᾶν*, unde Cratandrina *ἀρχεδίκαν* emendavit; at ceteræ servant *ἀρχεδικᾶν*. Ut ex Scholiis apparet, lectio hæc, *ἀμετέρων ἀρχεδικᾶν*, grammaticum Chærin auctorem habet, *ἵν' ᾖ, τῶν ἀμετέρων πατέρων τῶν ἀρχεδικῶν* (explico: *δικαίως τὴν ἀρχὴν κεκτημένων*) *ἀποσυλῆσαι αὐτὸν φεύδομαι* (sc. *μιν* v. 193.) At *ἀρχεδίκαν* et quantum ex Schol. intelligere licet, *ἀμετέραν* legerant alii, eo sensu, ut exponerent, *τὴν ἀρχὴν, ἣν κατὰ δίκην—εἶχον οἱ ἐμοὶ γονῆς*. Oxonienses *ἀμετέραν* receperant, relicto *ἀρχεδικᾶν*, arbitrati, illud alterum esse doricum pro *ἀμετέρων*. Vellem viri docti animadvertissent ac docuissent, etiam a nominibus in—*ος* genitivum pluralem eo modo efferri; est enim *ἀρχεδίκης* vel—*ας τοκῆας ἀμετέρας*. Quod infra Pyth. xii. 33. occurrit *αὐλᾶν*, dubitationem non tollit. Itaque retinenda puto *ἀμετέρων—ἀρχεδικᾶν τοκέων*. Nec dissentit Pauwius. 201. *μίγα κ.* Pal. C. additum Scholium: *μικτικῶς*. 201, 202. *μετὰ κωκυτῶ* (pro *κωκυτοῦ*) tuto scribi posse arbitror pro *μετὰ κωκυτῷ*. *κρύβδαν* vulgo. *κρύβδα*, postulante iambico, emendavit Schmidius, assentiente Bodl. C. 204. *κοινάσαντις* ed. Commelin. sphalma. Est *κοινάω*. cf. inf. v. 236. 205. *τραφὶν* Ald. Doricum. Sed Dores aiunt retrahere accentum: itaque etiam *τράφιν*.

nitere constat. Nihil afferre me, quod cogere possit, bene memini; tantum meos sensus eorumque rationes expono. Versatur res in eo genere, in quo videndum est, primo *quid sit probabile per se*, tum *quid sit probabilius ceteris*; quandoquidem, *quod liquido constet*, non habemus. In his, in quibus nihil est, quod ad consensum compellat, dissensum aliorum quis paullo liberalior ægre ferat?

199. *κᾶδος θηκάμενοι δνοφερὸν ἐν δώμασιν ἀντὶ φθιμένου* (*ἐμοῦ*) s. *funus facientes, πενθάμενοι*, s. *luctum atrum*, tristem, *exorsi*.

204. *νυκτὶ κοινάσαντις ὁδὸν, communicantes iter nocti*, noctem solam habentes *consciam consilii*, h. e. clam noctu. [fere ut Eurip. Ion. 956. 7. *Ex Schedis.*]

Σ. ς'. Κ. ιδ'.

Ἀλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων
Ἴστε. λευκίππων δὲ δόμους πατέρων,
Κεδνοὶ πολῖται, φράσσατέ μοι σαφέως.
Αἴσονος γὰρ παῖς, ἐπιχώριος, οὐ
Ξείναν ἱκόμαν γαῖαν ἄλλων.
Φὴρ δέ με θεῖος Ἰά-
σονα κικλήσκων προσηύδα.
Ὡς φάτο. τὸν μὲν ἐσελ-
θόντ' ἔγνον ὀφθαλμοὶ πατρός.
Ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν
Δάκρυα γηραλέων γλεφάρων·
Ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ
Γάθησεν, ἐξαίρετον
Γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν.

Α. ς'. Κ. ιδ'.

Καὶ κασίγνητοί σφισιν ἀμφότεροι
Ἦλυθον, κείνου γε κατὰ κλέος· ἐγ-

210. ξείναν γε legit, ne pede laboret versus, Pauw. Mingarell. ἰφικόμαν vel ἀνικόμαν. Malim ἱσικόμαν. 211. φὴρ δέ με revocavi. Oxon. ed. vitio operarum φὴρ γέ με. 213. ἰσιλθόντ' Schmidii hortatu Oxon. recepere; vulg. εἰσιλθόντ'. 214. ἔγνον ὀφθαλμοὶ haud dubie cum Bodl. C. legendum: ἔγνον pro ἔγνωσαν. ut ἴδον, ἴδεν, ἴσταν. Ita etiam Pauw censuit. Vulgo ἔγνων, adversante metro: quocirca Schmidius ἔγνω ὀφθαλμὸς substituerat. 215. κομφόλυξαν Bodl. γ. Etiam apud Hesych. similis scriptura ex hoc exemplo, non, ut ibi fit, declaranda: κομφαλύζει, τρέμει. 216. βλιφάρων vulgare primus Steph. intulit: ejecerunt iterunt Oxonienses.

207. λιβυκίπποι, majores, h. *nobiles*, qui quadrigis vecti sunt junctis equis candidis.—Mox 209. ἐπιχώριος, οὐ ξείνας ἱκνέομαι.

217. Erat γάθησεν ἐξαίρετον, Γόνον—. Melius, puto, interpungitur: ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ γάθησεν, ἐξαίρετον γόνον ἰδὼν, κάλλιστον ἀνδρῶν· h. περιγήθησε (καθ') ἣν ψυχὴν, ἐν ψυχῇ.

220. κασίγνητοι patris Æsonis.

γὺς μὲν Φέρης, κράναν Ὑπερηίδα λιπὼν,
Ἐκ δὲ Μεσσάνας Ἀμυθάν· ταχέως
Δ' Ἄδματος ἦκεν καὶ Μέλαμπος
Εὐμενέοντες ἀνε-
ψιόν. ἐν δαιτὸς δὲ μοίρᾳ
Μειλιχίοισι λόγοις
Αὐτοὺς Ἰάσων δέγμενος,
Ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων,
Πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν,
Ἀθρόαις πέντε δραπὼν
Νύκτεσσιν ἓν θ' ἁμέραις
Ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον.

222. Ὑπερηίδα quadrisyllabum est, ut ια una sit syllaba. [Ὑπερῃδα Heynius correxit.] Quorsum ergo Ὑπερηΐδα scribitur? 223. Ἀμυθὰν, ut Ἀλαμάν. Etsi est Ποσειδᾶν. Verum est quoque Ποσειδὰν, v. Valk. ad Eurip. Phœn. p. 65. Kœn. ad Gregor. p. 93. Ἀμυθῶν Bodl. γ. quasi pro Ἀμυθάων contracte. 224. ἦκεν Bodl. γ. et Ald. eadem vi. 225. εὐμενεῖν cum quarto casu junctum, non cum tertio, notabile visum, etiam Schmidio. Pauwius ἀνεψιῷ reponendum putat. Ita et ἀνεψιᾷ locum haberet. Miror ei non in mentem venisse, εὐμενέοντε ἐς ἀνεψιόν. εὐμενέοντες de duobus. potest tamen εὐμενεῖν esse *benevole aliquem excipere*, et εἰς subintelligi. Sed verum est: ἦκεν (πρὸς) ἀνεψιόν. tum εὐμενέοντες, *benevolentia adducti*. 230. ἐς Oxonienses ex Bodl. γ. repbsuerant, pro ἐς, ut illud Doricum sit. Audio: sed potest etiam librarii lapsus esse, ut malim hactenus vulgare ἐς retinere, ut sit: *ad omnem hilaritatem eos intendit, incitavit, invitavit.* ἐτάνυεν, ἐνέτεινε, etiam in Glossariis occurrit. Sin vero ἐν magis placet, ut placet, tamen et hoc cum τάνυεν jungendum: ἐντάνυεν κ. τ. 232. Mingarell. conj. νύκτεσσί θ' ἓν θ' ἁμέραις. Vulgatum est doctiore junctura dictum pro ἐν νύκτεσσιν ἁμέραις τε.

222. Τυρίην κρήνην haud ignobilis. [apud Pheras, in vicinia Iolci. *Ex Schedis.*] v. doctiss. Eckhel Numism. anecd. p. 86.—[Pelias et Neleus e Tyro et Neptuno. Æson, Amythaon, Pheres e Tyro et Cretheo. *Ex Schedis.*]

226. ἐν δαιτὸς μοίρᾳ. Schol. ἐν μέρει, *participes eos reddendo convivii*, h. excipiens eos epulis. Hoc videtur simplicissimum; portio epularum unicuique hospitum contingit. Mox 229. ξείνια sunt ipsæ epulæ, et 230. ἐντάνυεν πᾶσαν εὐφροσύναν, *hilaritatem maximam* in eorum animis *excitavit*. ἐντάνυεν, ἐντανύειν, fere ut αὔξειν, pro vulgari αὐξάνειν. [Ad Tibull. i. 5, 76. laudavi ex epigrammate apud Reinesium, illustrato a Valken. Diatribe p. 233. Ζῆθι κάλων τίνας εὖρεν εὐφροσύνας. *Ex Addendis.*]

E. ς'. K. ιγ'.

Ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ, πάντα λόγον θέμενος
Σπουδαῖον ἐξ ἀρχᾶς ἀνὴρ
Συγγενέσιν παρεκοι-
νᾶθ'. οἱ δ' ἐπέσποντ'. αἶψα δ' ἀπὸ κλισιᾶν
Ὦρτο σὺν κείνοισι. καί ῥ' ἦλ-
θον μέγαρον Πελίαο ἐσσύμενοι
Δ' εἴσω κατέσταν. τῶν δ' ἀκού-
σαις, αὐτὸς ὑπηντίασεν
Τυρσῦς ἐρασιπλοκάμου γενεά.
Πραὺν δ' Ἰάσων μαλθακᾷ
Φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον
Βάλλετο κεπῖδα σοφῶν ἐπέων·
Παῖ Ποσειδᾶνος Πετραίου,

236. *συγγενίσσι* male Rom. et seqq. Schmidius Aldum pro se laudare poterat. Tum *πᾶσι κοινᾶθ'* omnes edd. ante Schmidium, qui metro monente et suffragante Pal. C., cui duo Bodlei. succinunt, emendavit *παρεκοινᾶθ'*. ut tamen appareat, unde *πᾶσι* venire potuerit, non male Pauwius conjecit, fuisse olim in libris scriptum *συγγινίσι* vel *—σιν ποτικοινᾶθ'*. 239. *-θεν μίγαρον Πελία δ'* editum erat ab Oxon. quod a sermonis ratione alienum est; unde eos Pauwius satis acerbe exagitavit: nam δὲ eo loco stare non potest. Edd. vulgg. *-θεν Πελία μίγαρον' ἐσ.* Schmidius syllabæ cavere voleus rescripserat *μίγαρόν δ'*. nec male pro *μιγαρόνδε*. unde puto adhæsisse ed. Oxon. Verum melius vocibus permutatis *μίγαρον Πελία* offerebat Bodl. C. 240. *εἴσω* Schmid. quod Bodl. C. firmat. Vulg. *ἴσαν*, recte in metro iambico, monente Pauwio. 241. *ὑπαντίασεν* Ald. 246. *Ποσειδᾶνος* Ald. *Ποσιδᾶνος* Rom. et seqq. *Ποσιδᾶνος* Oxon. exhibuerant ex Bodl. C. Est tamen perpetuo Pindaricorum exemplarium usu per *σ*, *Ποσειδᾶνος*.

234. *παρεκοινᾶτο θέμενος* (*προθέμενος*) *omnem rem*, *λόγον σπουδαῖον*, pro *σπουδαίως θέμενος*, *serio*, *accurate*. et illi 237. *ἐπίσποντο*, *assensi sunt*, *probarunt*. Nisi simplicius est: *comites se ei adjunxerunt*. Statim enim cum iis surgit de mensa.

246. Jason *exorsus est prudentem sermonem*. *κεπὶς*, *fundamentum*, pro exordio. Sic inf. vii. 3. et Fragm. p. 71. de victoriâ navali ad Artemisium parta: *ὅτι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο κεπῖδα ἐλευθερίας*. *Ποσειδᾶνος Πετραίου* majore littera scribendum; erat enim locus Thessaliæ, in quo ludi Neptuno habiti fuere. vid. Schol. Apollon. iii. 1243.

Σ. ζ. Κ. ιδ.

Ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
Κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον,
Τραχείαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.
Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ καὶ σὲ, θεμισσαμένους
Ὀργὰς, ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον.
Εἰδότι τοι ἐρέω·
Μία βοῦς Κρηθεῖ τε μάτηρ
Καὶ θρασυμήδει Σαλ-
μωνεῖ· τρίταισιν δ' ἐν γοναῖς
Ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέν-
τες σθένος ἀελίου χρύσεον
Λεύσσομεν. Μοῖραι δ' ἀφί-
σταντ', εἴ τις ἔχθρα πέλει

249. τρηχείαν Bodl. C. Sed in τραχείαν h. l. α longa est ex η Ionica. In vulgg. ἐπίβδαν δ' ὅμως. Omnino δ' tollendum erat, ut jam a Schmidio factum: abest quoque a cod. Gotting. Repugnat usui et metro; est enim iambelegus. Aldus prave: ἐπιάδαν δ'. 255. τρίταισιν δ'. Abest ν in edd. sed adesse debet, nisi iambus pro spondeo sit; monente quoque Pauw. τρίταις δὲ ἰν Bodl. C. 258, 9. ἀφίσταιντ' (aut, ut secundum grammaticorum leges scribendum, ἀφιστᾶιντ') Chæ-

249. Esse τραχείαν ἐπίβδαν, τὸ μᾶλλον τραχὺ, recte Schol. in quo sunt alia de voce ἐπίβδα, quæ proprie ἡμέρας μεθιέντους declarat, nunc omnino τὸ μᾶλλον. Multa de ea, quæ nonnullorum vocabulorum fortuna fuit, disputarunt viri docti, olim Etymol. M. Suidas, Hesych. et ad hunc Hemsterh. tum Ruhnken. ad Timæum h. v. Comparantur cum repotiis, de quibus docta est Wernsdorfii disputatio. Est autem ordo: θνητῶν μὲν φρένες (κᾆν) τραχείαν ἐπιόντων (αὐτῶν) πρὸς ἐπίβδαν h. e. κακὸν τὸ μᾶλλον, (etsi in mala futura irruunt, parant sibi calamitates futuras) ὅμως ὠκύτεραί εἰσιν, αἰνῆσαι κέρδος δόλιον πρὸ δίκας, *proclives sunt, præcipites, ad præferendam justo utilitatem per fraudem.* [fere ut Apollon. iv. 1017. *Ex Schedis.*]

250. θεμισσαμένους ὀργὰς, *moderantes, regentes, animos,* providere, ut feliciter agamus in posterum.

253. Eadem femina βοῦς, τοκὰς γυνὴ, *Enarea.*

258—260. Sunt verba paullo impeditiora. αἰδῶ καλύψαι erit, *tollere, extinguere,* ut κρύπτειν pro ἀφανίζειν, ἀϊστοῦν, *reverentiam* seu pietatem *cognatorum;* hoc fit odiis mutuis. εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογένεις, (ἥτις αὐτὴν scil. τὴν ἔχθραν) τὴν αἰδῶ καλύψαι, *quæ talis sit, ut tollat pietatem.* Ita est: *Parcæ* (custodes recti

260 Ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι.

A. ζ. K. ιδ.

Οὐ πρέπει νῶιν χαλκοτόροις ξίφεσιν
Οὐδ' ἀκόντεσσιν μεγάλαν προγόνων
Τιμὰν δάσασθαι. μᾶλά τε γάρ τοι ἐγὼ
Καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίη-
265 μ' ἀγρούς τε πάντας, τοὺς ἀπούρας
Ἀμετέρων τοκέων
Νέμεαι, πλοῦτον πιαίνων.
Κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶ-
κον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν.
270 Ἀλλὰ, καὶ σκᾶπτον μόναρχον,
Καὶ θρόνον, ᾧ ποτε Κρηθείδας

ris legebat, nec improbante Grammatico in Scholiis, ἵν' ᾖ συνεχὴς ὁ λόγος· ἀφίστανται καὶ Μοῖραι, εἰ μέλλει ἐν τῷ γένει ἡμῶν διαφορὰ γενέσθαι, ὥστε πρὸς ἀναίδειαν τραπῆναι. Etiam sic Aldus excusum dedit. At Rom. cum cett. ἀφίστηντ', sive ut ἀφίστανται sive ut ἀφίστανται sit; hoc quidem melius: *recedunt Parcæ, aversantur*; adeoque cognati σὺν ἀγαθῇ μοίρᾳ χρῶνται. [ἀποστατεῖ θέμις Æschyl. Eumen 411. *Ex Schedis.*] 260. Reliqui interpunctionem post ὁμογόνοις, etsi ea aut omitti aut etiam post πέλει cum Aldo transferri poterat: est enim quod Schol. ait: ἐὰν δέ τις ἔχθρα ὁμογόνοις γένηται, ὥστε καλύπτειν τὴν αἰδῶ καὶ ἀποχρήσασθαι, τουτέστι, μὴ αἰδεῖσθαι sc. αὐτούς. *ita ut pudorem, quem sibi agnati et cognati mutuum debent*, h. pietatem, reverentiam et amorem, *deponant, exuant.* 261. νῶν Oxon. ante νῶιν, quod Schmidius monet per synizesin esse legendum. recte: sed cur diæresis infertur? exarandum haud dubie νῶιν, pronuntiandum νῶν. νῶ Bodl. γ. vitium est χαλκεόρεις Romanæ edit. sphalma, in omnibus deinde editis servatum, recte secundum Scholiasten emendatum est a Schmidio. Ald. χαλκεοτόρεις cum. Bodl. γ. Versum recitat Tzetza ad Lycophr. 175. 262. ἀκόντεσσιν, adjecto ν, legendum, metro jubente, monet Pauw. 263. μᾶλα. atqui Ol. vii. 116. erant μᾶλα. 267. νέμεται diserte Ald. at Rom. νέμεις. forte ex scripturæ compendio. emendatum ex Aldo in Cratandrina. 271. καὶ θρόνος erat editum. Plus lyrici spiritus habere mihi videtur, si legatur: καὶ θρόνον, ut quoque ex Bodl. C. notatum video. Scilicet: Ἀλλὰ καὶ σκᾶπτον μόναρχον, Καὶ θρόνον, ᾧ—δίκας, Τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας Λῦσον ἄμμιν. *Sed et sceptrum et thronum, hæc* (τὰ, ταῦτα, solito more, ut ad utrum-

et justi) *aversantur*, abhorrent ab adspectu, *ortis inter cognatos odiis, quibus pietas et reverentia mutua inter eos tollitur.* 268. νεῦ μι πενῖ. πενῖν h. l. active. cf. Brunck. in Anacreont. p. 111. et παρένεντα pro αὔξοντα, *non me male habet, quod hæc tuas opes valde augent*, tuis copiis accedunt.

Ἐγκαθίζων ἱππόταις
Εὔθυνέ λαοῖς δίκας,
Τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας

E. ζ. K. ιγ'.

Λῦσον ἄμμιν, μή τι νεώτερον ἐξ
Αὐτῶν ἀναστήσῃ κακόν.
Ὣς ἄρ' ἔειπεν. ἀκᾶ
Δ' ἀνταγόρευσεν καὶ Πελίας· ἔσομαι
Τοῖος. ἀλλ' ἤδη με γηραι-
ὸν μέρος ἀλικίας ἀμφιπολεῖ·
Σὸν δ' ἄνδος ἤβας ἄρτι κυ-
μαίνει· δύνασαι δ' ἀφελεῖν
Μᾶνιν χθονίων. κέλεται γὰρ ἐὰν

que σπᾶσον et θρέψον referatur) *redde nobis sine omni tua et mea molestia.* Saltem sic accipiam vulgare σπᾶσον—καὶ θρέψες—τὰ μὲν etc. Vulgo subintelligunt: σοῖσι μέ, h. ἀλγύνει. 273. λαοῖς Schmid. metri gratia. vulgg. λαοῖσι. 276. Triplex olim in libris fuit varietas, ut ex Schol. apparet: ἀναστάσῃ, (docta lectio: *ne quid mali inde oriatur*) ἀναστήσῃ (quæ et futuri medii et indefiniti 1. subjunctivi esse potest: ex grammaticis aliqui pro ἀναστήσηται dictum volebant) et ἀναστήσῃς, ut in edd. legebatur, quod secundæ lectionis interpretamentum esse videtur: nam ἀναστήσῃ ab—στημι eodem significatu accipi potest, contra quam Scholiastes fecit.—νεώτερον pro μεῖζον. 277. Ἀκᾶ aut potius ἀκᾷ pro ἀκῇ dictum Schmidius, ἀκῇ etiam scribendum esse Pauwius censent: esse enim ab ἀκὴ, ἡ ἡσυχία, quæ ap. Hesych. interpretatio extat. Vox manifeste convenit cum ἧκα, Dorice ἄκα, h. ἠρέμα καὶ ἠσύχως, in quo α corripitur, antiquo usu. Probabile fit fuisse olim ἄκη vel ἀκὴ, quod *lenitatis* significatum haberet, inde factum (ἐν vel σὺν) ἄκῃ, ἄκᾳ, unde ἄκα, ἧκα factum, item (κατ') ἄκην vel ἀκὴν, quod Grammatici, Etymol. et Eustath. a χαίνω ducunt. Certe hinc ἴκηλος et ἄκηλος (v. Hesych. h. v.) formatum, et hoc brevem syllabam habere, patet ex Homerico ἀκαλλιέτης. 278. ἀνταγόρευσεν pro ἀντηγόρευσεν, unde secunda est producta. ἔσσομαι—τοιοῦτος vulgg. quod mutavit Schmidius metro monente, et mss. Bodl. addicentibus. 281. σοῦ δ' ἄ. vitium, quantum video, solius edit. Schmid.

274. τὰ μὲν, *quod ad ista attinet*, ea quidem *redde mihi, ne inde* (ἐξ αὐτῶν, διὰ τούτου) *inopinum tibi arcessas malum.*

283. Veterator Pelias simulat, se religione teneri expiandæ ἄτης, piaculi, quod regni exitium minari videretur. Sunt autem placandi Manes Phrixi, parentis Athamantis et Inus injuria patrio solo pulsi et in Colchide mortui. Cæsum eum edit Valer. Fl. i. 47. sqq.

Ψυχὰν κομίξαι Φρίξος, ἐλ-
Θόντας πρὸς Αἰήτα θαλάμους,
Δέρμα τε κριοῦ βαθύμαλλον ἄγειν,
Τῷ ποτ' ἐκ πόντου σαώθη

Σ. ή. Κ. ιδ.

Ἔκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων.
Ταῦτά μοι θαυμαστὸς ὄνειρος ἰὼν
Φωνεῖ. μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ,
Εἰ μετάλλατόν τι. καὶ ὡς τάχος ὀ-
τρύνει με τεύχειν ναὶ πομπάν.
Τοῦτον ἄεθλον ἐκὼν
Τέλεσον· καί τοι μοναρχεῖν
Καὶ βασιλεύεμεν ὄ-
μνυμι προησειν. χαρτερὸς
Ὅρκος ἄμμι μάρτυς ἔστω

285. -θόντα erat; -θόντας non modo ed. Brub. cum Bodl. γ. sed omnes vett. usque ad Steph. idque metrum postulat. 288. ἐκ τῶν prave Rom. et sqq. donec Schmid. iterum emendavit sec. Ald. 291. εἰ μεταλλάττον τι conj. Pauw. nam *somnium*, inquit, *erat apertum et omnis dubii expers.* recte; sed de somnio dubitari poterat, an divinitus missum et an ei parendum esset. Igitur aditur deus, an quid super somnii veritate et auctoritate ex deo explorari possit: εἰ μεταλλατόν τι. 292. ὀ. σὲ Rom. et seqq. Bene Schmidius ex Ald. revocavit με, probantibus etiam Oxon. et Pauw. 294. τέλεσσον edd. At τέλεσον ex Aldo legendum esse, ut Ionicus a minore sit, monuerunt Schmid. et Pauw. καί τοι pro σοι.— 297. ἄμμιν invectum in ed. Morell. et Stephanianas. Pauw distinguere jubet: π. ἔρκος ἄμμι· μάρτυς ἴ. Non satis assequor. Sed ordo verborum hic erat faciendus: μάρτυς ἔστω ἄμμι ἀμφοτέρους Ζεὺς ὁ γενέθλιος, καρτερὸς ὅρκος. Jupiter ὅρκος,

ubi hæc ornat. Apud Apollon. ii. 1198. Jovis ira placatur. κέλεται γὰρ Φρίξος (ἐμὲ) κομίξαι ψυχὰν ἐών. Notabile κομίζειν, *curare*, de sacris factis, de inferiis. Eo sensu κομιδὴ quoque occurrit.

291. εἰ μεταλλητόν τι, *num quid comperiri posset super somnii consilio*: h. e. an possem resciscere aliquid, situe viso obtemperandum. μεταλλᾶν non modo est *quærere*, sed et *comperire*. καὶ (ὁ Ζεὺς) ὀτρύνει ἐμὲ, ὡς τάχος τεύχειν ναῦ πομπὰν, h. πέμπειν νῆα, *instruere ac deducere in mare*.

294. μοναρχεῖν spectat ad imperium, βασιλεύειν ad dignitatem regiam, honorem, munera, ut sup. 270. σκῆπτρον μόναρχον, καὶ θρόνος etc.

Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις.
Σύνθεσιν ταύταν ἐπαι-
νήσαντες οἱ μὲν κρίθεν.
Ἀτὰρ Ἰάσων αὐτὸς ἤδη

Α. ἡ. Κ. ιδ'.

Ὄρνυεν κάρυκας ἐόντα πλόον
Φαινέμεν παντᾶ. τάχα δὲ Κρονίδα-
ο Ζηνὸς υἱοὶ τρεῖς ἀκαμαντομάχαι
Ἦλθον Ἀλκμήνας θ' ἑλικοβλεφάρου
Λήδας τε. δοιοὶ δ' ὑψιχαῖται
Ἀνέρες, Ἐννοσίδα
Γένος, αἰδεσθέντες ἀλκάν,
Ἔκ τε Πύλου καὶ ἀπ' ἄ-
κρας Ταινάρου· τῶν μὲν κλέος
Ἐσλὸν Εὐφάμου τ' ἐκράνθη

quatenus per eum juratur. [Heynius in textu et post Ὄρνυε et post Ζεὺς posuit comma.] 301. ἀνὰς metri caussa Schmid. pro αὐνὰς, quod teneri poterat judice Pauw. 302. ἔρνυ Bodl. C. qui metro refellitur. ἰόντα, *concessam cuivis navigationem*, refinxerat Schmidius, argute, sed temere. ἰόντα est γινόμενον (γενησόμενον), τὸν δίξαντα, ut Schol. *constitutam navigationem.* Aut dicendum simpl. ἴοντα pro εἶναι, ἴεσθαι. 303. πάντα Rom. et al. Revocavit παντᾶ post Ald. Stephanus. Utrumque ferri posse censet Pauw. 305. Ἀλκμάνας repente hic editum: cum ubique sit Ἀλκμήνα. etiam in Theocrito. 310. Pro τῶν μὲν Schol. legerat τῷ μὲν, ut ad Neptunum referatur, cui ex filiis decus nascitur.

298. Ζεὺς γενέθλιος nunc, rebus jubentibus, aliter quam Ol. viii. 20. esse debet πατρῷος, *gentilitius* stirpis Æolicæ. Est autem γενέθλη, itidem ut γένος, et *natalis* et *genus.*

[305. Hercules et Dioscuri. *Ex Schedis.*]

306. ὑψιχαῖται, ut βαθυχαῖται, refer ad juvenilem vigorem. [Euphemus et Periclymenus. *Ex Schedis.*]

308. αἰδεσθέντες ἀλκὰν multis modis exponi potest. Præstat, puto, ad Jasonem referre: *virtutem Jasonis reveriti*, h. e. admiratione virtutis ejus.

310. Euphemus et Periclymenus, Neptuni ille filius ex Europa, hic nepos ex Neleo et Chloride, Tityi filia; Neleus autem et Pelias e Tyro suscepti Neptuno: istis *cumulata est gloria ex novo hoc navigationis ausu.* ἐκράνθη, *συντετέλεσται, perfecta est.*

Σόν τε, Περικλύμεν' εὐρυβία.
Ἐξ' Ἀπόλλωνος δὲ, φορ-
μικτὰς, ἀοιδᾶν πατὴρ
Ἔμολεν, εὐαίνητος Ὀρφεύς.

Ε. ἡ. Κ. ιγ'.

Πέμπε δ' Ἑρμᾶς χρυσόραπις διδύμους
Υἱοὺς ἐπ' ἄτρυτον πόνον,
Τὸν μὲν Ἐχίονα, κε-
χλάδοντας ἥβᾳ, τὸν δ' Ἔρυτον. ταχέως
Δ' ἀμφὶ Παγγαίου θέμεθλα

318, 9. *κιχλάοντας.* Supra Ol. ix. 3. *κιχλαδὰς* occurrebat ductum a *χλήζω*, dorice *χλάζω*. unde *α* productum. Ab hoc factum esse debet *κιχλάδω* (non *κιχλαδάω*, ut Schmidius facit) pro *κιχλήδω*, unde *κιχλάδων*. *κιχλαδόντας* scripsi pro *κιχλαδάντας*. nam *α* producta esse debet; neque adeo aoristus secundus locum habet h. l. Scholiastes exponit *πλήθοντας*, ut Etymol. M. *κιχλαδὰς* (Ol. ix. 3.) *ἀντὶ τοῦ ὁ πλησθών.* Pergit Scholiastes: *κυρίως δὲ κλῆδες,* (vel *χληδὸς*, cf. Hesych. h. v. et Pauw ad h. l.) *ἡ μετὰ ἦχου τῶν ὑδάτων ῥύσις, μιμητικῶς εἰρημένη. ὡς καὶ βρόμος κυρός.* Illud *χλῆδες* a *χλήζω* ductum esse debuit, hoc autem a *χλῶ*, (a quo Etymol. M. *ἔχλες* ducit) *χλάω, χλάζω, χλήζω*. Fuit et *χλίω* pro *θρύπτω*. unde *ἰγχλίειν* Æschyl. Suppl. 921. et *χλιαρός*. cf. inf. ad ix. 66. Duplex autem significatus hic verbis inesse videtur primum copiæ, proprie aquarum, tum strepitus, quem multæ aquæ fluentes faciunt. Alter significatus supra Ol. ix. 3. alter vero, ille prior, h. l. obtinere videtur, ut sit *juventæ vigore plenum esse*, *κιχλάδειν ἥβῃ*. cf. Abresch ad Hesych. his vocc. Sup. 281. *ἥβη συμαίνει.* Quod autem altero loco pro interpretatione in Scholiis affertur: *τῷ τῆς ἀκμῆς ὑπεραίρεσθαι θερμῷ*, suspicor Scholii auctorem vitiose *κιχλιδόντας* legisse, vel *κιχλιδόντας*, tanquam a *χλίω, χλιδή, χλιδᾶν*. Apud Hesych. *κιχλιδόντα, ἀνθοῦντα.* Bodl. C. *κιχλαδόντας* cum metri vitio. 319. *τόν τ'* malit Pauwius. *Ἔρυτον*, metro monente, ex Apollonii aliorumque auctoritate emendavit Schmidius. Superiores edd. vitiose: *Εὔρυτον. ταχίως* Gott. 320. *παγχαίου* vett. edd. Primum emendatum a Morellio. Notus mons Thraciæ ad fl. Nestum.

313. *ἐξ' Ἀπόλλωνος* potest variis modis accipi, ut Mingarell. monet: *ab Apolline missus*: tum *ἐξ Ἀπ. φορμικτὰς, citharœdus ab A. edoctus.* Præfero *ἐξ' Ἀπόλλωνος* scil. *γίνες* v. 308. pro *ὁ Ἀπόλλωνος υἱῶς*. Ponitur in medio heroum a Jove, Neptuno, Mercurio, ortorum. Alii Œagri filium faciunt Orphea. Doctum est Scholion ad h. l.

318. *κιχλάδοντας ἥβᾳ*, a *κιχλήδω, πλήθω, juvenili vigore*, tanquam succo, *turgentes*. v. V. L. Mox 321. *καὶ γὰρ* pro *porro*, ut Lat. *nam*. formula variandi nexum ac progressum narrationis. 322. *ἴαινεν*, instruxit ad iter et misit.

Ναιετάοντες ἔβαν· καὶ γὰρ ἐκὼν
Θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἔν-
τυνεν βασιλεὺς ἀνέμων
Ζήταν Κάλαΐν τε πατὴρ Βορέας
325 Ἄνδρας πτεροῖσιν νῶτα πε-
φρίκοντας ἄμφω πορφυρέοις.
Τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν ἡμιθέοι-
σιν πόθον γ' ἔνδαιεν Ἥρα

Σ. ϑ'. Κ. ιδ'.

Ναὸς Ἀργοῦς· μή τινα λειπόμενον
330 Τὰν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν
Αἰῶνα πέσσοντ', ἀλλ' ἐπὶ καὶ ϑανάτῳ
Φάρμακον κάλλιστον ἐᾶς ἀρετᾶς
Ἄλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.
Ἐς δ' Ἰαωλκὸν ἑπεὶ

323. ἴν—τυνε Ald. bene. In vulgata ἴν—τυιν Pæon secundus pro Ionico erat. Dicta hæc pro: ἴβαν Ζήτης Κάλαΐς τε. αὐτοὺς γὰρ etc. 325. πτερῶσιν Mingarell. ut 161. pro πτεροῖσι Gilb. Wakefield in Boreadis transfert alas ab humeris in caput pone aures, πτερῶσιν ὦτα. Sic quoque in Apollon. Rhod. i. 221. ἀμφὶ δὲ νώτοις in ἀμφὶ δ' ἐν ὤτοις. (etsi non memini usquam dictum aliter quam οὔασι vel ἀοί.) Silv. Part. i. p. 27. *Ex Addendis.*] 326. πτερικέτας Bodl. C. 327. παμπληθῆ Pal. C. cum Scholio: βαρὺν, μίγαν, et Bodl. C. Gott. minus argute. Licet incidere in παμπειθὴς Ἥρα. Sed magis accommodatum παμπειθὴς πόθος. Nec est alienum a Pindaro geminare epitheta. 330. Erat τὸν ἀ. Ut laboranti in capite versui succurreret, Schmidius τόνδ' refinxit, Pauw τόν γ'. At Aldus verum suppeditat τὰν, ut Dores τὰν αἰῶνα dixerint, quomodo alia eodem genere præter communem morem extulerunt. 334. Edd. ante Schmidium ἐς δ' Ἰ. claudicante metro. Sed vir ille doctiss. emendavit ἐς δ' Ἰαωλκὸν vel ἐς δὶ Ἰωλκόν. hoc in edd. receptum firmat Codex Bodl. C. At præstat prius, ne inferatur hiatus.

330. πέσσοντα αἰῶνα ἀκίνδυνον, pro ἀκινδύνως, παρὰ ματρὶ, ut ἵψιν Ol. i. 132. *consumere vitam.*

332. φάρμακον ἀρετᾶς, ut τὸ ἄκος Nem. iii. 29. sc. proprie *ærumnarum et laborum delinimentum.* Sic N. iv. 2. πόνων κεκριμένων ἰατρὸς ἄριστος σὺ φρενσύνα, *laborum finitorum, exhaustorum, optima medela, refectio, lætitia ex successu.* Remedium lenit vulnus, dolorem; laboris lenimen, φάρμακον, est gloria; pro labore est ἀρετὴ, quæ facit, ut illum toleremus.

Κατέβα ναυτᾶν ἄωτος,
Λέξατο πάντας ἐπαι-
νήσαις Ἰάσων. καί ῥά οἱ
Μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλά-
ροισι θεοπροπέων ἱεροῖς
Μόψος ἄμβασε στρατὸν
Πρόφρων. ἐπεὶ δ' ἐμβόλου
Κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν,

Α. θ'. Κ. ιδ'.

Χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιάλαν
Ἀρχὸς ἐν πρύμνᾳ πατέρ' Οὐρανιδᾶν
Ἐγχειχέραυνον Ζῆνα, καὶ ἀκυπόρους
Κυμάτων ῥιπὰς ἀνέμων τ' ἐπάλει,
Νύκτας τε, καὶ πόντου κελεύθους,
Ἄματά τ' εὔφρονα, καὶ
Φιλίαν νόστοιο μοῖραν.
Ἐκ νεφέων δέ οἱ ἀντ-

335. *κατίβαν αὐτᾶν* Ald. perperam. cf. Pauw. *ναυτᾶν* Gott. pro vulgari *ναυτᾶν*. 338. *ἐρνίχεσσιν* b v. Bodl. C. 339. *θεοπροπίων* scriptum in omnibus: argutatur in eo Pauw. Sed recte emendavit Schmidius *θεοπροπίων* ex Scholiasta, qui veram lectionem habuit, *μαντευόμενος* interpretatus; et alter: *ταῖς μαντείαις χρεωμένους*. 345. Schmidius et Oxonienses duplicem accusativum, alterum personæ, Ζῆνα, alterum rerum, quas petit Jason, constituendo poeticam vim attenuant et prorsus conficiunt. Quin lyrice dicitur invocare Jason cum Jove Mare, Ventos, Vias maris, Noctes, Dies, Reditum. 346. *ἀνίμους* Bodl. C. minus bene. 347. *Νύκτας τε κατὰ π. κ.* emendat Pauw. unde elumbis et humilis oratio existit. Trajectio verborum in lyrico carmine ferenda; quid? quod et spiritum poetæ auget. 348. *ἄματα* primæ edd. emendatum in Cratandr.

341. De discessu parando jam sup. 43. verba vidimus. De appulsu inf. ix. 80.

346. *ἰκάλλω* refero ad omnia voc. *εὔφρονα*, pro vulgari: *precatur, ut sint propitii et secundi fluctus, venti, dies, noctes.* [Arcades in certis *τελεταῖς θύουσιν Ἀ-ρεμιν καὶ Θυίλλαις καὶ Βρομιαῖς.* Pausan. viii. 29. pr. *Ex Schedia.*] *μετὰ ἀνίμων* et inf. ix. 85. occurrunt.—347.

ἄϋσε βροντᾶς αἴσιον
Φθέγμα· λαμπραὶ δ' ἦλθον ἀκτῖ-
νες στεροπᾶς ἀπορηγνύμεναι.
Ἀμπνοὰν δ' ἥρωες ἔ-
στασαν θεοῦ σάμασι
Πιθόμενοι. κάρυξε δ' αὐτοῖς

Ε. Θ'. Κ. ιγ'.

Ἐμβαλεῖν κώπαισι τεραοσκόπος, ἀ-
δείας ἐνίπτων ἐλπίδας.
Εἰρεσία δ' ὑπεχώ-
ρησεν ταχειᾶν ἐκ παλαμᾶν ἄκορος.
Σὺν Νότου δ' αὔραις ἐπ' Ἀξεί-
νου στόμα πεμπόμενοι ἤλυθον. ἔν-

353. Malebat Mingarell. στερεπᾶς ἅπτ ἐηγνύμεναι. 354, 355. Ἀμπνοὰν δ' οἱ ἥρωες—ἵσταν Bodl. C. Pauwius ἀμπνοὰν—ἵσταντ ineptum censens emendat ἐν πνοὰν ἵσταντ, ut ἐν pro ἐς dictum sit: *steterunt ad ventum*, h. *ventum expectant*. Quod an minus durum sit, quam alterum, et quam incomtum, nolo dicere; et quæ tum vis inest sententiæ; *confisi auguriis expectarunt ventum?* Ex altera parte bona est sententia: *augurio fausto confirmatos, recreatos, fuisse heroum animos*. 356. πιθόμενοι emendavit Schmidius. Sed et πιθόμενοι recte se habere aiebat Pauw h. l. et ad v. 301. 357. τερασκόπας Bodl. C. vitiose, et mox ἐνίπτων. 360. ταχειᾶν præclare Schmid. emendaverat, metro postulante, et ex Scholiorum et Pal. C. auctoritate. τραχειᾶν invito metro revocarant Oxon. τραχιᾶν Ald. Suspicor tamen vel sic verius esse ταχυᾶν e perpetuo poetarum usu. ὑπεχώρησεν cum Mingarello scribo; sed id non necesse erat ante ρ. 361. εὐξείνου Bodl.

πόντου κίλισθαι sunt aut ipsum *mare*, in quo navigatur, aut *navigatio*; precatur κιλίσθους εὐφρονας. [ἀνίμων κίλισθα Od. ν. 20.—Similia in Orph. 335. *Ex Schedis.*]

354. Si ἀναπνοὰν ἱστάναι pro ἀναπνέειν, *recreari*, *animo confirmari*, defenditur, dicendum est, esse pro πείθεσθαι, aut illustrandum id erit ex simili formula, ἐρθεῖν, στῆσαι ψυχήν. ἔρις στῆσαι in Odyss. ρ. 11. et μῆνιν στῆσαι Sophocl. Œdip. 699. unde et omnino potest στῆσαι reddi per ἴσχειν. ut in eo, quod commode laudavit Gedik. ex Eurip. Iphig. in A. 786. 9. στῆσαι ἐλπίδα. *habere metum*; ad quem locum Markland. alia attulit: unde patet, σχέσειν pro στήσειν Tyrwhittum ingeniose quidem conjectasse, nec tamen vere. In nostro loco ἱστάναι ἀμπνοὰν simile est ei, quod sup. P. iii. 171. ἵσταται ἐρθὰν καρδίαν.

Ϝ' ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἔσ-
σαντ' εἰναλίου τέμενος·
Φοίνισσα δὲ Θρηϊκίων ἀγέλα
Ταύρων ὑπῆρχεν· καὶ νεό-
κτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ.
Ἐς δὲ κίνδυνον βαθὺν ἱέμενοι,
Δεσπόταν λίσσοντο ναῶν,

Σ. ἰ. Κ. ιδ'.

Συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον
Ἐκφυγεῖν πετρᾶν. δίδυμοι γὰρ ἔσαν
Ζωαὶ, κυλινδέσκοντό τε κραιπνότεραι
Ἢ βαρυγδούπων ἀνέμων στίχες· ἀλ-
λ' ἤδη τελευτὰν κεῖνος αὐταῖς
Ἡμιθέων πλόος ἄ-
γαγεν. ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐν-

γ. ex interpr. 363. *ἱσταντο τέμενος*. ἵω, ἵζω, καθίζω, sollennia sunt *de ædibus, templis, aris ponendis.* At ab ἵστημι ducentem usus et analogia destituit. 366. *πέκτιστον* Ald. Gott. et Pal. C. cum Bodl. C. *θέκτιστον*, quod ed. Rom. submisit, a Neandro inde exponitur, *a natura factum.* Saltem esset reddendum θεῖον. Mingarell. *a deo jussum.* Sed revocandum est antiquum. Ceterum impeditus locus, et in altera parte enervis ac fluxa sententia erat: *Φοίνισσα—ὑπῆρχεν, καὶ—θέναρ. aderant victimæ et ara*, post illa: *ibi Neptuni delubrum constituerunt.* Sed peccabat et hic interpunctio, et jungenda sunt, *ἱσταντο τέμενος καὶ πέκτιστον* λ. β. θέναρ. Illa autem, *φοίνισσα δὲ Θρηϊκίων ἀγέλα Ταύρων ὑπῆρχεν*, in medio sunt, sollenni lyrici more, v. c. sup. vss. 56. sqq. [Heynius in textu parentheseos signis inclusit verba *Φοίνισσα—ὑπῆρχεν.*] 367. λίθων Oxon. ex Bodl. C. receperunt. Schmidius λίθου emendaverat. Vulgo λίθινον legitur, quod metro non repugnare, si anapæstus pro iambo positus accipiatur, contendit ac defendit Panw. 368. *ἵμενοι* in Stephanianas irrepsit, hinc in Plaut. Commel. 374. *αὐταῖς* Gotting. minus bene. 376. Sane magis consentaneum foret scribi *ἐς Φ.*—

365. *φοίνισσα—ὑπῆρχεν* in parenthesi sunt includenda. Sacrum hoc xii. diis factum Apollonius memorat; at cum Pindaro consensit Timosthenes. v. Sch. Apollon. ii. 532.

374. *τελευτὰν* sc. *τοῦ κυλίνδεσθαι*, adeoque *στάσιν*, lyrice, quasi mortem exhibuit, ut motu privati essent scopuli; quemadmodum antea *ζωαὶ* erant, *moventes se*, mobiles.

ἦλυθον, ἔνθα κελαι-
νώπεσσι Κόλχοισιν βίαν
Μίξαν, Αἰήτᾳ παρ' αὐτῷ.
Πόντια δ' ὀξυτάτων βελέων
Ποικίλαν ἴϋγγα τε-
τρακνάμον' Οὐλυμπόθεν

ἰνήλυθον. Pauw in Φ,—ἰνήλυθον, æolico more, præfert. [ἔπτυσιν ἦλυθον Boeckh. in Commentatt. p. xiv. *Ex Schedis.*] 378. Κόλχοισιν postulat metrum pro Κόλχοισι. 379. Iterum peccabat interpunctio et junctura verborum. Jungenda sunt: ἐς Φᾶσιν ἰνήλυθον Αἰήτᾳ παρ' αὐτῷ. reliqua in medio posita. 380. ὠκυτάτων Pal. C. et ed. Rom. Brub. ac seqq. ante Schmidium, qui ὀξυτάτων revocavit ex Aldo et Crat. qui certe id exhibent. πόντια βιλέων, ut πόντια θηρῶν Diana Iliad. φ. 470. Sic *potens armorum.* 381, 2. τι-τρακνάμων edd. et codd. etiam in Schol. auctores, qui laborant interpretando ἴϋγγα τετρακνάμων. Sed τετρακνάμον' præclare emendavit ex Schol. Schmidius, et in eo jam Stephanus in suis edd. præiverat, unde edd. Commelin. et Plant. quas Schmidius laudat, petierunt. τετρακνάμονι κύκλῳ (h. τροχῷ, *rotæ quatuor radios habenti*) ἁλύτῳ (docte pro ἁλύτως vel ἄλυτον) ἰυζεύξασα ἴϋγγα. Sic enim jungenda sunt verba; et: ἵφιτος Οὐλυμπόθεν ἀνθρώποις. Supra Pyth. ii. 74. τετράκναμος δισμὸς Ixionis occurrebat. 382. Οὐλυμπόθεν metro postulante Schmidius. Vulgo: Ὀλυμπόθεν. Pauw minus bene rescribere jubet: τετρακνάμονι Ὀλυμπόθεν.

377. Pronior in hoc sum, ut κελαινῶπας Κόλχους dictos putem *nigros adspectu*, seu simpl. *nigros* (ut sup. P. i. 13, 14. κελαινῶπιν ἰφίλαν) respectu originis ex Ægypto: vid. Herodot. ii. 104. ὅτι μελάγχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες. Κόλχοισι βίαν μίξαν, ut χεῖρας, *pugnarunt.* Fuere quoque inter Argonauticarum rerum scriptores, qui cum Colchis pugnatum esse dicerent. Nescio tamen, an simpliciter h. l. accipiendum sit pro ἐμίχθησαν, παρεγένοντο. pro ἑαυτοὺς, ἑαυτῶν βίαν. ut βίᾳ Ἡρακλέους.

380—395. Si vulgari oratione utaris, sententia hæc est: *tum primum adhibitum est philtrum a Venere ad Medeam Jasonis amore irretiendam.* Iynx *torquilla Linn.* esse creditur secundum Aristot. Hist. A. ii. 12. Plin. xi. 48. s. 107. variis nominibus vulgo, recte an falso, impertita, *frutilla, verticilla, motacilla;* mobilitate sua adumbrare credita æstuantis amoris agitationem; quæ ut etiam augeretur, illigata avis rotæ circumagebatur. Est de ea ave locus præclarus in Schol. ad h. l. quibus add. Theocr. ii. 17. c. Schol. et Intpp. ad Xenoph. Memor. Socr. iii. 11. 17. Verheyk. ad Anton. Lib. p. 62. sq. [Böttiger *N. Teutsch. Mercur* m. Mai. 1810. *Ex Schedis.*] Ἴϋγγα simpl. pro *delinimento* (vid. Salmas. ad Solin. p. 662. a.), aut potius pro *cupiditate* dixit Pindarus inf. Nem. iv. 56. ubi Scholion aliud doctum in avem mutatam narrat Iyngem, filiam Echus vel Pithus s. Suadæ, quæ Jovem ad Jus amorem pellexerat. Phantasma poeticum haud insuave. [Venus tum primum Olympo hominibus attulit, inter eos vulgavit usum iyngis, illigatæ rotæ, edocuitque Jasonem carmen. *Ex Schedis.*]

Ἐν ἀλύτῳ ζεύξασα κύκλῳ

A. ί. K. ιδ'.

Μαινάδ' ὄρνιν Κυπρογένεια φέρεν
Πρῶτον ἀνθρώποισι, λιτάς τ' ἐπαοι-
δὰς ἐκδιδάσκησεν σοφὸν Αἰσονίδαν·
Ὄφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοι-
τ' αἰδῶ, ποθεινὰ δ' Ἑλλὰς αὐτὰν
Ἐν φρεσὶ καιομέναν
Δονέοι μάστιγι Πειθοῦς.
Καὶ τάχα πείρατ' ἀέ-
θλων δείκνυεν πατρωΐων·
Σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμακώσα-
σ', ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν
Δῶκε, χρίεσθαι. καταί-
νησάν τε κοινὸν γάμον
Γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μίξαι.

386. Ἰαλιδάκτιον Ald. cum Palat. C. ἰδιδάκτησεν cum Gott. Rom. et seqq. unde emendavit, ut nunc est, Schmid. λιτὰς ut Ol. vi. 132. 387. Μαδίαι. Videtur legendum esse Μαδίαν. Nam dicitur quis ἀφιλίσθαι τινά τι. Subjectum est Αἰσονίδης. 392. πατρωΐων a Schmidio, probante Mingarello. Vulgo: πατρῴων, invito metro. 394. ἀντίτομα, *resistentia*, conjectura Spigelii, *felix visa* Schmidio, damnata Pauwio. Certe ἀντίτομα bene se habet, habito respectu ad *herbas sectas*, quibus in re magica utebatur Medea, ut essent antidotum, alexipharmacum gravium dolorum ex flamma, quam tauri spirabant.

390. In μάστιγι Πειθοῦς nescio an satis feliciter notionem petam a flagro, quo turbo agitur: quod in curarum animos versantium memoratione adhibuit Tibullus: *Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo, Quem celer adsueta versat ab arte puer*, et Virgil. Æn. vii. 378. seqq. ad quem vide. Alias dictum occurrit μάστιξ de terrore Panico in Rheso 37. et de Κυδοίμῳ ap. Tryphiod. 595.

391. πείρατα, *summam eorum, quæ injuncturus esset pater Æetes.*

395. Interpunge et ordina hunc in modum: ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν δῶκε, χρίεσθαι (*ut iis se inungeret*), σὺν ἐλαίῳ φαρμακώσασα, *postquam oleo ea miscuerat.* ἀντίτομα ad Eurip. Alcest. 974. illustrat Jacobs Animadverss. p. 36.

[396. pacti sunt nuptias in futurum tempus, in reditu. cf. 452. *Ex Schedis.*]

E. l. K. ιγ'.

Ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ἐν
Μέσσοις ἄροτρον σκίμψατο
Καὶ βόας, οἳ φλόγ' ἀπὸ
Ξανθᾶν γενύων πνέον καιομένοιο πυρὸς,
Χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσσε-
σκον χθόν' ἀμειβόμενοι· τοὺς ἀγαγὼν
Ζεύγλᾳ πέλασσεν μοῦνος. ὀρ-
θὰς δ' αὔλακας ἐντανύσαις
Ἤλαυν', ἀναβωλακίας δ' ὀργυι-
ὰν σχίζε νῶτον γᾶς. ἔει-
πεν δ' ὧδε· τοῦτ' ἔργον βασιλεὺς,

401. Schmidius refinxerat versum : Πυῖον γενείων καιομένοιο πυρὸς, ut conveniret cum antitheticis. Nihil mutabis, si videris, pro iambo esse anapæstum γενύων, et πυῖον una syllaba efferendum ; bene sic sibi constat iambelegus. 403. Potest oratio continuari usque ad v. 407. ut ἴωκεν δ' ὧδε apodosis sit, reliqua autem interjecta a τοὺς inde (pro οὕς) ea, quæ Æetas facere solitus sit, exponant. Sed præstat apodosin constituere τοὺς h. τούτους ἀ. ut Scholiastes quoque facit : ut Æetes exemplo quasi arationis proposito invitet Jasonem, aut potius ab arduo labore deterreat. Itaque v. 408. Τοῦτ' ἔργον τιλίσαις etc. 404. πίλασσεν, ut in antitheticis, spondeus. Erat πίλασσε. 405. ἰντανύσας vulgari forma editum ante Oxon. 406. Pro ἐργυιὰν perperam Schmidius malebat πίλιθρον, ut spatium perarati agri, seu jugerum, exprimeretur. [ἐρύγυιαν Harmann. de Dial. Pind. p. ix. Ex Schedis.] Vocem istam ἀναβωλακίας cum γᾶς junxit Schol. τῆς ἐν τῇ τριήτει τοὺς βώλους ἄνω πιμπρούσης. Schmid. et Oxon. ἐργυιὰν ἀναβωλακίας jungunt. Pauw emendat ἀναβωλακίαις vel—κίᾳ. [Heynius in textu scripsit ἀνὰ βωλακίας.] 408. More poetæ liceret hyperbaton facere et βασιλεὺς referre ad ἴωκε, ne βασιλεὺς, ὅς τις ἄρχει νεὸς, otiosam facit orationem. Attamen necesse hoc non est; sed *rex, quisquis tandem ille est, qui navi regendæ præest.*

404. sq. Æetes ὀρθὰς αὔλακας ἰντανύσαις ἤλαυνε diplici modo potest dictum esse : aut ἰντανύσας sc. τοὺς βόας κατ' αὔλακας ὀρθάς. aut ἰντανύσας τὰς αὔλακας ὀρθὰς, *recta ducens, secans, sulcos.* ut Schol. ἐπ' εὐθείας ἤλαυνε τὰς αὔλακας. ἀναβωλακίας γᾶς recte Schol. ἐν τῇ τριήτει τοὺς βώλους ἀνατιμπρούσης. Mox v. 406. ἐργυιὰν male olim de altitudine sulci interpretatus sum, Scholiastæ fraude ; est *de arationis mensura* accipiendum. Ut suo exemplo seu doceret seu deterreret, Æetes ducit sulci speciem ἐπ' ἐργυιὰν, *per tres cubitos*, pro spatio quovis.

Ὅς τις ἄρχει ναὸς, ἐμοὶ τελέσαις
Ἄφθιτον στρωμνὰν ἀγέσθω,

Σ. ιά. Κ. ιδ'.

Κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ.
Ὡς ἄρ' αὐδάσαντος, ἀπὸ κρόκεον
Ῥίψαις Ἰάσων εἷμα, θεῷ πίσυνος
Εἶχετ' ἔργου. πῦρ δέ νιν οὐκ αἰόλει,
Παμφαρμάκου ξείνας ἐφετμαῖς.
Σπασσάμενος δ' ἄροτρον,
Βοέοις δήσαις ἀνάγκας
Ἔντεσιν αὐχένας, ἐμ-
βάλλων τ' ἐριπλεύρῳ φυᾷ
Κέντρον αἰανὲς, βιατὰς
Ἐξεπόνησ' ἐπισακτὸν ἀνὴρ
Μέτρον. ἴυξεν δ' ἀφω-

409. τιλίσσας ante emendationem Schmid. 411. χρυσέῳ θυσάνῳ, secundo casu, an errore typographi, Ald. et Rom. 414. Legebatur αἰόλλει cum injuria metri. vid. Not. Pauw rescribit αἰόλει ab αἰόλω. Aldus corrupte: πῦρ δέ νιν οὐ καὶ ὅλλει. 416. σπασσάμενος refinxi, ut syllaba producatur. 417. δῆσιν invexerat Rom. sed revocavit δήσας (aut, Pindarico more, δήσαις) Schmidius ex Aldo et Pal. C. Pauw δῆσίν γ' olim lectum fuisse suspicatur. 422. ἴυξιν e Pal. C. Schmidius. vulg. ἴυξιν. etiam hoc usitatum fuisse Pauw pronuntiat.

410. ἄφθιτον. v. Isthm. viii. 89.

414. πῦρ δέ νιν οὐκ αἰόλει rescribendum est cum Pauwio metri caussa. Repetit ille ab αἰόλω pro αἰόλλω. Hesiod. Sc. H. 399. ὅτ' ἄμφασις αἰόλλονται, variantur *colore*. Ita ipsi fuit αἰόλει præsens pro imperfecto. Sane ab αἴολος factum esse debuit αἰόλω, et hoc αἰόλλω. Fuit tamen etiam αἰολίω, quod Etym. M. habet, et ex Platonis Cratylo laudatur. Ita αἰόλει erit pro ᾔολει. Notio autem vocis est certa: est κινεῖν. jam ut *movere aliquem* vel vulgari oratione dicitur de *animi motu*, recte Schol. per ταράσσειν exposuit. Similiter στρέφειν, δονεῖν, κυκᾶν poetis. Et ἱφιτμαὶ 415. sunt *præscripta a Medea medicamina*.

417. βοέοις ἔντεσιν accipiebam tanquam magis poeticum, retracto epitheto a boum collo ad jugum tauris impositum; nisi malis ἔντεα βόεια esse lora e bovinis coriis facta. [ἔντεα constringunt, ἀνάγκην faciunt. *Ex Schedis.*]

419. φυᾷ ἐμπλεύρῳ pro σώματι, et hoc pro proprie dicto πλευρᾷ.

420. κέντρον αἰανὲς, molestum, acerbum. cf. sup. Pyth. i. 161.

422. μέτρον pro ἄθλον, ex mensura agri peraranda. ἀφωνήτῳ περ (ἐν) ἄχει, ἴμασε ἴυξιν Αἰ. *etsi muto in dolore, stupens, erupit tamen exclamatione.*

νήτῳ περ ἔμπας ἄχει,
Δύνασιν Αἰήτας ἀγασθείς.

A. ιά. K. ιδ'.

Πρὸς δ' ἑταῖροι καρτερὸν ἄνδρα φίλας
Ὤρεγον χεῖρας, στεφάνοισί τέ μιν
Ποίας ἔρεπτον, μειλιχίοις τε λόγοις
Ἀγαπάζοντ'. αὐτίκα δ' Ἀελίου
Θαυμαστὸς υἱὸς δέρμα λαμπρὸν
Ἔννεπεν, ἔνθα νιν ἐκ-
τάνυσαν Φρίξου μάχαιραι.
Ἤλπετο δ' οὐκέτι οἱ
Κεῖνόν γε πράξασθαι πόνον.
Κεῖτο γὰρ λόχμᾳ, δράκοντος
Δ' εἶχετο λαβροτάταν γενύων,
Ὅς πάχει μάκει τε πεν-
τηκόντορον ναῦν κράτει,
Τέλεσαν ἂν πλαγαὶ σιδάρου. —

E. ιά. K. ιγ'.

Μαχρά μοι νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτόν· ὥ-

425. ἴσαρα vulgare a Schmidio emendatum, metro poscente. 426, 7. στεφάνοισί τέ μιν ἴριπτον. Probabile fit, ἰρίφειν, pro στέγειν, καλύπτειν, (etiam de coronis et vittis, ut Lat. *velare*) aliquando fuisse ἰρίπτειν, ἰρίπτειν, adeoque prisca forma decuit lyricum; nam poterat ἴριψας admittere. Pauwius conj. ἴριπτον. Sane Pyth. ix. 218. δίπτειν simili sensu: πολλά μιν κεῖνοι δίκον φύλλ' ἰπὶ καὶ στεφάνους. Et Pyth. vi. 37. vidimus ἀπίριψεν. 427. ποικιλίοις τε λ. Pal. C. [ποία, *flos, frons. Ex Schedis.*] 432. ἤλπετο δὶ, (τὸν Ἰάσονα) οὐκέτι πράξασθαί οἱ (Æetæ) κεῖνόν γε πόνον. Poterat πράξεσθαι scribi. Sed jam sæpe observatum est, in permutatione aoristi et futuri nihil constitui posse. κεῖνο πεπράξεσθαι olim Klotz. ad Tyrtæum emendabat. [435. λαβροτάταν. Præstat, ut aliis in locis, —ταπᾶν, etsi novi, grammaticos alterum ad Æoles, alterum ad Dores referre. *Ex Corrigendis.*] 438. πίλασιν olim scriptum fuit et πίλασσαν. v. Schol. vitiose. et πλαγαὶ σιδήρου vulgg.

439. A digressione poetam se revocare obvium est. Facit tamen ambiguitatem in seqq. sententiarum brevitas. Possunt illæ duplici modo constitui:

ρα γὰρ συνάπτει· καί τινα
Οἶμον ἴσαμι βραχύν·
Πολλοῖσι δ' ἄγημαι σοφίας ἑτέροις.
Κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις
Ποικιλόνωτον ὄφιν, ὃ 'ρχεσίλα,
Κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐ-
τᾷ, τὰν Πελίαο φόνον.

444. ὄφιν γ' metrum postulare, monet Pauw. At Mingarellus : ὄφιν, ὃ 'Αρκεσίλα. 445, 6. Corruptela versibus inest. v. Notam. 446. Πελίαο φόνον usque ad Schmidium editum. Sic quoque olim Chœris contenderat legendum esse. At alii una voce extulerunt. cf. Schol. qui mihi deserendi esse videntur: non conjunctim fuisset Πελιαφόνον efferendum. At male habet vel sic τὰν Πελίαο φόνον sc. γινομένην. Potest facile mutari τὰν, sed hoc tantum non otiosum erit, aut τᾷ pro τοῦ. Simile est de eadem Medea apud Apollon. iii. 1136. ὄφρα κακὸν Πελίῃ —ἔχνεσι Αἰσίη Μήδεια. unde habet Apollod. i. 9. 16. ubi cf. Not. p. 175. Similiter Euripid. Troad. 815. arma Achivi extulere navibus Αἰσονίδαις φόνον.

primo, ἐστί μοι νῦσθαι μακρὰ κατ' ἀμαξιτόν· ὥρα γὰρ συνάπτει. *Possem latius evagari; et esset mihi opportunitas, facultas*, ὥρα, ut καιρὸς, sc. in fabula tantum materiæ præbente. Abrupte sequitur: ἴσαμι καὶ (*etiam compendium viæ, viam breviorem, novi*). Deberet esse ἀλλὰ καὶ, quod et Mingarellum vidisse video. Nec satis commodum τὸ, ὥρα συνάπτει. Alteram viam si ingrediaris, erit μακρὸν, *nimis longum*: ἔστι μοι μακρὰ, *est mihi nimis longum, procedere in via regia*, h. e. pergere in enarratione fabulæ; *tempus enim adest* (finiendi cursum) *et novi breviorem tramitem*: sc. in breve contrahendo, (conf. Pyth. ix. 134.) summatim reliqua exponendo. Convenit sic Isthm. vi. 82. ἐμοὶ δὲ μακρὸν (*nimis longum*, ut h. l. μακρὰ), πάσας ἀγήσασθαι ἀρετὰς, et ὥρα ἐπιγέμεναι l. c. Nem. iv. 55. Et similis locus Pyth. viii. 40. σὺν δ' ἄσχολος ἀναθήμεν πᾶσαν μακραγορίαν etc. Tum pergit 442. *Multis aliis hoc brevitatis artificio antecello.* σοφία, *ars, sollertia.* In hac interpretatione non minus dura sunt nonnulla, inprimis τὸ συνάπτει, quod plures significatus habere potest. Schol. reddit καιρὸς γάρ μ' ἐπείγει.

443. κτεῖνε μὲν, *Jason*; etsi longius repetendum subjectum. Sequi debebat 445. κλέψεν δὲ M.

445. σὺν αὐτᾷ. Manifeste corruptum: etiamsi jungas: κλέψεν δὲ Μήδειαν, σὺν αὐτᾷ τὸν Πελίαο φόνον, *et cum ea abduxit cædem futuram Peliæ*, h. e. eam, quæ Peliam necatura erat. [Immo, ipsa Medea adjuvante. *Ex Schedis.*] Schol. exponit ἐκοῦσαν καὶ αὐτὴν, ac si αὐτὰν legisset, aut κλέψεν δ' ἐκοῦσαν καὶ αὐτὰν, τὸν Πελίαο φόνον. Multa sunt tentata in h. l. quæ iterum annumerare nolo. Videbatur mihi omnino *vellus aureum* ipsum desiderari; itaque ἄωτον substituere volebam ex Apollonio iv. 176. τόσσον ἴην πάντη χρύσειον ἰφύσιρθεν ἄωτον. et Orphic. 1333. ἀμφ' αὐτῇ χρύσειον ἐφαπλώσαντες ἄωτον. Debebat sic versus constitui:—σὺν ἀ-ύτῳ, Πελίαο φόνον.

Ἔν τ' ὠκεανοῦ πελάγεσσι μίγεν,
Πόντῳ τ' ἐρυθρῷ, Λαμνιᾶν
Τ' ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων.
Ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπεδείξαντο χρίσιν, ἐσθᾶτος ἀμφὶς,

Σ. ιβ'. Κ. ιδ'.

Καὶ συνεύνασθεν. καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς
Περ ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας

448. Λαμνιᾶν scripsi pro Λημνιᾶν. v. Pyth. i. 100. Ol. iv. 32.— 451. -ξαντο χρίσιν ἰσ- anapæstus pro spondeo in loco secundo versus trochaici; nec legi necesse est: —ξαν χρίσιν γ', i. conf. Pauw. [Hermann. de Dial. Pind. p. vi. ἐπίδειξαν. et f. χρίσις pro χρίσιας. *Ex Schedis.*] ἀμφὶς vett. Grammatici dubitarunt, χωρὶς- ne ἰσθῆτος, an pro ἀμφὶ, περὶ, positum sit, ἵν' ᾖ τὸ ἴσαθλον ἰσθὴς, quod ex Simonide declaratur. Miratur Pauw, cur poeta non scripserit ἀμφὶ, quod liquidum et perspicuum erat. Sane quidem vetustatem in eo sectatus videri possit: nam usus Homericus id probabile facere potest; nisi quod sic est *circa*: μὲν ἀμφὶς λύντες. Sed non dubito, ἀμφὶς h. l. esse ex sollenni suo significatu positum, pro *absque, sine*, ut poeta ludos *gymnicos* actos fuisse declaret. 453. πας' alii ap. Schmid. vitiose. Debebat prior pes trochæus esse; itaque Pauw emendat: ἀλλοδαπαῖ- σι πὶρ ἀρούραις. Nunc a Beckio editum video, πὶρ ἀρούραισιν τ. nescio, qua lege. Mihi probabile videbatur fuisse: ἀλλοδαπαῖς ταῖσδ' ἀρούραις. Cum medela tam ambigua sit, non ausim aliquid mutare. [Hermann. de Dial. Pind. p. vi. καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς σπίρμ' ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας, ἀκτῖνες ὅλεσαν δίξατο μοιρίδιον ἀμᾶς. *Ex Schedis.*] Mox ὑμετέρας ἀ. ὅ. exquisitius puto, quam ὑμετέρου ὅλεσαν. Intelligit autem scintillas, fomitem, semina, originem.

447. Pindarus eam rationem sequntus esse videtur, ut Argonautas et ipse in reditu in Oceanum deductos esse crederet, sed ab oriente Asiæ, secundum notiones geographicas pravas priscorum hominum constituto. Inde et πόντος ἐρυθρὸς est Oceanus Indicus; e quo Africam ab oriente circumvecti, ubi in australe ejus latus flexerant, escensu in littus facto per mediam Africam versus septentrionem portarunt humeris navigium, donec in Tritonide palude iternm navigarent. cf. sup. ad 47.

448, 9. Non nisi in reditu secundum Pindarum adiere Lemnum Argonautæ; cum e Tritonide palude in mare mediterranenm illati, pervenissent Theram: relicta ea, versus septentrionem, per mare Ægæum, versus Thessaliam tendebant; ita in Lemnum eos incidisse nil mirum, forte ab austro abreptos; unde, mutatis ventis, ad Iolcum in Thessalia expedita erat navigatio.

450. Certamina in Lemno habita magnam famam in Argonauticis habuere. Pindarus gymnica memorat. Vidimus sup. Ol. iv. 31. sq.

Ἀκτῖνας ὄλβου δέξατο μοιρίδιον
Ἄμαρ, ἢ νύκτες. τόδι γὰρ γένος Εὐ-
φάμου φυτευθὲν λοιπὸν αἰεὶ
Τέλλετο. καὶ, Λακεδαι-
μονίων μιχθέντες ἀνδρῶν
Ἠθεσιν, ἔν ποτε Καλ-
λίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ
Νᾶσον. ἔνθεν δ' ὔμμι Λατοί-
δας ἔπορεν Λιβύας πεδίον
Σὺν θεῶν τιμαῖς ὀφέλ-

455. νύκτας vett. edd. ante Steph. qui bene emendavit, cum alioqui subjectum desit. Poterat vel Scholiastes docere. 459. ἴν ποτε a Chæri grammatico est emendatio, ut ἴν pro εἰς sit positum. Atque hoc receperunt Crat. et Steph. unde alii. Vett. codd. et edd. Ald. et Rom. cum Bodl. γ. ἄν ποτε exhibent, sine sensu. Putabam, si ἀν' scriberetur, pro ἀνὰ Καλλίσταν, nihil desiderari posse: sed dubito nunc, an græce dictum hoc occurrat. Sollenne est εἰς. 461. ὔμμι vel ὔμμι Schmid. emendavit cum Pal. C. Vulgo editum ὔμμιν adverso metro. Etiam Λακεΐδας editum ante Schmid. quod tuetur Pauwius. 463. σὺν θεῷ legisse videtur Schol. v. Not.

455. ἄμαρ ἢ νύκτες (pro νυξ) friget ad nostrum sensum. Ita tamen et Nem. vi. 10. 11. ἰφαμερίαν—οὐδὶ μετὰ νύκτας—. Dictum ergo pro vulgari: *die illo susceptus est primus stirpis auctor*, ut tribuatur diei, quod in eo factum est: *dies aut nox illa fatalis excepit primas scintillas gentis tuæ.*—γένος Εὐφήμου φυτευθὲν τέλλετο (pro ἐφυτεύθη εἰς τὸ) λοιπὸν αἰεί, *satum est, ut perennet.* τέλλεσθαι ab ortu siderum lyrice translatum.

461. ἔνθεν δ' ὔμμι Λατοίδας ἔπορεν— *Ex hac insula Apollo sua sorte vestræ genti, singulari aliquo divino beneficio, dedit Libyam colendam, et rectis consiliis initis urbem præclaram Cyrenen regere*, ut statim de singulis videbimus. Paullo ante ἀπῴκησαν est pro ἀπῳκίσθησαν.

463. σὺν θεῶν τιμαῖς. Dawes Misc. crit. pag. 60. recte quærit: quid sit *Libyæ campum cum deorum honoribus augere?* et emendat σὺν θεῷ (quod et e Schol. memoravimus) laudato Iliad. α. 510. ὀφέλλωσίν τι ἡ τιμῇ. Bene, sed debebat vir doctus etiam docere, quem sensum verba hic habeant, cum Battiadæ *honoribus augere Libyam* dicantur. Hoc est illud, quod toties inique feras in virorum doctorum emendationibus, quod ipsi interpretationem non apposuere. Hoc si fecissent, intellexissent interdum extemplo, emendationem locum non habere. Vidit quoque Vauvilliers ad Sophocl. tom. ii. pag. 18. jam supra fuisse x. 91. σὺν τιμᾷ θεῶν, et vertit: *amplificare Libyam prosequentibus eos honoribus a diis concessis*, quod nec ipsum satis perspicuum est. Cogitandum est de *fatali honore ejus gentis*, quod regno Libyæ condendo a diis illa destinata fuit: ita v. 94. εἴ νιν τάνδε σὺν τιμᾷ θεῶν πάσαν ἱλάθοιτις, ubi est *honor a*

λειν, ἄστυ χρυσοθρόνου
Διανέμειν θεῖον Κυράνας

A. ιβ'. K. ιδ'.

Ὀρθόβουλον μῆτιν ἐφευρομένοις.
Γνῶθι νῦν τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν.
Εἰ γάρ τις ὄζους ὀξυτόμῳ πελέκει
Ἐξερείψαι κεν μεγάλας δρυὸς, αἰ-
σχύνοι δέ οἱ θαητὸν εἶδος·
Καὶ φθινόκαρπος ἐοῖ-
σα διδοῖ ψᾶφόν περ αὐτᾶς,

464. Desideratur copula. f. *χᾶσυ*. quod et Dawes suspicatus est. 465. Interpunctionem sustuli post Κυράνας, est enim *ἰφευρομένοις μῆτιν* (*ὥστι*) *διανέμειν* etc. 467. Mingarell. supplet (*κατὰ*) *τὰν* Οἰ. *juxta, pro.* 468. *ὀξυτάτῳ* Pal. C. [468. sq. an seqq. ante oculos Horatio iv. 4. 57? *Ex Schedis.*] 472. *περ'*, ut pro *περὶ* sit, revocaverat Schmidius ex Ald. et Pal. C. invito Pauwio. cf. ad Pyth.

diis profectus. unde v. 122. inter navigationem Minyarum *θεόπεμπτοί σφισι τιμαὶ φύτευθεν*, *honor ille divinus* (regiæ dignitatis destinatæ) *originem nactus est*, sc. per Euphemum. *ἰφίλλειν* autem adhibuisse vibetur poeta, sicut sollenne suum *αὔξειν*, quod est generale ideoque phantasmati poetico liberiori aptum vocabulum, de *omni cultu, ornatu, splendore, felicitate, quam aliquis* seu *res aliqua consequitur*. Est adeo h. l. *Libyam fortunare et illustrare*: ut Pyth. viii. 53. *αὔξειν πάτραν*: pro simplici *ἔχειν, tenere*.

464—7. *Κυρήνα χρυσόθρονος*, a qua urbs Cyrene, est quasi Genius urbis, nympha vel dea. [Delphis Battus stabat in curru, aurigante Cyrene et Libye eum coronante. Pausan. x. 15. fin. *Ex Schedis.*] *διανέμειν* est pro *διοικεῖν*. et pro *δικαίως* ornate *ἰφευρομένοις μῆτιν ὀρθόβουλον* pro *μήτιας ὀρθὰς, prosequendo recta consilia*.

468. Decurrerat nunc spatia sua spiritus lyricus; ut mireris, nunc eum residere in præceptis ethicis, quæ cum ipso carminis argumento et spiritu nil commune habent. *Nunc tene*, ad hæc, quæ dicturus sum, adhibe, *Œdipi sagacitatem*. Nam per ænigma declarata sunt hæc: noli acerbe uti Cyrenæis, ad libertatem proclivioribus, et putare, depressos ita animos patienter esse jugum laturos. *εἰ γάρ τίς κεν*, pro *κᾶν*.

471. Ab hoc versu apodosis est constituenda: *tamen illa, etiam vi fruges ferendi privata, sui dat argumentum; se quercum probat*, etsi accisa.—473. *εἴ ποτε πῦρ ἰξίκηται* sc. *ἐπ' αὐτὰν*,—*ἢ εἰ ἰριδεμίνα σὺν κίοντεσι διαπρεσσόμενοι* pro *διὰ κίονων διαπέσσον*. Agit de *architrabe*, suffulta et sustentata per suppositas ei columnas.—477. *μόχθον ἀμφίεται, μοχθεῖ, laborat, luctatur*; nam *ἀμφίεται τι* is, qui in eo est occupatus, laborat: *ἰν τεύχεσιν ἄλλοις, ἰν ἀλλοτρίοις εἴκεσι*, respectu loci sui, in quo nata arbos erat.

Εἴ ποτε χειμέριον
Πῦρ ἐξίκηται λοίσθιον,
Ἢ σὺν ὀρθαῖς κιόνεσσι
Δεσποσύναισιν ἐρειδομένα
Μόχθον ἄλλοις ἀμφέπει
Δύστανον ἐν τείχεσιν,
Ἑὸν ἐρημώσασα χῶρον.

Ε. ιβ'. Κ. ιγ'.

Ἐσσὶ δ' ἰατὴρ ἐπικαιρότατος,

iii. 94. Ol. vi. 65. Præstat haud dubie πις, ut vel retrahatur ad καὶ, καί πις, vel, si hoc longius abest, δἰδῶ πις. Recte quoque δοῦναι ψῆφον ἑαυτῆς, *indicium sui*. cf. Pauw. Sed gravius est de tota sententia monere. A v. 471. apodosis est constituenda. v. Not. Usque ad 479. procedit apologus, αἴνιγμα, cujus solutionem veteres et recentes interpretes inde petunt, ut ad Damophilum exulem transferant: satis incommode, ad meum certe sensum. Equidem latius totam Cyrenæorum fortunam respici arbitror. Acerbe in eos sævierat Arcesilaus, res novas molitos. Nunc eo poeta alludit, ne nimis in cives sævire pergat, tanquam patientes adeo jugi et injuriæ semper futuros: etiam accisas eorum et depressas vires habere, quod tyranno timendum sit. Sic bene cohæret oratio v. 480. sqq. qua monet, ut mitia remedia adhibeat ad animos civium exulceratos sanandos. De Damophilo, meo judicio, non agitur nisi a v. 493. cf. Not. 474. λοίσθιον. sive ut sit adverb. *ultimum, denique;* sive adjective, λοίσθιον πῦρ, ut Latine, *novissimus ignis* cum invadit. Conjicit λοίγιον Gedike. [Heynius in textu post λοίσθιον plene interpunxit.] 477. ἀμφίπει. potest videri scribendum esse ἀμφίπη. nam ἵππευσι—ἰξίκηται ἢ ἀμφίπει se excipiunt. In Homero tamen sæpe sic variatur.

479. Mihi tota vis *apologi*, quem vidimus, versari videbatur in *indole* Cyrenæorum *ad libertatem poocliviore* nulla asperitate et sævitia Arcesilai (per supplicia et exilia) extirpanda: ut *ilicis natura*, etsi ramis ac frondibus accisæ, manet eadem; nam vel sic usibus, quibus destinata erat, inserviendo, se probat ilicem, vel igni materiam præbendo, vel ut in trabem edolata tectum sustineat. Fugerat Arcesilaus Samum, unde copiis coactis rediit. Deo consulto jussus erat clementer uti Cyrenensibus. Quod in poeta reprehendas, est nimius et partim alienus ornatus, quem, seu quod ambages apologum decere putavit, seu mensura strophæ coactus adhibuit.

480. *Tu potes malis reip. mederi, modo molliora remedia adhibueris.*—481. Παιάν τι (ἐστὶ) σοὶ φάος τιμᾷ, pro, τῇ τιμῇ σου, *tuæ gloriæ lux est*, h. *te illustrat*, vel Παιάν τι ἐστὶ φάος σοι, (σὺν) τιμᾷ σου. Parum his confido: quamcunque tamen viam inieris, molesta est verborum structura. Sententia tamen per se non

Παιάν τέ σοι τιμᾷ φάος.
Χρὴ μαλακὰν χέρα προσ-
βάλλοντα τρώμαν ἕλκεος ἀμφιπολεῖν.
Ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖ-
σαι καὶ ἀφαυροτέροις· ἀλλ' ἐπὶ χώ-
ρας αὖθις ἔσσαι δυσπαλὲς
Δὴ γίνεται, ἐξαπίνας
Εἰ μὴ θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερ-
νατὴρ γένηται. τὶν δὲ τού-
των ἐξυφαίνονται χάριτες.
Τλᾶθι τᾶς εὐδαίμονος ἀμφὶ Κυρά-
νας θέμεν σπουδὰν ἅπασαν.

Σ. ιγ'. Κ. ιδ'.

Τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε συνθέμενος

481. Impedita junctura et sententia. v. Not. 482. χίρα ex Schmidii emendatione. Al. χεῖρα. 485. ἀφαυροτίροις idem ex Pal. C. improbante Pauwio, qui retinere jubet vulgatum: φαυροτίροις. esse enim φαῦρος, φαῦλος, φλαῦρος, et cum α ἀφαυρός. 487. Vulgo distinguebatur post ἐξαπίνας. At sententia est:— γίνεται, ἐξαπίνας εἰ μὴ θ. *nisi repente, improviso, deus principibus vias et consilia suggerat. Tibi autem præclara hæc felicitas deorum aliquo munere contingit* etc. 493. vid. Homer. Iliad. ε. 207. ἰσθλὸν καὶ τὸ τίτυκται, ἔτ' ἄγγελος ἄλκιμα εἰδῇ.

est obscura: *favet tibi Pæan, est propitius.* Æschyl. Agam. 99. 100. Παιάν τε γενοῦ τῇδε μεθέπων, ἢ νῦν πανάφρων τελέθει.

[483. ἀμφιπολεῖν, ἀμφίπτειν. *Ex Schedis.*]

484. Egregia sententia: Levissimus quisque, s. etiam tenuissimi e plebe possunt remp., statum reip., movere; at remp. concussam iterum in tuto collocare difficile est, nisi numen ipsis regibus inopinato gubernator sit, nisi eventus, quos nemo expectaverit, prosperi inciderint.

489. Χάριτες τούτων ἐξυφαίνονται σοι valde ornate: *præclara hæc laus* (sanandi remp. laborantem) *tibi relicta est*: pro χάρις τοῦτον, *decus hoc paratum tibi.*

493. Nunc demum de Damophilo exule memorat et partes deprecatoris agit. Sensus fere huc redit: *Cum mei intercedentis honos versetur in hoc, ut tu te exorari patiaris, multo magis cum faciam hoc carmine: sine exorari te.* Jam vide dignitatem poeticam. συνθέμενος, *animum advertens* et percipiens dicta: ut ap. Homerum, σὺ δὲ τόνδε θυμῷ. τίθεσο ἔπος, *dictum, versum, considera, expende.* proprie: cura. Dixit ille: *idoneum nuntium omni mandato optimum suc-*

Ῥῆμα πόρσυν᾽· ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα
Τιμὰν μεγίσταν πράγματι παντὶ φέρειν.
Αὔξεται καὶ Μοῖσα δι᾽ ἀγγελίας
Ὀρθᾶς. ἐπέγνω μὲν Κυράνα
Καὶ τὸ κλεεννότατον
Μέγαρον Βάττου δικαίαν
Δαμοφίλου πραπίδων.
Κεῖνος γὰρ ἐν παισὶν νέος,
Ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἐγκύρ-
σαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.
Ὀρφανίζει μὲν κακὰν
Γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός.

498. κλεινότατον Rom. cum ceteris ante Schmidium, ut spondeus pro dactylo sit. κλεινότατον Aldus habebat. 499. Erat Βάττου μίγαρον. Recte, metro postulante, cum Ionicus a minore esse debeat, Schmidius transpositis vocibus Μίγαρον Βάττου legit. δικαίαν pro δίκην, h. δικαιοσύνην, ut apud Homerum ἀναγκαία pro ἀνάγκη, et supra v. 188. ἀρχαίαν pro ἀρχὴν, dictum esse volunt. [τροπαίαν pro τροπὴν Æschyl. Choeph. 773. ἀναστροπαία vii. ad Theb. 708. ἀρχαία pro ἀρὰ 787. *Ex Schedis.*] Equidem malim ellipsin statuere, δικαίαν μοῖραν, αἶσαν, aut simile quid. Ex Schol. etiam δικαιᾶν—πραπίδων lectum fuisse constat: sed ἰκνίγνω alterum casum vix admittit, essetque adeo scribendum: Δαμόφιλον. et tum πραπίδων δικαιᾶν (vel æolice δικαίαν) subint. ἵνικα.— 501. παισὶν iambicum metrum postulat; Pauw jam monuit.— 505. In summa interpretum discordia φαεννᾷ ἐπὶ emendat Pauwius, inanem, ut mihi videtur, operam navans, ut sit: *serena fronte maledicentiam contemnit et omni vi sua privat.* Immo vero φαεννὰ simpl. est epitheton.

cessum afferre. Nos ita diceremus: ut mandata feliciter peragantur, multum facit, qualis ille sit, qui ea peragit. *Auctoritatem quoque Musæ affert, si ea perficit id, quod in se recepit.* Vulgo hæc ita enarrares: Cum ego tanquam hospes et amicus pro Damophilo intercedam: spero, me tantum apud te valere gratia, ut consequuturus sim quod peto, secundum dictum Homeri: omni mandato successum ferre personam et auctoritatem ejus, cui mandata res est.

499. *Et civitas et regia domus novit probitatem Damophili.* v. Var. Lect.

501. ἐν παισὶν νέος pro ἐν νέοις νέος, *inter juvenes juvenili robore præstans,* at *prudentia seni C annorum par.* Damophilum adhuc juvenili ætate fuisse necesse est. Laudat locum Macarius in Diatribe Villoisoni pag. 19. a quo verba accipiuntur sic, ac si Damophilus inter pueros juvenis, inter viros senex fuerit. Haberet hoc locum in altero versu Pyth. v. 146. κρίσσονα μὲν ἀλικίας νέον φίρβεται.

504, 5. *Facit obmutescere calumniatorem.* v. V. L.

Ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν,

A. ιγ'. K. ιδ'.

Οὐκ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς,
Οὐδὲ μακύνων τέλος οὐδέν. ὁ γὰρ
Καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.
Εὖ νιν ἔγνωκεν. θεράπων δέ οἱ, οὐ
Δράστας, ὀπαδεῖ. Φαντὶ δ' ἔμμεν
Τοῦτ' ἀνιαρότατον,
Καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκᾳ
Ἐκτὸς ἔχειν πόδα. καὶ
Μὰν κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ

ton ornans vocis ὄψ, ut *clara, arguta* et similia. Aversus est Damophilus a maledicorum malitia, eorum conviciis aures non præbet, τὴν κακὰν (κακηγόρον) γλῶσσαν ἐφανίζει ἐκὸς φαινᾶς, *privat voce, obmutescere facit, ad silentium redigit.* 509. ἴχων perperam emendaverat Schmidius, ut esset: ὁ γὰρ καιρὸς—εὖ νιν ἔγνωκε. fere ut Ol. vi. 163. vii. 152. 3. Sed recte se habet: πρὸς ἀνθρώπων γὰρ (ἐν ἀνθρώποις) ὁ καιρὸς ἴχει βραχὺ μίτρον, h. βραχύς ἐστι, *statim præterit, elabitur.* Εὖ νιν ἔγνωκε Damophilus. 510. ἔγνωκε erat. ἔγνωκεν ad metri normam. v. Pauw. 511. φαντὶ δέ. Hæc jam ad exilii calamitatem spectant Damophili. 515, 6. Exagitandum se hic præbet bonus Pauwius, dum emendat: καὶ μὰν κεῖνος vel κλεινὸς

506, 7. *Malos odit, bonos amat.* οὐκ ἐρίζων ἀντία pro φιλῶν, *favens.*

508. μακύνων junxit cum antecedentibus. Est tamen propositio sejuncta. *Nullam rem procrastinat.* τέλος, πρᾶγμα. Nam *occasio celeriter præterit*, h. momentum temporis idoneum. πρὸς ἀνθρώπων, παρ' ἀνθρώπους. Nos dicimus, *in rebus humanis.*

510. θεράπων δέ οἱ, οὐ δράστας, ὀπαδεῖ. Obscurat sententiam brevitas. Subjectum fuerat mihi: ὁ καιρὸς ὑπηδεῖ οἱ, ὡς θεράπων, *qui præsto est hero, non autem tanquam fugitivus vagatur.* Si tamen exigas sententiam subtilius, vix illa satis se probat. Ergo ipse Damophilus esto subjectum, qui θεράπων ἐστὶ τῷ καιρῷ, bene; *observat, speculatur,* θεραπεύει καιρόν. At laborat alterum: *non ille ei est fugitivus.* δράστας, puto, est simpliciter h. l. *famulus, servus*: inter hunc et θεράποντα multum interest. Damophilus, si vir prudens erat, *captabat occasiones opportunas consiliis*, non autem servili more *ex iis pendebat*, tanquam *ex herili nutu.* Nam prudentis est, res ita disponere et ordinare, ut opportunitas rebus gerendis enascatur.

513. τὰ καλὰ sunt *res jucundæ et gratæ, quarum fructus est in aula vel in magna civitate.* cf. inf. 522. sqq. ἔχειν πόδα ἐκτὸς, sc. τῶν καλῶν, *iis, quæ vitam jucundam et beatam faciunt, carere.* Æschyl. Prom. 263. πημάτων δ' ἔξω ἔχει πόδα. pro ἐκτὸς εἶναι. [Sophocl. Philoct. 1260. ἵνα μὴ ἐκτὸς πλαυμάτων ἔχοις πόδα. *Ex Schedis.*]

Προσπαλαίει νῦν γε πατρώ-
ας ἄπο γᾶς ἄπο τε κτεάνων.
Λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος
Τιτᾶνας. ἐν δὲ χρόνῳ
Μεταβολαὶ, λήξαντος οὔρου,

Ε. ιγ'. Κ. νγ'.

Ἰστίων. ἀλλ' εὔχεται οὐλομέναν
Νοῦσον διαντλήσας ποτὲ
Οἶκον ἰδεῖν, ἐπ' Ἀπόλ-
λωνός τε κράνᾳ συμποσίας ἐφέπων
Θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν

[a] Ἄτλας οὐρανῷ Προσπαλαιῶ νῦν γε, π. veterascit ad cœlum animo. Ita tamen se res habet, ut interpretes locum obscurum obscuraverint multo magis. v. Notam. [525. Heynius in textu post ἥβαν comma posuit, et 526. post πολλάκις delevit.]

516. προσπαλαίει, [ἰριδι. *Ex Schedis.*] *obnititur*, luctatur. Sententiam sic habe: Luctatur Damophilus cum exilii calamitatibus, et sub iis, tanquam sub onere improbo imposito, gemit; similis in hoc Atlanti, qui cœlum impositum sustinet. Tenendum autem ex reconditiore mythologia, Atlantem esse unum ex Titanibus, nec intactum mansisse fortuna ceterorum Titanum a Jove victorum. Res ex Æschyli Prometheo vincto patet. cf. Hygin. fab. cl. Fuerunt autem olim plures de Titanibus frequentatæ fabulæ, cum essent prisca carmina, *Titanomachiæ* inscripta. Inter alia traditum et hoc, liberatos aliquando fuisse ex Tartari vinculis Titanas, et cum ipsis etiam Atlantem onere levatum respirasse. Comparatum et comparans poeta, sollenni more, commiscet et contexit in unam tramam: *Sane Damophilus, ille alter Atlas, cum cœli impositi onere luctatur, exul a patria et fortunis suis. Verum etiam Jupiter solvit vinculis Titanas.* Scilicet quidni et hic ærumnarum bajulator, tanquam Atlas cœli, expectare possit, fore, ut et ipse onere suo exilii liberetur et in patriam a te, Arcesilæ, reducatur?

520. Vento cessante, vela laxantur: pro hoc dixit, *mutantur*, ut Isthm. ii. 59.

522. νεῖκος de *exilio*: ut vulgo νίκος de *seditione et turbis civilibus*, et νεικεῖ urbs, primo, qua turbatur, tum, qua laborat; hinc omnino nunc de conditione et fortuna labefactata et afflicta. Opp. τὸ ὑγιὲς de rerum incolumitate. Sic ὑγίεντα ἶλθεν Ol. v. 34. *inconcussas, incolumes, in tuto positas opes* forte dixit.

524. συμποσίας refero ad Carnea, quæ ad Cyren fontem celebrata fuisse videntur. v. Not. ad Pyth. v. 106. Fontem memorat quoque Herodot. iv. 158.

525. ἥβαν audacius dixisse videri debet pro *lætitia et hilaritate*. πρὸς ἥβαν πολλάκις interpungo.

Πολλάκις, ἔν τε σοφοῖς δαιδαλέαν
Φόρμιγγα βαστάζων πολί-
ταις ἀσυχίᾳ ϑιγέμεν,
Μήτ' ὢν τινι πῆμα πορὼν, ἀπαϑὴς
Δ' αὐτὸς πρὸς ἀστῶν. καί κε μυ-
ϑήσαιϑ', ὁποίαν Ἀρκεσίλᾳ
Εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων
Πρόσφατον, Θήβᾳ ξεναϑείς.

526. πολλάκις ἔνϑε Ald. 528. ἀσυχίᾳ haud dubie, ut Ol. ii. 58. 529. ὤν aliqui ap. Schmid. 530, 1. Unus ex Schol. legisse videtur μυϑήσασϑ' pro μυϑήσασϑαι, ut ab εὕρηται cum ceteris pendeat. 531. μυϑήσαιτο, ποίαν Gott. Ἀρκεσίλα vett. edd. ut vocativus sit, (aut etiam genitivus Doricæ formæ). Morell. et Steph. Ἀρκεσίλᾳ sc. μυϑήσαιτο, aut, quod præstat, εὗρε παγὰν ἀ. ἐ. Ἀρκεσίλᾳ.

[527. sumere lyram et pulsare. *Ex Schedis.*]

533. Interpungo post πρόσφατον, ut sit ὁποίαν Ἀρκεσίλᾳ εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων πρόσφατον, *novum fontem dulcium carminum in Arcesilai honorem pa-ravit, aperuit,* sc. commemoratione virtutum ac laudum Arcesilai coram poeta facta, novorum hymnorum argumento. [l. reperit apud poëtam paratas ac destinatas laudes. *Ex Schedis.*]

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ἑ.

ΑΡΚΕΣΙΛΑΩ ΚΥΡΗΝΑΙΩ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Prædicat felicitatem Arcesilai, etiam ex victoria Pythica, pro qua meritam gratiam referre jubet diis et aurigæ Carrhoto—70. Nec tamen esse perpetuam ac sinceram felicitatem expectandum ; (erant enim tum dissidia inter principem et populum ;) adfore tamen domui regiæ fortunam Batti, Apollinis beneficio—85. Ab hoc transit ad Apollinis vaticinia, quibus confisi Heraclidæ Peloponnesum migrarunt, cumque iis Ægidæ Thebis oriundi ; qui et ipsi cum iisdem Theram, inde Cyrenen, occupaverunt—107. Inde ad laudes Batti, ejusque posteritatis, tandem Arcesilai, progreditur ; et a v. 159. pro eo facit bona vota. [Theodori Metochitæ de republ. Cyrenens. ed. a Blochio. Et in Supplem. Nicolai Damasc. ab Orellio 1811. ad fin. *Ex Schedis.*]

Σ. ά. Κ. ιδ'.

Ο ΠΛΟΥΤΟΣ εὐρυσθενὴς,

Ὅταν τὶς ἀρετᾷ κεκρα-

2. Diversam metri rationem sequi videtur vetus Metricus, de quo v. Pauw. ad hunc et vers. antitheticum, et sic porro in strophis et antistrophis. In Gotting.

1. ὁ Πλοῦτος h. l. ut persona inducitur. *Opes regiæ.* In promtu est substituere (ἐστὶν) εὐρυσθενής. oratio tamen minus lyrica fit. Habere licet pro ex-

μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ,
Πότμου παραδόντος, αὐτὸν ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν·
Ὦ θεόμορ' Ἀρκεσίλα,
Σύ τοί νιν, κλυτᾶς
Αἰῶνος ἀκρᾶν βαθμίδων
Ἄπο, ξὺν εὐδοξίᾳ
Μετανίσσεαι ἕκατι χρυ-
σαρμάτου Κάστορος·
Εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον
Ὄμβρον τεὰν καταιθύσ-

sunt strophe et antistrophe ix. κώλων. Varia tentavit Mingarell. 4, 5. Distinguo: ὅταν τὶς—ἀνὴρ, Πότμου παραδόντος, αὐτὸν ἀνάγῃ Π. ἑπέταν. cum vulgo sit: παραδόντος αὐτὸν, ἀ. Pro vulgari: ὅταν τὶς ἴσχῃ αὐτὸν, sc. τὸν πλοῦτον, dicit: ὅταν τὶς—αὐτὸν ἀνάγῃ, *ducat, abducat, deducat*, idque ornat ἀνάγῃ ἑπέταν, quatenus enim ducitur, *sequitur*. tum ornat et hoc ipsum ἑπέταν πολύφιλον, quod magnus clientum comitatus ei adesse, præsto esse, solet. Aristarchus olim disjungebat πολύφιλον, ἑπέταν. v. Schol. minus commode. ἀνάγκη Bodl. γ.— 6. Erat θεόμοις'. cf. ad 48. θεόμορ' Schmidius emendaverat, recte, et metro jubente. 9. Erat σύν. ξὺν Schmid. ἀπαὶ, σὺν Pauw. ut metrico pareant. Mox Schmid. conj. ἰυσαρμάτου. In vulgata tamen nihil est quod displiceat. Turbatum est metrum vs. 8, 9, 10. 12. εὐδίαν, adjective, ἑστίαν jungere maluit Schmidius. *collustrat tuam tranquillam domum.* Mihi dignior poeta videtur altera ratio, jam in Schol. secundum istam proposita, ut εὐδίαν substantiva vox sit; modo recte jungantur

clamatione: *heu opes regias! quam potentes sunt!* cum alias secunda persona exclamationes fiant. Μίλαινά σ' Ἐρινύς, ἢ μιγαθεινής τις εἶ. etiam Æschyl. vii. ad Theb. 991. Verior tamen et magis lyrica ratio est, ut jungantur cum σύ τοί νιν, ut sit sollenni figura orsus a primo casu pro quarto, qui subjungitur: Τὸν πλοῦτον τοῦτον ἴσχεις σύ. Seqq. ornant simplex illud: εἰ ἵκεται (κάρσεσι) τῇ ἀρετῇ. Fortuna regum sic declaratur, ut sit πότμος σὺν ἀρετῇ. In ea fortuna ille natus erat, v. 7, 8. conf. Ol. ii. 96. sq. καθαρὰ ἀρετὴ, forte, *nulla ὕβρεως, injustitiæ, rapinæ, macula contaminata.*

10. μετανίσσεσθαι πλοῦτον dicitur rex ab *imis* inde vitæ gradibus (h. e. ἀπ' ἀκρᾶν (pro ἀκρῶν) βαθμίδων αἰῶνος); debet adeo esse pro ἴσχειν, at qua analogia? Scilicet dicemus, μετανίσσεσθαι esse idem ac μετέρχεσθαι, nec modo *persequi*, sed et *assequi ac tenere*, μετιλήφεναι. ἕκατι χρ. Κάστορος jungenda sunt cum verbis σὺν εὐδοξίᾳ, *cum gloria ex victoriis curulibus*: quandoquidem Dioscuri erant inter præsides certaminum. Tum debuere ii esse dii patrii Arcesilai cujus majores e Laconica Theram erant profecti.

σει μάκαιραν ἑστίαν.

A. ά. K. ιϑ.

Σοφοὶ δέ τοι κάλλιον
Φέροντι καὶ τὰν ϑεόσ-
δοτον δύναμιν. σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν
Δίκᾳ πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται·
Τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς
Ἐσσὶ μεγάλαν πολίων,
Ἔχει συγγενὴς
Δ' ὀφϑαλμὸς αἰδοιέστατον
Γέρας τεᾷ τοῦτο μι-

verba: ὃς, μετὰ χειμέριον ὄμβρον, αἰϑύσσει ἰϋδίαν κατὰ τιὰν μάκαιραν ἑστίαν, et exquisitius, καταιϑύσσει. qs. *radiat serenitatem, emittit, facit*, in tua domo, h. regno. Sic παραιϑύσσειν positum supra vidimus Ol. x. 89. et αὔραι διαιϑύσσουσι Ol. vii. 175. [ἰϋδιανὸς Hermann. cum Schneidero, sc. πλοῦτος. at quo nexu? *Ex Schedis.*] 15. Erat δ' ἔτι. Ald. δέ τι. σοφοὶ δέ τοι κ. legendum haud dubie, sensu et metro monente. v. Pauw. 17. Mingarellus, hebraismum ferendum esse negans, varie tentabat: ἀρχόμενον, *regnantem*, vel, *incipientem regnare*. Non meminerat vir doctus, frequentari hanc rationem Pindaro ex antiquo sermone: v. c. Nem. i. 37. χρὴ δ' ἐν εὐϑείαις ὁδοῖς στείχοντα.—22. δ' abest Ald. Rom. Brub. et primum illatum emendatione Ceporini in Crat. hinc in Morell. Steph. Recte puto receptum, sed minus bene eo adductum Schmidium, ut novum partitionis membrum hic constituerat. Immo vero sibi respondent v. 19. τὸ μὲν et v. 24. μάκαρ δὲ, et

12. ὃς αἰϑύσσει ἰϋδίαν κατὰ τιὰν ἑστίαν, v. Var. Lect. pro simpl. *dispergit, affert*. Contigisse victoria videtur Arcesilao inter motus civiles, quibus tum Cyrene agitabatur, regum, ut fit, cupiditate et imprudentia.

15. Vir prudens utique etiam opibus a diis acceptis, h. e. fortunis, moderate utitur. κάλλιον pro καλῶς.

17. Justitiam servantem ait Arcesilaum magna felicitate frui: τὸ μὲν, *partim, quod potens rex sit*, debebat sequi τὸ δὲ, ἔτι, quod mutatum in: ἔχει δὲ ὀφϑ. *quod majestate oris insignis es*. Tertium

24. μάκαρ δὲ καὶ σὺν.

21. ἔχει συγγενὴς δ' ὀφϑαλμὸς —. Proprium erat: ἔχει δὲ ὀφϑαλμός (σου) συγγενὴς γέρας αἰδοιέστατον, μιγνύμενον τοῦτο φρενὶ τεᾷ. Et ambigo adhuc, annon συγγενὴς verum sit. Quod nisi est, dicendum, poetam epitheton transtulisse ad ὀφϑαλμὸς exquisitiore modo. Ut τοῦτο autem vim habeat, sic collocandum esse videtur, ut sit *illud quidem*: nisi est δεικτικῶς dictum: *hoc tuum. hæc majestas, dignitas conjuncta cum gravitate, prudentia animi*.

γνύμενον φρενί· μάκαρ δὲ καὶ
Νῦν, κλεεννᾶς ὅτι
Εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος
Ἵπποις ἑλὼν, δέδεξαι
Τόνδε κῶμον ἀνέρων,

Ε. ά. - Κ. ιδ'.

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Τῷ σε
Μὴ λαθέτω Κυράνᾳ
Γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον
Ἀφροδίτας ἀείδόμενον·
Παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερπιθέμεν.

Ἴχυ δὶ est pro καὶ ἴχυ. ὀφθαλμὸς συγγενὴς, h. ἴδιος, ὁ ὀφθαλμὸς αὐτοῦ, quod alias esse posset συγγενὶς—αἰδοίστατον γίρας (h. αἰδῶ, dignitatem, majestatem.) Tandem αἰδοιότατον choriambicum metrum postulat: et sic refinxit Schmidius, probante quoque Pauwio. Respicit h. v. Eustath. ad Dionys. Perieg. 172. τοῦ δ' ἂν γιραιὸς καὶ αἰδοιότερος εἴης—κεῖται δὶ ἡ λέξις καὶ παρὰ Πινδάρῳ. 24. φρενὶ ultima producta, quod fieri recte posse non dubito. Sed Pauwius emendat τιαῖς φρεσίν μ. 29, 30. Vulgo legitur: Τῷ μὴ σι λαθίτω Κ. sc. τὸ ἀειδόμινον. Cum tamen v. 30. choriambum in capite desideret, refinxerat Schmidius non male: Τῷ σι μὴ λαθίτω. Oxonienses ex Bodl. γ. refinxerunt μὶν λ. quo sensu, equidem non satis assequor. Pauw Νῦν λαθίτω. Præfero Schmidianum acumen; scilicet, cum continua serie scriptum esset: τῷ σι μὴ λ., facile potuit descriptis ad metrum verbis permutatio inferri. Porro Κυράνᾳ primo casu Schol. accepit. perperam. Possit esse τὸ ἀειδόμινον τῇ Κυράνᾳ: in hymno in Cyrenen. Verum Κυράνᾳ est pro ἰν Κυράνᾳ: hoc idem statim exponit γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον Ἀ. est enim

29—33. *Itaque memor sis istius carminis vulgo cani soliti: omnia referenda sunt ad deum.* τῷ σι μὴ λαθίτω—. Si, ut vulgo fit, ἀειδόμινον accipitur τὸ ἀειδόμινον: dura omissio fit Pindarico more. Potest tamen h. l. bene scribi τ' ἀειδόμινον. Ingeniose Gedik. jungit μὴ λαθίτω σὶ ἀειδόμινον ὑπιρτιθέμιν. φιλεῖν δέ. *memor sis, dum tu celebraris victor, deum auctorem omnium habere.* Sequentia accipio tanquam ornantia verba: ἰν Κυράνᾳ, ἀμφὶ κᾶπον γλυκὺν Ἀφροδίτας: uti Libya respectu hujus ipsius Cyrenes est Διὸς κᾶπος inf. ix. 90, 91. Nam ut sit locus, λόφος Χαρίτων, quo ducebatur chorus, (etsi Cyrene urbs in colle sita erat, v. Pyth. ix. 94, 95. et iv. 14.) non bene firmat Schol. cum laudat Callimachi: ἢ ὑπὲρ αὐτοκαλίου Χαρίτων λόφου· de quo videndum in fragmentis Callimacheis p. 361. et 534. Nam non magis ex hoc constat, ubi ille collis fuerit. Male autem confunditur alius Collis Gratiarum, quem memorat Herodot. iv. 175. De voc. ὑπιρτίθισθαι est disputatio viri docti Miscell. Obss.

Φιλεῖν δὲ Κάρρωτον ἔξοχ' ἑταίρων.
"Ος οὐ τὰν Ἐπιμαθέος
Ἄγαν ὀψινόου θυγατέρα Πρό-
φασιν Βαττιδᾶν
Ἀφίκετο δόμους θεμισκρεόντων·
Ἀλλ' ἀρισθάρματον,
Ὕδατι Κασταλίας
Ξενωθεὶς, γέρας ἀμφ-
έβαλε τεαῖσιν κόμαις,

Σ. β'. Κ. ιδ'.

Ἀκηράτοις ἀνίαις
Ποδαρκέων δώδεκα

hæc ipsa urbs, ut bene Schol. primo loco accipit. 34. Nova prorsus sententia hinc ingreditur. Etsi jungi potest cum *μή σε λαθίτω. φιλεῖν* emendavit Aristarchus, e libris, puto, cum olim *φίλει* lectum esset. v. Schol. eadem vi. Nam *φιλεῖν* est pro imperativo. [An ex Scolio Admeti ap. Eustath. pag. 326. *Ex Schedis.*] 35. Scripsi *Ἐπιμαθίος* pro *Ἐπιμηθίος*, ut fuit *Προμαθίος* Ol. vii. 81. 36. *ὀψίνοον* legerat, nec male, Schol. etiam Pal. C. *ὀψινόου*. sed is voluit—*όου* scribere. 37. *Βαττιδᾶν* emendatum a Schmid. metri caussa. Sic quoque Bodl. γ. Vulgg. *Βαττιαδῶν*. 38. *θεμισκρεόντων*. haud dubie vitiosa lectio ex edit. Rom. sphalmate propagata, pro *θεμιστευόντων*, ut etiam Ald. Gott. et Pal. C. in quo scholion: *δικαίως βασιλευόντων*. 42. *τειαῖσιν* pro vulgato *τειαῖσι*. v. Pauw. 44. Erat *δωδικαδρόμων*. *δωδεκαδρόμων* metro jubente emendaverat Schmidius; firmat Bodl. γ. et, ut nunc video, Aldina quoque. Ceterum locus varie interpungi potest. Scholiastes, qui exponit: *κατὰ τὸ τίμιον τῶν δωδικαδρόμων ἁρμάτων* (cf. Ol. vi. 126. iii. 59.) *ἱπτάρχων*, accepit:

viii. pag. 365. quæ tamen nil ad h. l. facit. *θεὸν τιθέναι αἴτιον κατὰ πράγματι*, quod alias *ἐπιτιθέναι, προστιθέναι*.

34-59. *Porro inprimis grato esto animo erga Carrhotum aurigam* (Alexibii f. v. 59.), *cujus arti victorium debes.* *φιλεῖν* ad gratum animum refer. De Carrhoto Arcesilai auriga v. doctum Scholion cum loco ex primo libro Theotimi de pace. (*ἐκ τοῦ πρώτου περὶ εἰρήνης*. Nescio an idem sit, qui inter rerum Italicarum auctores laudatur in Parallelis quæ in Plutarchi Opp. habentur.) Fuit autem Carrhotus unus e viris principibus; ut adeo vel hoc exemplo constet, non infimi ordinis homines operam hanc aurigationis victoribus locasse.

40. *ὕδατι Κασταλίας ξενωθεὶς*, pro *παρὰ Κασταλίᾳ*, Delphis.

[41. *γέρας. κόσμον*. Od. iii. 23. *Ex Schedis.*]

44. Ipse *ποδαρκέων* (*valens, superans cursu*) *σὺν ἡνίαις ἀκηράτοις κατὰ τὸ τίμιον τῶν δώδεκα δρόμων*, loco sacro, circo, quo duodecim curricula (quadrigarum) fiunt.

Δρόμων τέμενος. κατέκλασε γὰρ ἐν-
τέων σθένος οὐδέν· ἀλλὰ κρέμαται,
Ὁπόσα χειραῖν
Τεκτόνων δαιδάλματ' ἄγων
Κρισαῖον λόφον
Ἄμειψεν, ἐν κοιλόπεδον
Νάπος θεοῦ. τόσσ' ἔχει

ἀμφίβαλε—κοδαρχίων (a κοδαρχία) κατὰ τὸ τίμενος τῶν δ. Eum sequuntur Schmid. et Benedictus. Pauwius a κοδαρχὴς mavult esse κοδαρχίων, scil. ἵππων: κατὰ τὸ τίμενος κοδαρχίων δώδεκα ἵππων. Possunt et jungi: κατὰ τὸ τίμενος τῶν δώδεκα δρόμων κοδαρχῶν. etiam: γίρας κοδαρχίων δωδεκαδρόμων. Quid? quod et distinguere licet δωδεκαδρόμων τε μίνες. ut jungas γίρας καὶ μίνες. Præferrem tamen, tanquam magis poeticum, epitheton: δωδεκαδρόμων τίμενος, in quo xii. curricula sunt vel habentur. 47. χειράεα τίκτονος mutavit Schmidius. v. ad v. seq. Idem ab ἄρης repetivit. Immo vero χειράεις, εν, pro χειρήεις, ut χαλκήεις, χαλκοάεις, est ab ἄρω, ἁρμόζω, *compingo, fabricor*: ut sit adeo, *qui manu ἁρμόζει, fabricatur*, active; sin passive, *qui manu aptus est*, sollers. 48. Ut nunc est versus, a metro ceterorum recedit: sive antispasticum esse dixeris cum grammatico, sive Pæonicum. Pro Pæone primo est Epitritus secundus: Τικτόνων δαι—. Schmidius emendaverat χειράεα Τίκτονος ἀγάλματ' ἄγων. Pauwius Τικτόνων δαίδαλ' ἄγων. 50. ἀν' conj. Rittersh. et sic χρίμαται ἀνὰ νάπος. 51. τό σφ' ἴχει edd. ante Schmidium ex Rom. At Ald. τόσ' ἴχει, unde in marg. Brubach.

46. Dedicarunt victores victrices quadrigas in templo Delphico. Carrhotus ibi suspendit currum suum integrum et illæsum. κρίμαται ἐν (ἐς) κοιλόπεδον νάπος θεοῦ, ὁπόσα ἄγων ἄμειψε λόφον Κρισαῖον, pro ὅσα ἦγεν. tum, pro *totus currus integer*, ὁπόσα χειραῖν τεκτόνων δαιδάλματα, h. e. τὸ ἄρμα τὸ δεδαιδαλμένον, *affabre factum*.

51. κοιλόπεδον νάπος θεοῦ videri potest esse lucus in campo Cirrhæo. Pausan. tamen x. 37. pag. 893. diserte ait, nullam arborem esse in illo campo. Potuit hoc aliter se habere ante cladem Cirrhæis Amphictyonum decreto illatam. Verum res ipsa loquitur, de templo Delphico hic agi; ergo jungenda sunt: ἀλλὰ κρίμαται, ὁπόσα—ἄμειψεν, ἐν (vel ἐς) κοιλόπεδον νάπος θεοῦ, pro ἐν νάπει. Necesse adeo est κοιλόπεδον νάπος, pro κοῖλον, simpliciter dici lucum *in convalle* Parnassi. [in quo cursus fiebat. *Ex Schedis.*] Declaratur nunc locus in templo, in quo quadriga, quam exiguæ molis fuisse facile intelligitur, fuit suspensa ac dedicata deo; scilicet *suspensa fuit ex tholo juxta signum Apollinis e ligno a Cretensibus dedicatum*. Tholum autem e cupressinis trabibus constitisse, nihil est quod dubitemus, cum hujus arboris usus esset frequens in ædificiis et in signis. Non autem hæc putanda fuisse ἐν τῷ ναῷ vel ἀδύτῳ: sed intra septa ἐν τῷ τεμένει multæ erant ædiculæ. Mox v. 59. ὑπαντιάσαι τὸν—notatum a vetere grammatico, quod et de occursu amico cum animo, et cum quarto casu, dicitur, ap. Wassenbergh. ad Iliad. i. p. 22.

Κυπαρίσσινον μέλαθρον ἀμ-
φ' ἀνδριάντι σχεδὸν,
Κρῆτες ὃν τοξοφόροι τέγει
Παρνασσίῳ καθέσσαν-
το, μονόδροπον φυτόν.

Α. β'. Κ. ιδ'.

Ἐχόντι τοίνυν πρέπει
Νόῳ τὸν εὐεργέταν
Ὑπαντιάσαι. Ἀλεξιβιάδα,
Σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι Χάριτες.
Μακάριος, ὃς ἔχεις
Καὶ πεδὰ μέγαν κάματον
Λόγων φερτάτων
Μναμήϊον. ἐν τεσσαράκον-
τα γὰρ πετόντεσσιν ἀ-
νιόχοις ὅλον δίφρον κομί-
ξαις, ἀταρβεῖ φρενὶ
Ἦλθες ἤδη Λιβύας πεδίον

τόσσ', quod Schmidius recepit. Est quod me teneat in his inde a v. 46. ἀλλὰ κρίμνανται (scil. τόσα) ὁπόσα χ. Et sequitur tamen v. 51. τόσσ' ἴχει. Quod si interpungas post ἀλλὰ (sc. τὰ ἔνεικα) κρίμνανται· ὁπόσα—νάπος Διῶν· τόσσ' ἴχει, desit copula, ὁπόσα γὰρ vel δὲ, aut, si medearis, ὅσα δὲ, parum suave est illud concise dictum: ἀλλὰ κρίμνανται. Possis interpungere: ἀλλὰ κρίμνανται. ὁπόσα—ἄμιψιν. ἀν' ἑκατόστιδον νάπος Διῶν τόσσ' ἴχει κυπαρίσσινον μέλαθρον—. Videndum tamen, an non præstet redire ad pristinam lectionem: τό σφ' ἴχει. Est scilicet σφὶ pro αὐτὰ, et τὸ vel καθ' ἕ, vel ut τὸ sit ἕ (νάπος) ἴχει αὐτὰ κατὰ τὸ μέλαθρον. 55, 56. καθίσσαν-το τὸ μ. vel -θ' οἱ μονόδροπον φυτὸν, utpote in trochaico dimetro, emendat Pauw, ut metro subveniat. Π. κάθισσαν 56. τῷ μ. φυτὸν Mingarell. Sic et ἵσσαι Pyth. iv. 486. Ipso tono pronuntiatum fuit τομμο—. ἵσσαντο de ara exstructa jam vidimus Pyth. iv. 363. Fuit autem Pindari ætate in æde Delphica statua lignea, tota quidem ex una arbore sculpta, a Cretensibus posita: ad quam nunc pro donario quadrigæ Arcesilæ a Carrhoto dedicatæ sunt. 62. πεδὰ Schmid. ex Pal. C. Vulgo μετά. 64. μναμήϊον trisyllabum erit: nisi, Mingarello monente, velis in versu choriambico opponere iambo in oppositis anapæstum. 66. -πόχοισιν ante Schmid. qui emendavit ad metrum ex Pal. C. adde Bodl. γ. 68. ἦλθεν, sc. Carrhotus, Pal. C.

Ἐξ ἀγλαῶν ἀέθλων
Καὶ πατρωΐαν πόλιν.

E. β'. K. ιδ'.

Πόνων δ' οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν,
Οὔτ' ἔσεται. ὁ Βάττου
Δ' ἕπεται παλαιὸς
Ὄλβος ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων,
Πύργος ἄστεος ὅμμα τε φαεννότατον
Ξένοισι. κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
Λέοντες περὶ δείματι
Φύγον, γλῶτταν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν
Ὑπερποντίαν.
Ὁ δ' ἀρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων
Θῆρας αἰνῷ φόβῳ,

69. ἐξ ἀγαθῶν idem Pal. C. 70. πατρῴαν scribebatur ante Schmid. 74. Sustuli interpunctionem. Primum cum Batti progenies dicenda esset, ὄλβος Battiadarum est πύργος ἄ. *præsidium civium et hospitum salus.* tum ἔμπας, quod Schol. per ἁμῶς, ὁμοίως exponit, est pro *utique*, ut sæpe; etsi insidet adversativa vis: *in utraque fortuna tamen Battiadarum domestica fortuna obtinet.* 77. περὶ δείματι, notabilis usus voc. περὶ pro διά. [Ilgen. ad Hymn. in Cerer. 429. *Ex Schedis.*] Nam περιφύγον vix vim haberet. 78. φύγον emendavit Schmid. suffragante Schol. Vulgo φιῦγον. In verbis argutantur interpretes. γλῶτταν ἐπί σφιν ἀπένεικεν nihil aliud est quam, *cum in verba erumperet*, qui adhuc linguæ usu caruerat. Forte fuit ἐπέπυκτο. Res illustranda ex Pausan. x. 15. f. [Heynius in textu correxit γλῶσσαν.] 80. ἔδωκ' Ἀ. emendavit metro et Pal. B. obtemperans Schmidius pro vulgari ἔδωκεν Ἀ.

71. Nova sententia. Iterum attingit calamitatem temporum: v. ad v. 12.

72. *Fortuna domus*, quam dicit *Fortunam Batti*: ὁ Βάττου δ' ἕπεται (πάρεστι, παραμένει) παλαιὸς Ὄλβος ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων (*moderans secunda et adversa* [refer. ad πόνων 71. τὰ καὶ τὰ esse *varia* monet Gurlitt. ut Ol. ii. 93. P. vii. 23. *Ex Schedis.*]: v. ad Olymp. ii. 98.) πύργος ἄστεος, ὅμμα τε φαεννότατον ξένοισι, *civium præsidium, hospitibus gratum invitamentum* ὅμμα φαεννὸν pro φῶς. [l. liberalitas. l. splendor conspicuus. *Ex Schedis.*] κεῖνον (τὸν Ὄλβον) etc. Locus est simillimus obscuro illi Ol. ii. 96. 101. ubi Πλοῦτος—ἀστὴς ἀείζηλος, ἀλαθὴς ἀνδρὶ φίγγος. Est autem τοῦ Ὄλβου eadem notio, quæ Romanis: *Fortuna domus Augustæ.* Supra Pyth. iii. 150-153. erat Πότμος simili in loco. Multa autem adversa evenerant Arcesilao, qui civium suorum odia in se concitaverat.

76. κεῖνόν γε—paullo abruptior transitus ad Batti fortunam.

Ὄφρα μὴ ταμίᾳ
Κυράνας ἀτελὴς
Γένοιτο μαντεύμασιν.

Σ. γ'. Κ. ιδ'.

Ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων
Ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ
Γυναιξὶ νέμει, πόρεν τε κίθαριν,
Δίδωσί τε Μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ,
Ἀπόλεμον ἀγαγὼν
Ἐς πραπίδας εὐνομίαν,
Μυχόν τ' ἀμφέπει
Μαντήϊον· τῷ καὶ Λακε-
δαίμονι ἔν τ' Ἀργεϊ καὶ
Ζαθέᾳ Πύλῳ ἔνασσεν ἀλ-
κᾶντας Ἡρακλέος
Ἐκγόνους Αἰγιμιοῦ τε. τὸ δ' ἐ-

82. ὄφρα habere locum, seu trochæus sit, seu pyrrhichius, monet Mingarellus. 92. Laborat metrum in Choriambo; itaque Schmid. edidit τῷ σε Δακε—. Sed et sequens, quod Schmidius quoque monuit, versus deficit: itaque Pauwius emendabat: τῷ Δακιδαί- μον' ἴν τε καὶ Ἀργεῖ, Ζαθέᾳ τε Πύλῳ, ἵ. 96. Lectio ed. Rom. et hinc Brubach. ac Morell. est: τὸ δ' ἱ -μὸν (ἐστὶν,) γαρύειν (γαρύειν τὸ) ἀπὸ Σπάρτας κλέος, *decus quod mihi venit ex Sparta*, quatenus, qui eo venerunt cum Heraclidis (moxque hinc Theram migrarunt) Ægidæ, conjuncti fuere genere cum meis majoribus, vel tribulibus Ægidis, qui Thebis sunt. Similem sententiam ex abrupto orditur Ol. vi. 140. sq. ut Thebarum laudes interponat. Deseruerunt hoc Crat. Steph. et hinc alii, qui ex Aldo, quod et habet Gotting., repetierunt: γαρύειν, quod Scholiastes quoque interpretatur, metro tamen repugnans; unde Schmidius re-

85. ὃ vel ὅ pro ὅς. Moratur in Apollinis laudibus, forte respectu ad vitium linguæ Batti sublatum, paratque transitum ad oraculum memorandum. Mox 87. πόρεν pro πορεῖ. Et v. 90. εὐνομία ad *tranquillitatem* spectat *et otii amorem rectis studiis paratum*: ut opponatur *ferocia animi, et immanitas ruidis et barbaræ mentis*, quæ ad arma et cædes fertur.

92. τῷ. ἵν ᾧ μαντήϊον, *sorte data*, fecit habitare.

96. seq. *Convenit mihi*, tanquam Thebano, *gloriam, quæ a Spartanis in nos redundat, memorare*. Rem attigerat sup. Pyth. i. 124. Heraclidarum καθόδῳ in

μὸν, γαρύεν τ' ἀπὸ Σπάρ-
τας ἐπήρατον κλέος·

A. γ'. K. ιδ'.

Ὄθεν γεγενναμένοι
Ἴκοντο Θήρανδε φῶ-
τες Αἰγείδαι, ἐμοὶ πατέρες, οὐ
Θεῶν ἄτερ· ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν
Πολύθυτον [ἐς] ἔρανον.

finxit γαρύεν', quod inde servarunt editores. Etiam Pal. C. γαρύεντ', scholio apposito: λίγουσι, quasi esset γαρύοντι scriptum. Forte γάρυε est pro ἰγήρυε, scil. Apollo: *et prædixit ille.* v. mox ad 103. sc. monitu, ut se adjungerent Heraclidis. [Heynius textui adscripsit: *f.* ὑμὸν, et v. 101. ὑμοί. præterea v. 97. γαρύεντ'. addita hac interpretatione: *Narrant vestram famam a Sparta ortam, unde Ægidæ Theram venere, vestri majores, sacra inde* (Sparta) *absportantes Carnea, ita ut Cyrene nunc ea celebret.*] 99. Ante Schmid. γεγενναμένοι. prave. 102. ἄγεν ex emendat. Schmidii. vulgo ἄγε a Rom. inde. Aldus ἀγὶν. 103. Est in metro vitium, abundante syllaba. ἐς ἔρανον reposuerat Schmidius, ut metro satisfaceret, Theram intelligens. Sed vir doctus alienam plane fabulam, alienumque Ægeum, Œolyci f. Theræ nepotem, (quem Pausan. iv. 7. pag. 296. laudat) h. l. immiscuit, omniaque turbavit. Agnoscit duplicem proceleusmaticum Pauw. Minga-

Peloponnesum interfuerant Ægimii posteri. Fuere ex Ægidarum tribu, quos majores suos profitetur fuisse poeta, qui se iis adjunxerunt et Carnea sacra in Laconicam propagarunt; ex eorum posteris fuere qui inter colonos Theræ et mox inter conditores Cyrenes adscripti erant. [V. Apollodor. Excurs. 2. ad Virgil. Æneid. x. *Antiquar. Aufs.* pag. 77. *Ex Schedis.*] At in *Ægidis* v. 101. cum Pindaro Herodotus non convenit, qui lib. iv. 149. Ægidas ducit a Theræ nepote, Ægeo. Habuit quoque Ægeus Spartæ heroum: Pausan. iii. 15. p. 245. f. Suspicor esse hoc illud ipsum, quod Herodot. l. 1. narrat τοῖς ἐν φυλῇ ταύτῃ ἀνδράσι positum esse. Ejusdem Ægei meminit Pausan. iv. 7. p. 296. med. Magis convenerant cum Pindaro narrata ab Ephoro: quæ commemorat Schol. ad h. l. Ceterum ante omnia cf. Isthm. vii. 18. sq. et ibi Schol. e quo patet, variam fuisse et incertam famam. De cognatione Thebanorum, Spartanorum, et hinc Cyrenæorum, docte disputat Gedik. in Select. Carm. ad Pyth. ix. 135. et jam olim Simson. ad ann. 2907.

103. sq. Locus salebrosus; quem si eo modo, ut in V. L. feci, expediendum putes, extrito ἐς, nexus sententiarum erit hic: ἔνθεν πολύθυτον ἔρανον, τὰ Καρνεῖα, ἀναδιξάμενοι Ægidæ Θήρανδε (quod ex v. 100. repetendum) ἐς Κυράνας πάλιν, *inde*, Thera, *susceptis sacris Carneis, venerunt Cyrenen.* [Potest jungi: Θήρανδε—(οὐ Θεῶν ἄτερ—ἔνθεν ἀναδιξάμενοι—σεβίζιμεν) (αἰεὶ) Κυρ.— Mira tentat Gurlitt. *Ex Schedis.*]

Ἔνθεν ἀναδεξάμενοι,
Ἄπολλον, σεὰ
Καρνεῖα, ἐν δαιτὶ σεβί-
ζομεν Κυράνας ἀγα-

rell. conj. ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγ' ἐς (vel ἐν, ut alibi) πολύθυτον ἔρανον. Sensus tamen multo magis laborat, quam metrum: si Ægidæ Sparta Therum venerunt *ad sacrum sollenne*, ἐς πολύθυτον ἔρανον, sc. Carnea. At nec in Thera sacrum primum fuit institutum, et dudum Spartæ Ægidæ id celebraverant, et, quod probabile fit, ipsi Ægidæ sacrum Apollinis Carnei attulerant domo. Saltem sic eloquenda esset res: ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγει ἐς ἔρανον, sc. αὐτῶν, τοὺς ἐγγόνους Ἡρακλέους. nam est narratio, hos præter Thebas proficiscentes incidisse in sacrum facientes Ægidas. Enimvero facilis medicina. Dele modo ἐς, quod toties Poeta excludit. Nunc ordo verborum et sententiarum, ejecta vocula ἐς, exsurgit multo commodior, si sic interpungas et dirimas: Ὅθεν γεγ. ἵκοντο Θήρανδε φῶτες Αἰγείδαι, ἐμοὶ πατέρες, οὐ θεῶν ἄτερ, ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγει· πολύθυτον ἔρανον ἔνθεν ἀναδεξάμενοι, Ἄπολλον, τεὰ Καρνεῖα, etc. Ita ipsa Carnea sunt ἔρανος πολύθυτος: agebatur enim multis victimis cæsis et inter frequentes epulas domesticum hoc Lacedæmoniorum, et vero omnino Dorum, sacrum sollenne, de quo videnda primo loca Scholia Theocriti ad Idyll. v. 83. Pausan. iii. 13. et classicus locus Callimachi in Apoll. 72. sqq. et ibi vv. DD. Ea Carnea ex Lacedæmone Ægidæ Theram secum transtulerunt, inde Cyrenem. [Indicebant ea Archivi: et in eo mense ἱκετηρία. Xenoph. Hl. Gr. iv. 7. 2. Cf. Clavier *Hist. d. pr. tems de la Grece* i. p. 46. *Ex Schedis.*] 104. ἔνθεν non potest ad *Spartam*, quod remotius est, spectare, ut olim statuebam, sed ad *Theram* v. 100. unde sacra Apollinis translata sunt Κυράνας ἀγαστρόφου πόλιν. Unde perspectum quoque habeo, pendere hæc ultima ab ἵκοντο, ut juncta sint omnia hunc in modum: ἵκοντο Θήρανδε—πολύθυτον ἔρανον ἔνθεν ἀναδεξάμενοι Κυράνας ἀ. πόλιν. cumque sic copula desit, videtur τ' excidisse post ἔρανον, ut esset πολύθ. ἔρανόν τ' ἔνθεν ἀ.—πόλιν (scil. ἵκοντο). 106, 7, 8. Nullus sensus commodus his versibus inest, quod etiam Pauw. vidit. ἐν δαιτὶ σεβίζομεν. Ita Pindarus se vel Ægidas diceret *Carnea ex insula Thera suscepta Cyrenæ celebrare.* Atqui nec poeta Cyrenæ degit, nec se ullo modo cum Cyrenensibus confundere potest, nec procedit, si cum viro docto *du Theil* in Comment. de Carneis (*Hist. de l'Acad. des Inscript.* tom. xxix. pag. 194.) interpreteris: *nos celebramus in sacris Cyrenen*: quod nec græce dici arbitror: σεβίζειν τινὰ *hymnis*; nec si scriptum erat; τιὰ Καρνεῖ', ἃ σ' ἐν δαιτὶ σεβί- ζομεν, pro (κατ')ἃ σεβίζομέν σε ἐν δαιτί. *in quibus nos Thebani te sacris factis colimus, o Apollo.* Locum corruptum esse patet ex metro. Pauw emendabat σεβίζομεν pro σεβίζειν, docte quidem; sed durior inde oritur junctura: ἀναδεξάμενοι τιὰ Καρνεῖα, (ἅσπερ) σεβίζειν (scil. αὐτὰ) ἐν δαιτὶ (κατὰ) Κυράνας ἀ πόλιν. 106. Καρνεῖα, ἐν. hiatus est poeta indignus. Καρνεῖ' ἐν Schol. habet. Metrum laborat, del tamen ἐν. 107. Κυράνας ἀγα- στρόφου πόλιν retraho, ut modo dixi, ad ἵκοντο. quod omisso ἐς sollenne est. Mingarell. conj. Κυράνας κατ' εὐστρόφου πόλιν.

κτιμέναν πόλιν· ἔχοντι τὰν
Χαλκοχάρμαι ξένοι
Τρῶες Ἀντανορίδαι. σὺν Ἑλέ-
να γὰρ μόλον, καπνωθεῖ-
σαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον

E. γ'. K. ιϑ.

Ἐν ἄρει. τὸ δ' ἐλάσιππον ἔνθος
Ἐνδυκέως δέχονται
Θυσίαισιν ἄνδρες
Ἰχνέοντές σφε δωροφόροι,
Τοὺς Ἀριστοτέλης ἄγαγε, ναυσὶ θοαῖς

108. Post πόλιν interpunxi. Sacris Carneis subjungit inferias vel sacra Antenoridarum heroum. Fuit ad urbem Cyrenen locus, qui secundum Scholia Ἀντηνορίδων λάφος appellatus fuit, luco consitus, ad quem viam duxerat Battus lapide stratam. v. sqq. Circa fontem Cyren acta Carnea fuisse, apparet ex Callim. in Apoll. 88. Montem eo nomine habet Justin. xiii. 7. πόλιν γ', ut versum fulciat, Pauw. scribit. 113. Scholiastæ obtemperandum arbitror, ut Antenoridas καθαγίσμασι, inferiis, honoraverint novi coloni. δίχεσθαί τινα θυσίαις, *ad sacra sua admittere*, quod Pauw vult, græce vix dicitur. δῶρα de sacris nota. Heroes ἵππιοι, ἱππόται, ἱππιοχάρμαι, nunc ἐλάσιππον ἔθνος. 114. δίκονται verius Ald. quam δίχονται. δίχοντο emendavit Schmidius, qui totum locum minus bene expedit. Atqui et v. 108. ἴσχοντι pro ἴσχον τότε. 116. εἰχνέοντες Ald. cum Bodl. γ. et hoc vetum arbitror, et Schol. id exponit: ἐρχόμενοι πρὸς αὐτούς. et alter: παραγίνονται μετὰ δώρων καὶ ἐναγισμάτων.

108. Apparet, fuisse antiquam fabulam Cyrenensium [v. Scaliger. ad Euseb. Animadverss. p. 54. f. 55. *Ex Schedis.*] Antenoridas cum Helena Troja profugos ad Libyam appulisse et collem in littore obsedisse; quo factum, ut pro heroibus illi a Cyrenensibus colerentur. [Gedik. simplicius: Antenoridas advenæ Batti admittunt suis sacris; ut simul habitaverint urbem. *Ex Schedis.*] Variis modis hæc tractata fuere in Νόστοις. Ita Lysimachus narrarat, Menelaum in Libyam venisse, apud Schol. Lycophr. 874. alii, Locros Ajace Oilei orbatos, unde Virgil. Æn. xi. 265. illustratur. Itaque: ἴσχοντι τὰν pro ἦν ἴσχουσιν Ἀντηνορίδαι, *tenent*, scil. tanquam heroes indigenæ, qui præsunt urbi, eam tuentur. Jam 113. τὸ δὲ ἐλάσιππον ἔθνος, *hos Antenoridas*, tanquam ἥρωας ἐγχωρίους, *colunt coloni cum Batto Thera profecti.*—116. εἰχνέοντες (ἐπί) σφε, pro vulgari, προσερχόμενοι πρὸς αὐτοὺς, *adeuntes eos σὺν δώροις*: pro quo δωροφόροι, *quatenus munera*, h. e. *sacra, fuerunt.*

Ἀλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων.
Κτίσεν δ' ἄλσεα μείζονα
Θεῶν, εὐθύτομόν τε κατέθηκεν
Ἀπολλωνίαις
Ἀλεξιμβρότοις πεδιάδα πομπαῖς
Ἔμμεν ἱππόκροτον
Σκυρωτὰν ὁδὸν, ἔν-
θα, πρυμνοῖς ἀγοραῖς
Ἔπι, δίχα κεῖται θανών.

Σ. δ'. Κ. ιδ'.

Μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα
Ἔναιεν· ἥρως δ' ἔπει-
τα λαοσεβής. ἄτερθε δὲ, πρὸ δω-
μάτων, ἕτεροι λαχόντες ἀΐδαν
Βασιλέες ἱεροὶ
Ἐντί. μεγάλαν δ' ἀρετὰν,

120. Schmid. conj. εὐθύνοντον. Sane Schol. εὐθυντικῶ καὶ λείαν. Nec tamen necesse. 124. Post ὁδὸν minore stigmate interpunxi; nam jungenda sunt cum antecedentibus: *stravit viam eo loco, quo.* pro, *ab eo loco.* 126. ἐπὶ δίχα Schmidius disjunxit, Rittershusio auctore. Idem Grammatici veteres et ratio suadent. Accedit Mingarellus; ita sejunxi. Vulgo ἐπίδιχα. 132. μεγαλᾶν δ' ἀρετᾶν et mox v. 134. βαθυδίνων (deb. βαθυδινᾶν) κώμων cum Pal. C. Ald. et Rom. hæc quoque κώμων θ'. sed metrum sic jugulatur, etsi alter quoque ex

119. Jam a Batto, conditore Cyrenes, debuit exstructum esse templum Apollinis, in quo Carnea celebrata fuisse videntur, extra urbem in luco, et via, lapidibus strata, quæ, inde a foro, quo loco Batti ἡρῷον erat, ad illud templum duceret; qua pompa sacra incedebat. [Similis via Alabandensis ad Mylasa. Strab. xiv. p. 974. A. *Ex Schedis.*]

124. Viam duxit *inde a capite fori*; ab eo loco, quo ἐπὶ τοῖς πρυμνοῖς, τοῖς ἐσχάτοις, ἀγοραῖς κεῖται (Battus) θανών.

130. Ceteri reges sepulcra habent ante regiam, seorsum a Batti monumento. λαχόντες ἀΐδαν, quasi sepulcrum Hades esset; fere ad Hebræorum rationem a Lowthio (Prælect. vii.) explicitam: ut Nem. x. 105. 6. 163. 4. coll. Pyth. xi. extr. Simili modo miscentur notiones *sepulcri* et *inferorum* apud Tragicos: v. c. Euripides in Hecuba 207, 8, 9.

132. *Hi reges sepulti audiunt in inferis* (χθονίᾳ φρενὶ, ipsi χθόνιοι) *claram suam virtutem, et opes regias, et decus Arcesilai,*

Δρόσῳ μαλθακᾷ
Ῥανθεῖσαν ὕμνων δ' ὑποχεύ-
μασιν, ἀκούοντί ποι
Χθονίᾳ φρενὶ, σφὸν ὄλβον υἱ-
ῷ τε κοινὰν χάριν
Ἐνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ. τὸν ἐν ἀ-
οιδᾷ νέων πρέπει χρυ-
σάορα Φοῖβον ἀπύειν,

A. δ'. K. ιδ'.

Ἔχοντα Πυθωνόθεν
Τὸ καλλίνικον λυτή-
ριον δαπανᾶν, μέλος χαρίεν. ἄν-
δρα κεῖνον ἐπαινέοντι συνετο ί.
Λεγόμενον ἐρέω·

Κρέσσονα μὲν ἁλικίας

Schol. ita legit. Ceporinus statim emendavit: *μεγάλαν ἀρετὰν—βαθείαν κῶμόν Ϟ'*. Hinc ceteræ edd. interpolatæ diversis modis. 134. *βαθείαν κώμων* et *κώμων Ϟ'* ac *κῶμόν Ϟ'* metro claudicante legi, modo dictum est. At Schol. *ἀκούοντες τῶν ὕμνων τῶν εἰς Ἀρκεσίλαον, κοινὴν ἔχουσι τὴν χάριν οἱ πρόγονοι.* Subjicitur aliud Scholion haud dissimile. Unde Schmidius metro non consulens, sed metro et sententia aberrans, *ὕμνοι Ϟ' ὑπὸ χθο- μάτων* scripsit: *hymnum audiunt sub terra infusa.* Oxonienses retinuerunt, quod supra legitur; hoc scilicet sensu: *ἀκούοντί ποι χθονίᾳ φρενὶ* (ipsi *χθόνιοι*, illi reges sepulti) *μεγάλαν ἀρετὰν βαθείαν ὕμνων δρόσῳ μαλθακᾷ ὑποχεύμασίν τι*, (*hymnis celebratam*) *σφὸν ὄλβον χάριν τε* (*decus*) *κοινὰν ἐνδικόν τε υἱῷ Ἀρκεσίλᾳ.* [Sunt tria: *ἀρετὰν, ὄλβον, χάριν, σφῶν καὶ Ἀρκεσιλάου.* unde *κοινὰ* sunt ea. *Ex Schedis.*] 135. *-μασίν γ'*, inserto fulcro, Pauw. Sed totum metrum aliter est constituendum. 138. *ἐνδικόν τ' Ἀρκεσίλαν* in Schol. occurrit. 148. *Γλῶσσαν δὲ* emendavit Schmid.

quod in se redundat, celebrari hymnis. ἀρετὰν—βαθείαν δρόσῳ μαλθακᾷ ὑποχεύμασίν τε ὕμνων. ut jam vidimus carmina comparari vino et libationibus: cf. inf. Pyth. viii. 81. Isthm. vi. 30. et sup. Ol. vii. pr. — 136. *σφὸν ὄλβον χάριν τε κοινὰν υἱῷ Ἀρκεσίλᾳ ἐνδικόν τε, decus* [*suum et filii. Ex Schedis.*] *commune sibi cum filio idque meritum.* [*debitum. Ex Schedis.*]

138-143. Ad Arcesilaum spectant: *quem victoriam in Pythiis consequutum par est chorum instituere in honorem Apollinis.* — 142. *τὸ λυτήριον δαπανᾶν, præmium, compensationem, ἄποινα*, ut sæpe: v. c. P. ii. 26. *ὕμνου, ἄποινα ἀρετᾶς.* Sic Nem. v. 88. *μόχθων ἀμοιβά.* Isthm. viii. 2. *λύτρον καμάτων κῶμον.* Nem. x. 45. *πόνων λάθαν.*

Νόον φέρβεται·
Γλῶσσάν τε θάρσος τε ταν-
υπτερος ἐν ὄρνιξιν αἰ-
στὸς ἕπλετο· ἀγωνίας
Δ', ἔρκος οἷον, σθένος·
Ἔν τε Μοίσαισι ποταναὶς, ἀπὸ
Ματρὸς φίλας, πέφανταί
Θ' ἁρματηλάτας σοφός·

. δ'. Κ. ιδ'.

Ὅσαι τ' εἰσὶν ἐπιχωρίων κα-
λῶν ἔσοδοι, τετόλμα-
κε. θεός τέ οἱ τὸ
Νῦν τε πρόφρων τελεῖ δύνασιν,
Καὶ τὸ λοιπὸν, ὦ Κρονίδαι μάκαρες,

149, Metro consulturus, tacite tamen, Schmidius -πτέρυς refinxit, Pauw -πτέρυς δ', del. ἐν. 150. ἀγωνίαις legit Schol. pro ἐν ἀ. tum ἕπλετ' ἀγ. Gott. Nihil tamen, nisi metro restituto, pronuntiare licet. 152. ποταναὶς pro ποτανὸς reposui: quod habetur intemeratum Pyth. viii. 46. Nem. iii. 139. Etiam in choris, ut Eurip. Hippol. 734. 157. θεός τέ οἱ, malim δέ. ut sit θεὸς δέ οἱ —. 158. Νῦν γε Schmid. recte reposuerat. Potest tamen ferri νῦν τε — καὶ τὸ λοιπόν. 159. Versus in media parte, Pæone secundo prorsus corrupto, laborat. Post καὶ τὸ λοιπὸν Oxonienses ex Bodl. γ. receperant, ὦ πλεῖστα Κρονίδαι μάκαρες, non videntes, metrum ita non minus ruere, quam in vulgari lectione. Schmidius refinxerat: Καὶ τὸ λοιπὸν ἐν, ὦ Κρονίδαι μ. Paullo melius Pauw: Καὶ τὸ λοιπὸν ἀεί γε, Κρονίδαι μ. sed displicet fulcrum. Hactenus præstat retinere, quod libri habent.

[147. φέρβεται. ἔχει, νέμεται. *Ex Schedis.*]

150. (κατ') ἀγωνίας σθένος (αὐτοῦ ἐστιν) οἷον ἔρκος. *robur ejus est murus*, h. e. invictum est.

152. Ἐν τε Μοίσαισιν, h. e. ἐν τῇ μουσικῇ. πέφανται ποταναὶς, *sublimi ingenio est*, ἀπὸ μητρὸς, *natura*, ἁρματηλάτας τε σοφός.

155. ἐπιχώρια καλὰ sunt *studia rerum honestarum*, quibus vacant οἱ καλοὶ, ingenui liberalius instituti; ut res gymnastica, curulis litteræ, poetarum lectio' ars oratoria. Hæc studia ille *aggressus est*, προσῆλθε. pro hoc lyrice dixit τετόλμακε τὰς ἐσόδους.

159. καὶ (εἰς) τὸ λοιπὸν, *etiam in futurum*, ὦ μάκαρες Κρονίδαι, διδοῖτε (αὐτῷ, vel αὐτὸν ἔχειν) ἔχειν δύνασιν (h. e. ἀρετὴν, *qua efficiuntur res*) ἐπ' ἔργμασιν ἀμφί τε βουλαῖς.

163. Ad δαμαλίζει repeto δύνασιν, ne *qua adversa fortuna succedat*. Pro hoc

Διδοῖτ' ἐπ' ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς
Ἔχειν· μὴ φθινοπωρὶς ἀ-
νέμων χειμερία καταπνοὰ δα-
μαλίζοι χρόνον.
Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ
Δαίμον' ἀνδρῶν φίλων.
Εὔχομαί νιν Ὀλυμ-
πίᾳ τοῦτο δόμεν
Γέρας ἐπὶ Βάττου γένει.

163. χρόνον. importunum hoc, etsi pro διὰ χρόνον dictum putes. Fuit, puto, χρόνῳ. δαμαλίζειν pro δαμᾷν. μὴ δαμαλίζοι sc. τὴν δύναμιν. ne ejus virtutem evertat tempestas aliqua (tanquam arborem). 168. Molestum est ἐπί: sive sit ἐπὶ γένει, pro ἐν, in Batti *domo*: sive ἐπιδόμεν pro ἐπιδοῦναι, *addere*. Forte fuit ἔτι: δόμεν ἔτι τοῦτο γέρας (ἐν) Ὀλυμπίᾳ.

dixit: *ne tempestas evertat, labefactet, ejus virtutem in agendo et consulendo.* χρόνον, διὰ χρ. alias χρόνῳ, pro σὺν χρ.—165. Lect. ἀνδρῶν φίλων, pro θεοφιλῶν.

168. Victoriam quoque Olympiam Arcesilao contingere precatur. v. Var.

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ϛ'.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Ad Thrasybulum conversa sunt poetæ verba; eum victoria Pythia laudum copias præclaras sibi parasse cum victoria—18. tum pietate in parentem; qua Antilocho Nestoris filio comparatur.—45. Aliæ ejus laudes.

Σ. ά. Κ. Ϛ'.

ΑΚΟΥΣΑΤ' ἢ γὰρ ἐλικώπιδος Ἀφροδίτας
Ἄρουραν ἢ Χαρίτων ἀναπολίζομεν,

Inscriptus est hymnus Xenocrati victori; qui Theronis Agrigentini frater fuit: (de quo Ol. ii. 89. ubi v. Schol.) In ipso carmine poeta Thrasybulum filium appellat victorem (v. 15. 19. sqq.) ac celebrat; nihil de patre, sed de filii pietate in patrem memorat. Unde in eam opinionem descendi, ut persuasum mihi habeam, Thrasybulum victorem parentis victoris nomen a præcone pronuntiari jussisse. Ita bene omnia se, habent. cf. inf. Isthm. ii. et Scolium in Fragm. p. 8. Ceterum videtur victoria hæc respici Isthm. ii. 26, 27. at diversa ab ea est altera, quam

Est hoc carmen multis difficultatibus obseptum, quæ partim a re metrica proficiscuntur, partim ab interpretatione. Quod ad istam attinet, desudarunt in ea post Schmidium et Pauwium Dawes. Misc. crit. s. 2. p. 37. sq. et Mingarell. Versuum cujusque strophæ 2. et 4. metrum incertum aiunt. Dawes miro acumine observavit, in hoc carmine versus 2. 3. 4. in omnibus strophis exire in

Ὄρφαλὸν ἱερέρμου χθονὸς
Ἐς ναὸν προσοιχόμενοι, Πυθιόνικος
Ἔνθ' ὀλβίοισιν Ἐμμενίδαις

Theron et Xenocrates communi nomine obtinuerant Ol. ii. 88—93. 1. *π*, *utique*, haud duble scribendum pro vulg. *ἦ—π*, quod languet. *ἦ* quoque est in Gott. 2. *ἀναστελήσομεν* refinxit Schmidius, *versabimus*, *arabimus*. Sed *στελεῖν* etiam *στελίζειν* afferri potuit, ut tot alia: occurrit quoque *στελεύειν*. [Heynius in textu post *ἀναστελίζομεν* posuit coli signum.] 4. *ἐς ναὸν προσοιχόμενοι*. Offenderunt hæc viros doctos. Satis videbatur *ναὸν προσοιχόμενοι*. Nec tamen hoc, quod, errore nescio quo abreptus, olim putabam, metri lege stare potest. Dawes emendabat *ἐς ναὸν παροιχόμενοι*. Reprehendebat hoc Dorvill. ad Chariton. p. 255. probat Burgess. ad Dawes. p. 353. et 527. rejicit iterum Northmore ad Tryphiod. 360. tuëturque exemplis usum præpositionum *πρὸς* et *εἰς*. ut Iliad. i. 381. *αὐδ' ὅτε' ἐς Ὀλυμπὸν προτιόντες*. [Cf. Huschke Comment. de Orph. p. 13. *Ex Schedis.*]

syllabam brevem, reliquos versus omnes in syllabam longam, præter 30. et 31. quod ille casu factum negat. Ultimam tamen versus ubique esse longam omnes credebamus, et iterum contra Dawes. asservit Vauvilliers (*Mem. de l'Acad. des Inscr.* xlvi. p. 229.) Verum hæc, aliena ab hoc nostro consilio, (non enim attingimus nisi quæ sententias poetæ obscurant) futuro Pindari editori relinquenda sunt. Agitur nunc de interpretatione, adeoque de re metrica tantum hactenus, quatenus illa ex hac apta et nexa est.

Carmen Thrasybulo (a poeta valde amato juveni: v. inf. Isthm. ii. et Scolion in Fragm. p. 8.) scriptum esse in victoriam patris Xenocratis, cujus quadrigas ipse filius rexerat, patremque victorem pronuntiari jusserat, jam ante a nobis observatum erat. Fuit enim Xenocratis victoria Pythica et Isthmica; utraque a Simonide quoque carmine celebrata. v. Schol. ad Isthm. ii. pr. Initium facit poeta ab eo, quod invitat ad audiendum hymnum laudum Xenocratis. *Audite*, inquit, *canam laudes Xenocratis, Agrigentini, victoris Pythici*: pro *ludis Pythicis* nominat *Delphos*: in his ludis parata fuerat *multorum hymnorum materies* Agrigentinis per victorias civium; hanc *materiem hymnorum* appellat *θησαυρὸν ὕμνων*, comparatione aliorum thesaurorum, qui in templo Delphico erant, ad servanda donaria variarum urbium ac populorum: de quibus multa apud Herodot. et Pausan. memorantur. Jam his donariis præstant laudes et hymni, poetæ virtute ad posteritatem perduraturi.

1—13. *Attendite; paro hymnum in laudem victoris Pythici, cui apud Delphos partum est decus æternum. Ager* [etiam *armenta*. Apollon. ii. 513. *Ex Schedis.*] *Musarum* a poetis *coli* dictus, res nunc nota est. cf. Nem. vi. 56. x. 49. Nunc quoque *ager Veneris* et *Charitum* memoratur. Χάριτες Musæ lyricæ poeseos. Earum ager colitur, dum poeta in carmine, in laudibus victoris, est occupatus. Fatendum tamen, duram esse duorum troporum diversorum juncturam: dum Delphos *προσοιχόμενοι arare* dicuntur. *ἰφίζεμεν χθὸν* dictum putabam eodem modo, quo *Ποσειδᾶν ἐνοσίχθων ἐννοσίγαιος*, *concussor terræ*, propter motus sive ex subterraneis aquis, sive quatenus mare ambit terram fluctibus suis adstrepentibus littori: ut *ἁλίκλυστος γαῖα*.

Ποταμίᾳ τ' Ἀκράγαντι καὶ μὰν Ξενοκράτει
Ἑτοῖμος ὕμνων
Θησαυρὸς ἐν πολυχρύσῳ
Ἀπολλωνίᾳ τετείχισται νάπᾳ·

A. ά. K. S.

Τὸν οὔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθὼν
Ἐριβρόμου νεφέλας στρατὸς ἀμείλιχος,
Οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοὺς ἁλὸς

Legebat ἐς ναὸν Schmid. at Pauw καὶ ἐς πρ. ut tamen dubitaret, an prior in ναὸν correpta sit a Pindaro. Atqui ei producta illa est, ut aliis; v. c. Pyth. iv. 97. viii. 89. Scilicet laborant viri docti in metro constituendo. Versum choriambicum esse nemo dubitet; sed præfixum esse ditrochæum volunt. Mingarellus versum incipere posse ab antispasto aiebat. Equidem in metro constituendo nihil mihi arrogo: puto tamen, ad epitritos revocari posse et hunc et versus antitheticos. [Gilb. Wakefield em. l. 9. παρεχόμενα. (Silv. Part. ii. p. 134.) Ex *Addendis.*] 13. ἄξει, pro ἄξῃ, ut trochæum haberet, reposuerat Schmidius. vulgo ἄξαι. et sequitur ἀναγγελεῖ. Oxonienses ex Bodl. γ. ἄξαι. Tum χειράδι erat; at χειράδα emendatum ex Etymol. et Iliad. φ. 319. συντόμους erat, sc. ἄτμους. At ventus σόντα, non σόντας. Iliad. λ. 306. ζέφυρος βαθεῖαν λαίλαπι σόντας. Tum συντόμους idem liber et Gott. nec tamen magis accommodate ad rem, quam vulgare. Deberet saltem συντόμους esse formæ mediæ pro σόντας. Sic locum habet Scholion: ὅτι ἄτμοις ταῖς πνευμάτοις σύντασις καὶ συρίφησις etc. Pauwius versum sic constituit: Παμφόρῳ ἄξαι χειράδι ξυντόμους: *fractum et comminutum.* Ad sensum constituendum haud dubie ἄξαι requiritur et συντόμους; admisit quoque Dawes, sed mire interpretatur, *quem neque imber, neque ventus rapiet glareæ ictus patientem*, irrisus propterea Act. Erudit. 1750. p. 413. Verum opes puta in mare mersas fluctibus voluentibus se in fundo versari et agitari: θησαυρὸν (ἃ) χειράδι συντόμους. In Etymol. voc. χείραδες e Pindaro laudatur χειράδι συρόμενον. quod ad h. l. revocarunt viri docti. Vox est doctior, idem significans quod σύντασις, σάλος. v. Hesych. cf. Eurip. Hippol. 1238. et ibi Valk. Pro ea vulgatior irrepsisse videri potest συντόμους. Metro tamen haud convenit; et jejunum est explere χειράδι δὴ συρόμενον. Fragmentum ergo ad alium locum spectavit.

7. Θησαυρὸς ἑτοῖμος, quatenus victoriæ Pythicæ *parata* sunt *argumenta laudum et hymnorum.* Dictum autem cum respectu ad θησαυροὺς templi Delphici, quibus donaria servabantur: quos novimus ex Herodoto et Pausania, ut diximus.

v. 10—14. respicit divitias navi transvectas.

[12. μυχοὺς ἁλός. v. Euripid. Herc. fur. 400. *Ex Schedis.*]

Ἄξει, παμφόρῳ χεράδει τυπτόμενον. φάει δὲ πρόσωπον ἐν καθαρῷ,
Πατρὶ τεῷ, Θρασύβουλε, κοινάν τε γενεᾷ
Λόγοισι θνατῶν
Εὔδοξον ἅρματι νίκαν
Κρισαίαισιν ἐν πτυχαῖς ἀπαγγελεῖ.

Σ. β'. Κ. θ'.

Σύ τοι σχέθων νιν ἐπιδέξια χειρὸς ὀρθὰν

13, 14. Post reliqua tentata, non minus dura, præstat ad ὕμνων Θρασυρέι hæc ita revocare, ut is sit φάει πρόσωπον ἐν καθαρῷ, h. φαιδρὸν τὸ πρόσωπον, ad declarandam *lætitiam ex victoria.* Simili ratione victoriam aliquoties declarat Pindarus. ὕμνων ille Θρασυρέι itaque (h. carmina illa) ἀπαγγελεῖ πατρὶ τιῷ γενεᾷ τε καινὰν νίκαν. Prodigiosum enim est ad meum sensum, quod Dawes suppeditat: *vultus* thesauri hymnorum *luce in pura victoriam prædicabit.* Leniora tamen eruut omnia, si v. 18. ἀπαγγελεῖς legeris: *Tu, o Thrasybule, πρόσωπον ἐν καθαρῷ* (h. e. ἔχων πρόσωπον φανερὸν) *renuntiabis victoriam, νίκαν* (σὺν) *ἅρματι, καινὰν πατρὶ τιῷ γενεᾷ τε, εὔδοξον λόγοισι θνατῶν, celebratam laudibus hominum,* εὔδοξον διὰ τῶν λόγων. Inciderunt in hoc plures. Mingarellus ἀπαγγελῶ, ut poeta ipse nuntiet. 15. καινᾷ τε γενεᾷ λ. θ. εὔδοξον ἁρματονίκαν Κρισαίαις ἐν πτυχαῖς ἀπαγγελεῖ Bodl. γ. quod et ipsum non incommodum est: *hymnus genti communi stirpe prognatæ victorem Pythicum nuntiobit.* Sed præstat vulgata lectio. Victoriæ decus et splendor totam gentem attingit. Καινά τε γενεᾷ Ald. 17. ἁρματονίκαν Bodl. γ. vide ad v. 15. ἁρματονίκαν Ald. Rom. et cett. 18. Κρισαίαις ἐν Bodl. γ. vide ad v. 15. ἐξαγγελεῖ Schmidius ad metri schema refinxit. πτυχαῖσιν ἀπαγγελεῖ Aldus, ut duæ breves pro longa sint: quod et Dawes sequitur. 19. ἐπὶ δεξιὰ scribere jubet Pauwius. Et sic jam Aldus edidit. An tamen poe-

14—18. φάει δὲ πρόσωπον ἐν καθαρῷ. Sollenne est, Κῶμον et *Hymnum venire, descendere, duci ad victorem, in victoris domum.* Nunc ad Θρασυρέι ὕμνων hoc idem transfert poeta: audacter an tumide, non dicam. Nos reddamus sic: *Hymni illi patri tuo,* Thrasybule, *nuntiabunt victoriam curulem Pythicam, qua tu patrem renuntiasti victorem.* Simplicissimum est, inter tot contortas rationes verba ad hunc modum constituere. Probabile tamen fit, de Thrasybulo reduce hæc dici, et legendum esse: tu, o Thrasybule, ἀπαγγελεῖς. [Sic Heynius in textu correxit.] Porro durum tamen lyricum est illud, quod ille absolute est, (κατὰ) τὸ πρόσωπον (ὂν) ἐν φάει καθαρῷ, h. e. ἔχων πρόσωπον ἐν φάει, πρόσωπον φανόν. Omnino conjectore indiget totum fere carmen, non interprete.

19. σχέθων νιν, aut ὕμνων Θρασυρέι, aut τὴν Νίκην, quod mitius. (ἐπ) χειρὸς pro χειρὶ, ἄγων ἐπιδέξια ὀρθὰν ἐφημενόν.

20 Ἄγεις ἐφημοσύναν, τάν ποτ' ἐν οὔρεσι
Φαντὶ μεγαλοσθενεῖ Φιλύ-
ρας υἱὸν ὀρφανιζομένῳ Πηλεΐδᾳ παρ-
αινεῖν· μάλιστα μὲν Κρονίδαν,
Βαρυόπαν στεροπᾶν περαυνῶν τε πρύτανιν,

tam lyricum deceat ἐπὶ δίξιὰ χειρὸς, equidem dubito. Gravior dubitatio mihi subnascitur de vulgari interpretatione: *tu tenes patrem dextra.* σχίθων νιν aut ad eundem Θρασυβὸν ὕμνων referendum aut ad Νίκην. Quod enim dudum verebar, ne hæc victoria Pythica, quam Ode celebrat, non Xenocratis, sed filii Thrasybuli fuerit, male ad patrem referri cœpta, vix nunc dubitari posse puto. Itaque filius victor rediens inter chori, κώμου, voces et cantus, pietatis in patrem non immemor est, adeoque ei adducit seu hymnos, seu victoriam: quod per se admodum lyricum est. Forte eodem modo apud Hesiod. Sc. Herc. 339. Minerva Νίκην ἀθανάτης χερσὶ καὶ κῦδος ἔχουσα fuit καὶ Κῦδος ἄγουσα. Et convenit victori Νίκην juxta se incedentem habere, ut Romæ triumphantes Victoriæ signum in curru. Simile est Pyth. v. 86. ubi redux victor auriga οὐ τὰν Ἐπιμαθίος ἄγαν ζυγατέρα Πείφανιν ἀφίκετο, ut h. l. victor Νίκην assidentem in curru habet. Jam reliquorum verborum junctura vel sic ambigua est. Potest jungi: σχίθων νιν ἐπὶ δίξιὰ χειρὸς, quod vix lyricum est; saltem esto σχίθων νιν (ἐκ, κατὰ) χειρὸς, ἄγοις ἐπὶ δίξιά. quod tamen non magis placet. Verum ἐπιδίξια quoque est pro ἐπιδεξίως, *scite, commode, opportune*, sive ut ad σχίθων retrahatur, sive ad sequens ἄγοις. Potest quoque jungi σχίθων ἄγοις νιν, tum erit (κατ') ὀρθὰν ἐφημοσύναν. Aut dicendum est: ἄγοις ὀρθὰν ἐφημοσύναν pro ἴσχις, *tenes, meministi verum illud præceptum*, aut ἄγοις, *in memoriam revocas*, ἐπιδίξια, *opportune*. Nescio an hoc in animo habuerit vetus grammaticus, qui ultima sic reddit: σὺ τοίνυν, ὦ Θρασύβουλε, δικαίως καὶ ἀληθῶς ἄγοις τὴν ἐντολὴν καὶ παραίνεσιν. Ceterum secundum hæc omnia vitium latere potest in uno vel altero verbo. Suspicor enim in hac stropha plura vitia latere. 20. εὐφημοσύναν vitium ed. Rom. et hinc reliquar. edd. Schmidius, metro monente, emendavit secundum Aldum. Porro τά ποτ' refinxit Schmid. male, veritus de metro. Erat ἔρισι adversus metrum. Sed jam Schmidius emendatum dedit εὔρεσι. et sic Ald. εὔρεσιν. ἔρισι τάν ποτε Dawes. Sed Pauw (quem v. ad 2.) non Pæonem, sed Ionicum colum esse docet. 22. Metrum laborat. Schmidius emendavit: -ρας νΐ' ἰερ. At Pauw: ut Φιλύρας superiorem versum claudat, tum: Υἱὸν ἱερ. Porro Πηλεΐδᾳ vulgg. edd. quod defendit Pauw: posse enim η ante vocalem corripi. Schmidius refinxit: Πηλεΐδᾳ. Pal. C. et Bodl. γ. Πηλείδᾳ. ὀρφανιζομένῳ est a parentibus in solitudinem abducto. 24. βαρυοπᾶν Bodl. γ. Verum

νιν, *opportune in memoriam revocas verum illud præceptum*. [minus bene. sed κατὰ τὰν—. *Ex Schedis.*] Respicit autem poeta pietatem in patrem, quod victor patrem victorem renuntiari jusserat, et nunc Victoriam ad patrem redux adducit. De singulis v. V. L.

23. Præceptum illud antiquum esse debuit: primo loco Jovem, secundo parentes esse colendos. [Cf. Æschyl. Eumen. 542. *Ex Schedis.*] Verba sunt corrupta. v. V. L.

Θεῶν σέβεσθαι·
Ταύτας δὲ μή ποτε τιμᾶς
Ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον.

Α. β'. Κ. ϑ'.

Ἐγένετο καὶ πρότερον Ἀντίλοχος βιατὰς
Νόημα τοῦτο φέρων, ὃς ὑπερέφθιτο
Πατρὸς, ἐναρίμβροτον ἀναμεί-
νας στράταρχον Αἰθιόπων Μέμνονα. Νεστό-
ρειον γὰρ ἵππος ἅρμ' ἐπέδα,
Πάριος ἐκ βελέων δαϊχθείς· ὁ δ' ἔφετε
Κραταιὸν ἔγχος·
Μεσσανίου δὲ γέροντος
Δοναθεῖσα φρὴν βόασεν παῖδα ὅν·

et vulgare βαρύσταν ita est accipiendum, æolice pro βαρυστῶν, a βαρύστης. Nec ad Κρονίδαν potest referri βαρύσταν. Est tamen cur βαρυστᾶν præferas, quia στιρρατᾶν sequitur, eodem modo inflexum, non στιρρατάν. Vulgarem lectionem etiam Schol. habuit. 25. ϑεῶν vix recte se habere potest. Quam præclarum enim hoc præceptum: *inter omnes deos maxime Jovem esse colendum?* Immo vero ϑεὸν legendum: μάλιστα μὲν Κρονίδαν— ϑεὸν σέβεσθαι. σέβεσθαι et obliqua, et recta potest esse oratio pro, σέβειν. Nec minus corruptum v. 26. ταύτας. quam enim vim habet ταύτας τιμᾶς? *hoc honore* non esse privandos parentes? h. e. *hunc* honorem ipsis esse perpetuo servandum? Excidit epitheton τιμᾶς, sed quale illud fuerit quis definiat? potest κιδνᾶς, κλυτᾶς, locum habere. Spectat huc fragmentum Eurip. ex Antiope ap. Stob. Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ, ἃς χρή σ' ἀσκεῖν, ὦ τέκνον, ϑεούς τε τιμᾷν τοὺς τε ϑρέψαντας γονεῖς νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος. Quod in nostro additur μὴ ἀμείρειν τιμᾶς γονέων βίον πεπρωμένον, est pro τιμᾷν τοὺς γονέας διὰ παντὸς βίου. 28. ἴγνυτο Schmid. ut sæpe alias legitur. Hic Pauw pro iambo tribrachyn ferre mavult. 30. ἀμμίνας. Ut metrum fulciret, Schmidius dedit: ἐναρίμβροτον ἀμύ-νας.—Mitior medicina: ἐναρίμβροτον ἀναμεί-νας. Est ἀνα-μίνας etiam in Ald. Dawes pag. 39. ἐναρίμβροτον ἀνα-μίνας ἀρχὸν vel ἐναρίμβροτόν γ' ἀνα-μ. probante posterius Northmor. ad Tryphiod. 37. [v. Edit. sec. ad v. 18. *Ex Schedis.*]—36. βόασεν Schmid. recte pro βόασε.

33. ὁ δ' (Memnon) ἔφετε κραταιὸν ἔγχος, immisit. Illustrat Abresch Animadvv. ad Æschyl. p. 214.

Σ. γ'. Κ. θ'.

Χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέριψεν αὐτοῦ
Μέναν δ' ὁ θεῖος ἀνὴρ πρίατο μὲν θανάτοιο κομιδὰν πατρός· ἐδόκησέ τε τῶν πάλαι γενεᾷ ὁπλοτέροισιν,
Ἔργον πελώριον τελέσαις,
Ὕπατος ἀμφὶ τοκεῦσιν ἔμμεν πρὸς ἀρετάν.
Τὰ μὲν παρῆκεν.
Τῶν νῦν δὲ καὶ Θρασύβουλος
Πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα,

Α. γ'. Κ. θ'.

Πάτραί τ' ἐπερχόμενος ἀγλαΐαν ἔδειξεν·
Νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει, ἄδικον οὔθ' ὑπέρ-

37. ἀπίβρυψεν vulgo, Aldina excepta, ante Schmid. αὐτοῦ [*patris. Ex Schedis.*] Ald. Crat. et cett. at Rom. ἀυτοῦ. an jung. αὐτοῦ μίναν? *in loco manens.* 38. μίναν δὲ θεῖος sine ὁ Gott. probe. Pindaricum est, sine articulis loqui. πρίατο τὸν θανά- Ed. nescio quæ apud Oxon. Nam Brub. μὲν habet, ut ceteræ. 39, 40. ἰδέ-κησεν τῶν πάλαι Rom. et reliquæ. ἰδέ-κησε τῶν Ald. Metri caussa Schmidius: -τοιο κομιδὰν πατρός· ἰδέ-κησεν δὲ τῶν πάλαι. Pauw offert: -τοιο κομιδὰν πατέρος· ἰδέ—κησε δὲ τῶν πάλαι. Adoptabat idem Dawes. 40. τοῖς πάλαι videtur olim lectum esse. vid. Schol. Jungo (ἐν) τοῖς ἐπλοτέροις γενεᾷ τῶν πάλαι (τῶν πάλαι γεγενέτων, *ex priscis ætatibus*) ἔμμεναι ὕπατος etc. Respicit locum Xenoph. de Venat. i. 14.— 46. πάτραί malim per synizesin sumere pro iambo: pro tribrachy habet Pauw. Nisi altero loco anapæstum esse malis: ἴ τ' ἐπερ—. 47, 48. Vulgo inde a Romana legitur: ἀγλαΐαν ἔδειξεν 47. ἄπαιαν. νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει ἔδικον οὔθ' ὑ-

37. *Non incassum hæc dixit Nestor.* Apollon. iv. 388.—ἀκράαντα δὲ γαίῃ πιείραν.

38. μίναν δὲ θεῖος ἀνὴρ πρίατο μὲν (ἀντὶ) θανάτου κομιδὰν (ἀνακομιδὴν καὶ ζωὴν, *salutem*) πατρός. Rem narratam conjicio in Arctini Æthiopide. Est et exposita a Quinto Cal. ii. 24. sed perfunctorie.

42. πρὸς ἀρετὰν ἀμφὶ τοκεῦσι, pietate in parentes.

43. τὰ μὲν παρῆκεν, *hæc ad tempora antiqua spectant.* cf. Dawes p. 48.

44. Sejungo hæc a superioribus. *Est etiam Thrasybulus is, qui ad parentis virtutem maxime se componat. Idem, proxime accedendo,* similis factus, patruum Theronem imitatur, *virtutem* ejus, *decus, exhibet.* ἔδειξεν ἀγλαΐαν ἐπιέχόμενος πάτρᾳ, pro: ἀγλαΐαν πάτρας, ἐπιεχόμενος αὐτῇ.

47. Nondum omnia in ultima stropha emendata satis esse censeo, ut commoda interpretatione reddi possit sensus.

ὅπλον ἧβαν δρέπων, σοφί-
αν δὲ ἐν μυχοῖσι Πιερίδων, τίν τ', Ἐλέλιχθον,
'Ὀργαῖς ὃς εὗρες ἵππιον εἴσ-
οδον ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέχεται.

48. πίρσπλον ἅβαν δρίπων, σοφί- 49. αν δ' ἐν μυχοῖσι Πιερίδων. 50. τὶν δ' Ἐλίλιχθεν. Nec aliter Aldus, nisi quod v. 47. in fine: οὗτι 48. ὑπίρσπλον ἅβην δρίπων. σοφί- 49. αν δ' ἐν μ. Π. 50. τὶν δ' Ἐ. Metrum in his laborat: ἄπασαν recte Schmidius sustulit; reliqua sic refinxit: νόῳ δὶ πλοῦτον ἄγει ἀδινόν. οὐδὶ ἅβαν ὑπίρσπλον δρίπων σοφᾶν Ἐν μ. Π. parum feliciter, nec videns, ἅβαν οὗτι ἄδικον οὗτι ὑ. esse supplendum. Oxoniense commentum ὑ-πίρσπλον recte exploditur a Pauwio, qui vel οὗτι ὑ-πίρσπλον δρίπων ἅβαν, σοφίαν, vel: οὐθ' ὑπίρ-σπλον δρίπων ἅβαν, σοφίαν Δ' ἐν μ. Π. offert. Arripiamus alterum hoc. Dawes: ἄγει οὔτ' ἄδικον οὐθ' ὑπίρ-σπλον ἅβαν δρίπων, σοφί-αν δὶ μυχοῖσι Π. minus commode. Mingarellus refingit ὕβριν pro ἅβαν. 49. ἐν μυχοῖς Πιερ. v. sup. ad v. 4. 50, 51. Vulgata lectio: τίν τ', Ἐλίλιχθον, ὀργαῖς, πάσαις, ὃς ἱππείαν ἵπ-οδον, μάλ' ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσίχεται. Sic inde a Romana; nec aliter Aldus, nisi quod ἵποδον μάλα scribit. Cum metro et sensu hæc destituantur, Schmidius emendavit: τίν τ', Ἐ. ὀργαῖς ὅλαις, ἐς ἵππιον ἵπ-οδον, ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσίχεται. ultimum hoc præclare, ad metrum et sensum, nec Oxonienses antiquum revocare debebant; ut sit: *tibi, Neptune*, h. tuis studiis equestris rei, *addictus est* ἀδόντι (vel, ut Æoles secundum Eustathium scribunt, ἀδόντι) νόῳ, h. *tibi, placens*, gratus et jucundus. Oxonienses, qui edidere σὲ δ' ἐς ἱππίαν ἵποδον μάλα ἀδόντι νόῳ—, aiunt, se *MS. γ. edidisse*. num etiam σὲ δ'? nisi hoc ex Scholio potius arripuerunt, σὲ (l. ἐς) σὲ ἱππείας εἰσόδους, τουτέστιν ἱππικὰς ἁμίλλας. Pauwius imperite factum clamitans reponi jubet: Ὀρθᾷς πάλαι ἐς ἵππιον ἵπ-οδον, μάλ' ἀδόντι νόῳ, Π. προσίχεται. ut sit ὀργᾷς (hoc enim velle videtur) de studio acriore. Sed totum hoc de Neptuno, *quod ab antiquo rei equestri studuit*, languet et friget. Aliud est, si Neptunus delectari dicitur re equestri, ut apud Aristoph. Equ. 550. Ἵππ' ἄναξ, Πόσειδον, ὃς χαλκοχρόταν ἵππων κεύθεος καὶ χρεμετισμοὺς ἀιδάεις. Inhæret animo suspicio, ὀργαῖς πάσαις et ἀδόντι νόῳ glossema redolere. Reposui, quod proxime ad lectionem codd. et edd. accederet, et cum metro conveniret, donec verum repertum fuerit; mutavi tamen interpunctionem v. 49. post Πιερίδων, ubi plene interpungebatur, disjunctis sententiis. Ingeniosum est, quod in Mingarelli schedis reperio, ὕβριν pro ἅβαν conjectantis v. 48. Si tamen accuratius expendas, in ὑπίρσπλον ἅβαν hoc ipsum latet. Acute Jacobs in Animadverss. p. 100. pro σὲ δ' suspicatur fuisse ὄφρα δ' ὅς l. sed et hæc est ariolatio, non certa emendatio. Duplex jam olim videri potest

Thrasybulum πάφρονα esse declarat Pindarus. *Mente condit divitias* sc. sapientiæ, (οὗτι) ἄδικον οὗτι ὑπίρσπλον ἅβαν δρίπων, *nec injustam nec contumeliosam (νὸν ὕβριν) adolescentiam exigens.* δρίπομαι fructus, quibus fruimur, adeoque ἅβαν, in qua sumus constituti. σοφίαν δὶ (sc. δρίπων) ἐν μυχοῖς Πιερίδων. Ultima hæc prohibent, quo minus ad ἄγει v. 47. revocem. *tibique, Neptune*, (aurigandi studio) *maxime addictus est.* De singulis v. V. L.

Γλυκεῖα δὲ φρὴν
Καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν
Μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον.

fuisse lectio, altera, quæ in Scholiis extat, sed corrupta, forte tamen restituenda et ad metrum concinnanda: Τίν σ', Ἐλίλιχθον, ἃς ἔφυς ἱππίας ἰσόδους μάλα γ' ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, πρυσίχεται. *quæcunque inveniſti, Neptune, rei equestris studia, ea ille persequitur.* Est πρυσίχεται τιν (κατὰ) πάσας, ἃς ἔφυς, ἱππίας ὁδούς. Ex altera lectione librorum et edd. videntur vero proxima esse: σὺ δ', Ἐλίλιχθον, ἐργαῖς ἃς ἔφυς ἵππιον εἶο—οδον, ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, πρυσίχεται. [ἐργαῖς tertio casu. *Ex Schedis.*] *Neptune, auctor studiorum equestrium, tibi ille deditus est, gratus hoc ipso tibi studio:* id quod successus in aurigando testatur. ἴσοδος, ut ὁδὸς, pro genere vitæ, pro *studio*: uti dixit ἄλλας ὁδοὺς ἄλλων πρασσίας Ol. ix 159. et ὁδοὺς πολλὰς εὐπραγίας Ol. viii. 17. nec prorsus diverso modo sup. v. 155, 6. ἰσοχωρίων καλῶν ἴσοδος. Porro: ἃς ἔφυς ἵππιον ἴσοδον ἐργαῖς, *ingeniis* quæ ad equestria studia ferruntur. Quandoquidem autem Thrasybulus rei equestri ipsi studium suum addixerat, firmatur id, quod posueram, eum regentem patris currum victoriam consequutum videri. [Heynius in textu verba ἃς ἔφυς signis parenthesεos inclusit.] Ultima v. 52. 3. 4. sic expediam: γλυκεῖα δὲ φρὴν (ἡ φρὴν αὐτοῦ) καὶ (τὸ) συμπόταισιν ὁμιλεῖν (h. ἡ ὁμιλία αὐτοῦ) μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον, *mel superat*, h. e. *ejus indoles et convictus est dulcissimus.* Sic quoque Gedik. accepit in Carm. select. et jam antea Schneider. in Vita Pind. p. 121. nuncque Mingarellus: ne quem sua laude fraudare videar: quippe cui cordi sit Pindaricum Nem. iii. 50. ἰσχὺς αἰνεῖν, adeoque (ut Nem. vii. 89.) σκοτεινὸν ἀπίχων ψόγον, ὕδατος ὅστις ἐπὶ φίλον ἐς ἄνδρ' ἄγων κλέος ἐπήντησεν αἰνέων. πετάφοροι δ' ἀγαθοῖσι μισθοὶ ὄντες. Valeant hæc ad excusationem, si toties viros doctos laudo, etiam in iis, quæ nec meum nec aliorum oculos effugerant, nec nomina taceam, nisi quoties mihi in alia discedendum est. Pauwius: Γλυκεῖα δὲ φρὴν (fere ut Schol. γλυκεῖα ἐστὶν,) Καὶ συμπόταισιν ὁμιλῶν, M. ἀ. Malo sic ferre robur Pindaricum, etsi paullo horridius. [Heynius in textu post καὶ et post ὁμιλεῖν comma posuit.]

52. *Est ejus ingenium suave et convictus jucundissimus.* Hoc in sententiam mutatum. *Mel* (dulcedine) *superat ingenium suave et* ὁμιλία σὺν συμπόταις, σὺν φίλοις. [suavis ad vitæ societatem indoles etiam mel superat. *Ex Schedis.*]

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ ζ'.

ΜΕΓΑΚΛΕΙ ΑΘΗΝΑΙΩ,

ΤΕΘΡΙΠΠΩ.

ARGUMENTUM.

Brevi hoc carmine commendat victorem primo per laudes Athenarum a summa urbis claritate — 7. a civium, inprimis Alcmæonidarum, fama — 11. a victoriarum decoribus — 18. Deprecatur invidiam.

Σ. Κ. ζ.

ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ *αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι*
Πρ*ο*οίμιον, Ἀλκμανιδᾶν

2. Ἀλκμανιδᾶν Oxon. ex Bodl. γ. et sic quoque Aldus. Debebat scribi Ἀλκμαιονιδᾶν, quod et Gotting. habet. Æolica forma pro Ἀλκμαίων fuit Ἀλκμᾶν, ut Ἀμυθᾶν, Πανιδᾶν. Paullo post viii. 80. Ἀλκμᾶνα. Ἀλκμαιονιδᾶν Rom. Ἀλκμαιονιδᾶν Crat. et hoc, secundum Scholiasten, edd. seqq. retinuerunt.

Erat Megacles ex Alcmæonidarum stirpe. Videtur fuisse Hippocratis f. Agaristæ, quæ Periclis mater fuit, frater. Victoria hæc Pythica Ol. lxxvi. 3. Pyth. xxviii. obtigerat, aliquot annos post pugnam Salaminiam Ol. lxxv. 1. factam.

1. Ad exordium hymni in Alcmæonidam propter victoriam curulem pulcerrima materies est laus Athenarum.

Εὐρυσθενεῖ γενεᾷ κρηπῖδ' ἀοιδᾶν
Ἵπποισι βαλέσθαι. ἐπεὶ
Τίνα πάτραν, τίνα τ' οἶκον
Ναίοντ' ὀνυμάξομαι
Ἐπιφανέστερον Ἑλλάδι πυθέσθαι;

A. K. ζ.

Πάσαισι γὰρ πολίεσι λόγος ὁμιλεῖ
Ἐρεχθέος ἀστῶν, Ἀπόλ-
λων, οἵ τεόν γε δόμον Πυθῶνι δίᾳ
Θαητὸν ἔτευξαν. ἄγον-
τι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ

3. Olim interpungebatur post γενεᾷ. 6. Notabile exemplum varietatis ex vetere scriptura continua ortæ. Ex Scholiis enim discimus, lectum olim ναίοντ' pro ναίοντι et ναίοντα, ab aliis ναίων ὁ. quod editt. habebant ante Schmidium cum Oxon. γ. ab aliis εἶναόν τ' ἀΐων, (ὃ ἐστιν ἀκούων,) ab aliis denique αἰῶν' ὀνομ. pro αἰῶνι. Schmidius ναίοντ' pro ναίοντα prætulit: sensu tamen parum expedito. Pauwium mireris pronuntiare, sine dubio esse leg. μαίων ὁ. cupiens, quærens. v. Notam. 9. ὃ Ἀπ. Schmid. frustra. 10. τεόν γε Oxonienses novarunt. Al. τεόν τι.

Κάλλιστον αἰ μ. Ἀ. προοίμιον, Ἀλκμαιονιδᾶν εὐρυσθενεῖ γενεᾷ κρηπῖδ' ἀοιδᾶν Ἵπποισι βαλέσθαι. *Athenæ pulcherrimum sunt proœmium, a quo exordium ducere possit hymnus victoriæ curulis, in honorem potentis stirpis*, seu potius unius ex stirpe, *Alcmæonidarum*. Ita Τυρεῦς γενεὰ Pelias sup. P. iv. 242. κρηπῖδα ἀοιδᾶν ut κρηπὶς ἰσθμίων Pyth. iv. 245. et in fragment. Pind. pag. 68. xlii. Sequitur v. 5—7. locus impeditus propter lectionis varietatem. αἰῶν' ὀνομάξομαι vix præferam; pro αἰῶνι bene sonat, si vernaculo sermone efferas; ut sit: *posteritati tradam, commendabo*. At vereor, ut hoc græce bene dicatur. αἰὼν non est *posteritas*; certe non apud Pindarum, sed est *vita, tempus cum notione durationis*. Poeta non quærit; quæ urbs sit clarior, sed *de Alcmæonidis* agit: *neminem esse, qui patria illustriore utatur*: τίνα ὀνομάξομαι ναίοντα (τίνα ναίων λίξαιμι ἄν, h. τίς ναίει ἄν) πάτραν, τίνα τι (ὀνομάξομαι ναίοντα, pro ᾗ) οἶκον ἐπιφανέστερον Ἑλλάδι πυθέσθαι (*quam Athenas*). Adjicitur πυθέσθαι usu poetarum. Bene comparat Mingarellus Homericum v. c. Od. λ. 75. σῆμά τέ μοι χεῦαι—καὶ ἐπομένοισι πυθέσθαι, pro ὡς τοὺς ἐπομένους πυθέσθαι περὶ αὐτοῦ. It. Od. σ. 255.

8. *In omnibus oppidis versatur* in ore hominum, *frequentatur*, *laus Alcmæonidarum ex Athenis*. De templo Apollinis ab iis instaurato v. Herodot. v. 62. Pausan. x. 5.

12. ἄγοντι δέ με—πέντε, προσάγουσιν ἐπὶ τὸν ὕμνον, quod Romanorum poetarum: *vocant me*: illustravit Mitscherlich. Epist. pag. 57. Olympica victoria fuit Alcmæonis, qui apud Herodotum est Ὀλυμπιονίκης.

Νῖκαι· μία δ' ἐπ ρεπὴς
Διὸς Ὀλυμπίας· δύο δ' ἀπὸ Κίρρας,

E. K. Θ'.

Ὦ Μεγάκλεες, ὑ-
μαί τε καὶ προγόνων.
Νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ
Χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι,
Φθόνον ἀμειβόμενον
Τὰ καλὰ ἔργα. φαντί γε μὰν,
Οὕτω κεν ἀνδρὶ πὰρ μονίμαν
Θάλλοισαν εὐδαιμονίαν
Τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι.

17. εὐπραγίᾳ τι νέᾳ vett. metricos legisse videri, notat Pauw, nam vulgatam lectionem esse prorsus ineptam ad metrum. Annon est choriambicus præmisso iambo? 18. τόδε alii apud Oxon. nescio qui. 20. τὰ καλ' ἔργα Pauw em. Sed Pindarus ante ἔργα non elidit: vide v. c. Nem. iii. 78. 21. οὕτω κε καὶ ἀ. Bodl. γ. παρμονίμαν Ald. ut et Scholiastes in suo habuisse videtur. In Rom. et vulgg. παρ' sejungitur.

21—23. Erunt hæc sic accipienda: φαντί γε μὰν, οὕτω φέρεσθαί κεν ἀνδρὶ τὰ καὶ τὰ, (περιφέρεσθαι ἀγαθὰ καὶ κακά: v. ad Ol. ii. 98.) παρ' εὐδαιμονίαν θάλλουσαν μονίμαν, *præter felicitatem perpetuo florentem*; h. e. ea exclusa ab sorte nostra; aliter quam felicitas perpetua posceret. Toleranda hæc sunt, quoniam aliter non legitur. Convenit cum doctrina poetæ (v. Pyth. iii. 153. sqq. —189. Ol. ii. 55. sqq.) *nulla est felicitas durabilis*, μονίμη, *mortalium*; nec video per ariolationes ad h. l. allatas quicquam melius extundere licuisse.

ΠΥΘΙΑ.

ΕΙΔΟΣ η'.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗ,

ΠΑΛΑΙΣΤΗ.

ARGUMENTUM.

Facit poeta vota ad Tranquillitatem, tum ad Apollinem propter victoriam Aristomenis Pythicam—29. hinc ad laudes Æginæ ex antiquis decoribus conversus,—39. cum se revocasset ad Aristomenis laudes, transfert in eum Amphiarai dictum—63. simulque intexit ejus vaticinium de Alcmæone et Epigonis Thebas expugnaturis—78. Quibus subjungit professionem pietatis suæ in Alcmæonem, quem tanquam heroem domesticum colit—87. Redit hinc ad Aristomenem et bona pro eo facit vota.

Σ. α'. Κ. θ'.

ΦΙΛΟΦΡΟΝ Ἀσυχία, Δίκας
Ὦ μεγιστόπολι

δεμνᾳ post *παλαιστῇ* insertum erat Oxoniensi: vitio an casu. Certe Aristomenes Xenarcis f. victor fuit lucta Pyth. xxxv. quæ in Ol. lxxxiii. 3. incidit, et quidem *ἰσ παιδ*, ut ex 39. 45. 46. patet. 1. Metra hujus carminis magnas facinnt

1. Exemplum esse potest hic locus, (alia v. inf. ad Nem. viii. pr.) quam multa ingenium poetæ lyrici efferve-scens in eandem notionem colligat.

Θύγατερ, βουλᾶν τε καὶ πολέμων
Ἔχοισα κλαΐδας
Ὑπερτάτας, Πυθιόνικον
Τιμὰν Ἀριστομένει
Δέκευ. τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι
Τε καὶ παθεῖν ὁμᾶς ἐπίστασαι
Καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ·

A. ά. K. θ'.

Τὺ δ' ὁπόταν τις ἀμείλιχον
Καρδίᾳ κότον ἐν-

difficultates: quibus tollendis neo par sum, neque id propositum mihi habeo. Etiam Mingarellus colis aliter distribuendis in schedis multa tentaverat, quæ alio loco apponam. In singulis, uno aliove loco, aliquid mutare nolim, an tequam tota ratio metrica Pindari accurate constituta fuerit, ut tuto mutare liceat. Etsi erant, quæ etiamnum tuto mutare licuisset. 2. *μιγαλόπολι* Bodl. γ. 4. *κλαϊδας* ed. Rom. et rell. Nec constant sibi grammatici. Verius Oxon. cum Aldo: *κλαΐδας*, ex *κλᾱΐδας*, ex *κλαϊδας*. 8. *μὲν καὶ* Schmid. Sed metricus hic turbatus est, ut docet Pauw. 9. In Schol. est *ἁμαρτεικεῖ*, ex quo infert *ἀτρεικεῖ* pro *ἁμαρδρομεῦντι τῷ καιρῷ* Toup. App. ad Theocr. p. 9. 10. *ἀκόταν* vulgg. e Romana. Schmidius Aldum et Pal. C. sequitur. 11. *κότον* conj. vir doctus in Biblioth. philol. ii. vol. Verum *κότον* postulant voc. *ἀμείλιχον* et quod ille *τῶν ἀνερεινίων* est.

Ἡσυχία (vel, ut scribendum, Ἀσυχία, ut P. ix. 40. et in Fragm. p. 54. ii.) est *tranquillitas publica*, cum adjunctis notionibus partim *causarum*, a quibus illa proficiscitur, *justitia, æquitate et moderatione*; partim *effectorum: moderatur illa consilia belli ac pacis; moderata et æqua cum ipsa sequitur tum alios in se sequi cogit; seditiosos cives coercet, insolentes deprimit.* Est ergo nunc *dea, quæ tranquillitatem dat, firmat, servat, tuetur, seditiosorum impetus retundit.* Æginam autem ista ætate præclaris legibus et institutis fundatam tranquillitate usam esse, docemur a Pindaro inf. 31. cf. Ol. viii. 28. sqq. Nem. iv. 19. sq. iii. 3. v. 16. Isthm. v. 28.

4. *Habens pacis bellique potestatem s. quæ gubernat res pacis bellique.*

5, 6. Πυθιόνικον τιμὰν, *hunc hymnum*, accipe in honorem Aristomenis, Ἀριστομένει.

7. τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε καὶ παθεῖν, *æqua, moderata*, τὸ ἰσοπαλὲς, *et facere et pati* καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ. In ultimis mihi non satisfacio. Schol. reddit τὸ δικαίως.— ἀτρεκὴς, *firmus, tutus*, hinc *verus*, hinc *justus*. Supra Ol. x. 17. ἀτρέκεια, *justitia*, ut ἀλήθεια. Nem. v. 31. ἀλάθειᾳ ἀτρεκής. Et Ἑλλανοδίκας ἀτρεκὴς Ol. iii. 21. καιρὸς est *tempus justum, modus justus moderatio*. At καιρὸς ἀτρεκὴς estne de *tempore justo?* ut tempus, res, postulat? an *cum moderatione certa?*

10—14. τὺ δ' ὁ. pro ὁπόταν δέ τις *odium implacabile in animum admiserit*

ελάσῃ, τραχεῖα δυσμενέων
Ὑπαντιάξαισα
Κράτει τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ.
Τὰν οὐδὲ Πορφυρίων
Μάθεν παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων.
Κέρδος δὲ φίλτατόν γ', ἐχόντος εἴ
Τις ἐκ δόμων φέροι.

Ε. ά. Κ. ιά.

Βίᾳ δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφα-

13. ὑπαντιάξασα Ald. et Bodl. γ. 14. κρατεῖ, metro invito, unus ex Schol. legebat. τιθεῖσ' pro τιθεῖσα ed. Rom. et inde vulgg. Brub. Morell. cum Bodl. γ. sed τιθεῖς ex Ald. jam Crat. repetierat, et hinc reliquæ edd. etiam Plant. τιθεῖσ' εἰ Pal. C. 16. Pro μάθεν conj. φύγεν Mingarell. λάθεν Matthiæ Obss. p. 39. 19. Βίᾳ per vim majorem, superiorem, non βίᾳ.

(erga cives suos), *tu ejus impotentiam animi deprimis.* δυσμενίων ὕβριν pro δυσμενίας, αὐτοῦ. τιθεῖς is ἄντλῳ simplic. *submergis.* ἄντλος, *aqua*, ut Ol. ix. 79. *aquarum cluvies.* [Æschyl. vii. ad Theb. 798. *Ex Schedis.*] Potest saltem comparari voc. ὑπέραντλος ὕβρις ad Lucianum ab Hemsterhus. illustratum. κράτει, σὺν κράτει, κρατιεῖς.

15. τὰν οὐδὲ Πορφυρίων μάθεν παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων, græce pro οὐκ ἔμαθεν, οὐκ ἐνόησεν, ἑαυτὸν ἐξερεθίζων εἰς παρ' αἶσαν. h. εὖ, ἦν Π. μάθεν. *Porphyrion non norat, non reputabat, se lacessere te, provocare, malo suo.* παρ' αἶσαν, *infeliciter*, ut παρὰ δίκην, *injuste*, Ol. ii. 30. et sic alia. [*præter jus fasque* Matthiæ Miscell. philol. ii. 1. p. 11. ubi vid. *Ex Schedis.*] Lacessivit autem Ἡσυχίαν, turbavit statum pacatum, dum inter Gigantes cœlum oppugnavit, *a Jove et Hercule dejectus.* v. Apollod. i. 6. 2. et Not. p. 71. Horat. iii. Carm. 4. 54. Quod de bubus Herculi ab Porphyrione abstractis Schol. affert, videtur commentitium esse; etsi e Gigantomachia facta Herculis et Gigantum nomina translata mox fuere in Herculis Thebani fabulas; sic Alcyoneus inf. Nem. iv. 83. sq. Quæ sequuntur v. 17. sententiose expressa, quæ æmulatus est Horat. l. l. *Vis consili expers mole ruit sua;* nam nihil aliud dicit Pindarus, quam: *Violentia et injuria ipsi auctori exitiosa est.* Sed a contrario enuntiat: *ita tandem aliquis proficiscum sibi lucrum parat, si alio volente illud obtinet.* Hunc forte locum (nisi alius fuit in deperditis) respexit Plato in Gorgia tom. iv. pag. 90.—Sequitur v. 19. Βίᾳ δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χερὶ sc. ἡ Ἡσυχία, illa dea *etiam superbum tandem aliquando majore vi aggressa prostravit.* Ita *Typhon et rex Gigantum* (aut Alcyoneus est, aut, si Apollodorum sequimur, Ephialtes ab Apolline sagitta transfixus; etsi in Gigantem fatis et nominibus licenter variant poetæ: ita apud Horat. l. c. omnia ad Palladem referuntur. Porphyrion, cum jam ante memoratus sit, huc iterum revocari nequit.) *non effugit eam* deam, h. et ipse occubuit. [etsi diu restitit, tamen victus est. *Ex Schedis.*]

λεν ἐν χρόνῳ. Τυφὼς Κίλιξ ἑκατόγκρα-
νος οὔ μιν ἄλυξεν,
Οὐδὲ μὰν βασιλεὺς Γιγάντων·
Δμᾶθεν δὲ κεραυνῷ,
Τόξοισί τ' Ἀπόλλω-
νος. ὃς εὐμενεῖ νόῳ
Ξενάρκειον ἔδεκτο Κίρ-
ραθεν ἐστεφανωμένον
Υἱὸν πόᾳ Παρνασσίᾳ
Δωριεῖ τε κώμῳ.

Σ. β'. Κ. γ'.

Ἔπεσε δ' οὐ Χαρίτων ἑκὰς
Ἀ δικαιόπολις,
Ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν
Θίγοισα, νᾶσος· τε-
λέαν δ' ἔχει δόξαν ἀπ' ἀρχᾶς.
Πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀεί-
δεται νικαφόροις ἐν ἀέθλοις

20. πολυκέρα-νος ed. Rom. et hinc edd. vulgg. ἑκατογκέρα-νος Ald. et Pal. C. unde Schmidius recte ad metrum ἑκατόγκερα-νος. Bodl. γ. ἑκατογκέρανος. 28. Ante Schmid. πείᾳ. 30. Ἔπεσε Rom. et al. quod emendavit Schmidius ex Ald. 36. Prima νικαφόροις præter morem et legem corripitur. Pauw ominatur, glossam obtinere locum alterius vocis, quam φερένικον fuisse suspicatur. Sunt plura quæ eodem jure possis comminisci, v. c. γερανοφόροις. At mutanda est versuum distributio: quod Mingar. facit. [νικαφόρους conj. Bunsen. *Ex Schedis.*]

25. Ductus Κῶμος, pompa victoris, ad templum Delphicum (ut sup. vi. pr.) a popularibus Æginetis, Doricæ stirpis.

30. *Satis habet materiæ laudum et hymnorum Ægina jam inde ab origine per præclara facta Æacidarum:* quod aliquoties poeta prædicat: v. c. Nem. iii. 45. sq. 55. sq. ἃ δικαιόπολις νᾶσος εὐν Ἴτυχι ἰκὰς (immos Ἴτυχι) Θίγοισα (ὕμνων) ἀρεταῖς (δι' ἀρετῶν) Αἰακιδᾶν.

35. πολλοῖσι non bene jungitur cum ἀέθλοις. præstat πολλοῖς, ὑπὲρ πολλῶν. Est adeo: ἀείδεται δὲ πολλοῖς (ὑπὲρ πολλῶν) θείψασα (τὰ μὲν) ἔργων—τὰ δὲ καὶ ἀνδρῶν. hæc variavit: τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν (h. e. διὰ ἀνδρῶν) ἐμφέρεται, insignis est. [τὰ, partim. *Ex Schedis.*]

Θρέψαισα καὶ θοαῖς ὑπερτάτους
Ἥρωας ἐν μάχαις·

A. β'. K. θ'.

Τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν ἐμπρέπει.
Εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀ-
ναθέμεν πᾶσαν μακραγορίαν
Λύρᾳ τε καὶ φθέγμα-
τι μαλθακῷ, μὴ χόρος ἐλθὼν
Κνίσσῃ. τὸ δ' ἐν ποσί μοι
Ἴτω τρέχον τεὸν χρέος, ὦ παῖ,
Νεώτατον καλῶν, ἐμᾷ ποτα-
νὸν ἀμφὶ μαχανᾷ.

E. β'. K. ιά.

Παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνεύων μα-

39. τὰ δὶ καὶ Bodl. γ. atque hoc præstat, modo ἰν omittas, quod subintelligitur. [Heynius in textu ἰν uncinis inclusit.] 44. κνίσσῃ metrum et Ald. 45. τρέχον ἴτω idem, adverso metro. τεὸν χλέος conj. Mingarell. At χρέος est ὕφλημα, promissum carmen. 48. Παλαίσμασίν τι γὰρ Bodl. γ. παλαίσμασι-σίν τι γὰρ Ald. ἰχνιόων repugnat antitheticis omnibus. ἰχνίων malit Schmidius me-

40-47. Redit ad victorem. *Non vacat omnes laudes longo prosequi carmine, ne fastidium audienti superveniat:* (ut Ol. ii. 173. Pyth. i. 160.) *sed potius agatur, quod in manibus habeo, debitum tibi carmen, victoria tua, recentissimum inter decora parta a te.* ἀναθεῖναι λύρᾳ, ut Latini, *tradere, committere, mandare, laudem fidibus.*

44. τὸ ἐν ποσὶ χρέος τεὸν, *debitus tibi hymnus,* quem in manibus habeo; ut alibi *debere se hymnum victori* ait. νεώτατον καλῶν, *decus novissimum* post alias victorias, ἴτω τρέχον (ut dicitur *hymnus per omnes terras et maria volare,* v. c. Nem. v. 4. sq.) ποτανὸν (quasi alatus), divulgetur per orbem terrarum, ἀμφὶ μαχανᾷ ἐμᾷ, *mea opera, arte.* ποτανὸν, πτηνὸν, πτερωτὸν, est etiam ap. Hesych. Aliud est πτιθανόν. In Nem. vii. 32. Homeri figmentis inest σεμνόν τι ποτανῇ γε μαχανῇ (αὐτοῦ), h. *arte et ingenii vi ejus sublimi.* Et P. v. 152. Arcesilaus ποτανὸς ἐν Μούσαις, *in carmine sublimis.* Formulam ἴτω τρέχων illustrat Hemsterh. ad Callim. in Del. 128. jam a Schneidero laudatus. In v. 43. sqq. Mingarellus malit interpungere: μαλθακῷ. Μὴ χόρος ἐλθὼν κνίσσῃ, τὸ δ' ἐν ποσί μοι ἴτω τρέχων τεὸν χρέος.

48. ἰχνιόων, *vestigia legendo,* imitando, οὐ κατιλίγχοις μητραδιλφιοὺς πάλαι-

τραδελφεοὺς, Ὀλυμπίᾳ τε Θεόγνη-
τον οὐ κατελέγχεις,
Οὐδὲ Κλειτομάχοιο νίκαν
Ἰσθμοῖ θρασύγυιον.
Αὔξων δὲ πάτραν Μι-
δυλιδᾶν λόγον φέρεις
Τὸν, ὅν πέρ ποτ' Οἰκλέος
Παῖς ἐν ἑπταπύλοις ἰδὼν
Υἱοὺς Θήβαις ἠνίξατο
Παρμένοντας αἰχμᾷ,

Σ. γ'. Κ. ϛ'.

Ὁπότ' ἀπ' Ἄργεος ἦλυθον
Δευτέραν ὁδὸν Ἐ-
πίγονοι. ἆδ' εἶπε· μαρναμένων
Φυᾷ, τὸ γενναῖον

tri caussa, et laudat anp. Pyth. v. 116. ἰχνίοντις. Atqui id vitiosum videri esse, ibi notavi. Deberet esse εἰχνίοντις. [Heynius in textu post γὰρ comma posuit: itemque 50. post—τον.] 51. Κλειτομάχοιο consentiente metro, Schol. et Ald. vulgo Κλυτομάχοιο. Κλειτομάχοιο Bodl. γ. [54. In textu comma positum ante λόγον.] 55. ποτι Οἰκλέος cum hiatu reposuerant Oxon. ex Bodl. γ. Vulgo ubique ποτ' Οἰκλέος. 57. Θήβαις υἱοὺς, ut alter pes iambus sit, necessario refingendum. Sic jam refinxerat Schmidius. At cf. v. 115. 59. ἀπ' excidit Ald. 61. τῇ δ' εἶπε nonnulli apud Oxon. non juvenio, qui. 62. Ante Schmidium edd. distinguebant post μαρναμένων. At ille μαρναμένων φυᾷ jungit,

μάνιστον, non dedecoras, h. illustras. Sic Isthm. iii. 23. viii. 142. [P. vi. 46. πάτραι ἐπιφαίνεις. Ex Schedis.]

53—58. [Fuere ex ea tribu superiore ætate victores in certaminibus; et nunc tanquam in nova generatione tu existi victor in lucta. Ex Schedis.] αὔξων δὲ, illustrans fama tribum—λόγον φέρεις, in te convertis, pro, λόγος ἀναφέρεται εἰς σὲ, laus, quam Amphiaraus [in bello Thebano. Ex Schedis.] ἠνίξατο, pro ἤλιγε, sed tanquam vates, obscure, ἰδὼν, animo prævidens, Epigonos persistere in bello adversus Thebanos instaurando. [ἰδὼν non de oraculo, sed de vate. Ex Schedis.] Locus similis v. 54. 5. fuit Ol. vi. 18. [φέρεις f. pro ἀναφέρεις, ut locum habeat facit dictum, quo—καθ' ὅν— Ex Schedis.]

[59. ὁπότε ad παρμένοντας, non ad ἠνίξατο. Ex Schedis.]

61. μαρναμένων φυᾷ, inter eos, qui viri fortes sunt, adeoque *pugnant virtute a natura insita, generosa audacia* (τὸ λῆμα, v. Pyth. iii. 43. Nem. i. 87. iii. 146.) *in filiis conspicua est a parentibus accepta.*

Ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παι-
σὶν λῆμα. θαέομαι
Σαφὲς δράκοντα ποικίλον αἰθᾶς
Ἀλκμᾶν' ἐπ' ἀσπίδος νωμῶντα, πρῶ-
τον ἐν Κάδμου πύλαις.

Α. γ'. Κ. θ'.

Ὁ δὲ καμὼν προτέρᾳ πάθᾳ,
Νῦν ἀρείονος ἐν-
ἔχεται ὄρνιχος ἀγγελίᾳ
Ἄδραστος ἥρως. τὸ
Δὲ οἴκοθεν ἀντία πράξει.
Μοῦνος γὰρ ἐκ Δαναῶν
Στρατοῦ, θανόντος ὀστέα λέξας

laudatque Nem. i. 38. χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς Στείχοντα μέριμνάν φυᾷ. recte; nec debebam ab eo discedere. [62, 63. usurpat Plutarch. Arat. pr. *Ex Schedis.* Heynius in textu sic interpunxit: ἀλλ', ἴσως, μεριμνῶν Φυᾷ τὸ γενναῖον Ἐπιπρέπει —his adscriptis: "Delebo comma" (post Φυᾷ) "et jungam ἐπιπρέπει φυᾷ τὸ γ. et μεριμνῶν πατέρων." et: "Jung. τὸ γενναῖον λῆμα φυᾷ ἐπιπρέπει παισὶν ἐκ π. μεριμν."] 64. θεόμαι est commentum Oxoniensium, quod intulerant, ut primam syllabam producerent. Schmidius θείομαι dederat, quod Ionicum esset. vulg. ubique θεόμαι, quod retinere jubet Pauw: ita enim variari posse colon iambicum. Probo Schmidium; sed Pindaricum est: θείομαι, ex θέομαι. et id reponere haud cunctatus sum. Sic aliquoties in Pindaro θανὼν occurrit et θάνων, et ap. Theocr. xxii. 200. θαῖτε, pro ἴθητε. Κεχλιμένος θαῖτε μάχαν ἰμφύλιον ἀνδρῶν. 66. νέμοντα requirit colon iambicum; nisi cum Metrico ita ordinentur: Ἀλκμᾶν' ἐπ' ἀσπίδος Νωμῶντα πρῶτον ἐν Κ. π. Nam sic ille hæc cola describit (conf. Pauw. ad h. l. et ad v. 8. et 9.) et, quod hic locus docet, non male. 72. οἶκόθεν γ', fulcro inserto, Pauw. Mingarell. οἶκόθεν ἐναντία. [74. Heynius in textu correxit λίξας.]

64. θείομαι. ut vates, *prævidet* futura. Ad v. 68. cf. Nem. ix. 43. sq.

[68. Simile vaticinium Calchantis in ipsa Il. α.—Æschyl. Agam. 124. sq. *Ex Schedis.*]

72. τὸ δὲ οἶκόθεν, *quod ad familiam, stirpem, attinet, infausta sorte utetur;* Ægialeus enim filius unus e septem Epigonis ante Thebas cadet: Apollod. iii. 7. 3. Hygin. f. 71. E mente Pindari ipse Adrastus Epigonorum expeditioni interfuit. Paria tradidisse videtur Ephorus, ut ex Schol. ad h. l. colligas. [nisi latius: et Adrasti fortuna tunc versa erit in contrarium. *Ex Schedis.*]

Υἱοῦ, τύχᾳ θεῶν ἀφίξεται
Λεῷ σὺν ἀβλαβεῖ

Ε. γ'. Κ. ιά.

Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς.
Τοιαῦτα μὲν ἐφθέγξατ' Ἀμφιάρηος.
Χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς
Ἀλκμᾶνα στεφάνοισι βάλλω,
Ῥαίνω δὲ καὶ ὕμνῳ·
Γείτων ὅτι μοι, καὶ
Κτεάνων φύλαξ ἐμῶν,
Ὑπάνταsεν ἰόντι γᾶς
Ὀμφαλὸν παρ' ἀοίδιμον,
Μαντευμάτων τ' ἐφάψατο

75. τάχα Bodlei. γ. 76. λαῷ idem. ita syllaba prior esset longa. Retinendum λεῷ, nisi non bene versus aliter disponi possunt. Pauwio Attica forma displicebat in hoc poeta. 77. εὐρυχόρους male Rom. edit. invexerat. Iterum reduxit verum ex Aldo Schmid. cf. sup. ad Ol. vii. 33. 78. μὲν δ' erat. δ' abesse edd. plerisque aiunt Oxonienses. Sunt eæ Crat. et Stephanianæ. Sed fulcro opus esse censens revocavit δ' Schmidius. Pauw. γ. Mingarell. μὲν ἐπιφθέγξατ'. 79. χαίρων spondeus in principio pro iambo, ut alibi quoque. 80. Ἀλκμάονα στέφεσι β. metri gratia emendat Pauw. spondeum pro trochæo in prima sede non ferens. De interpretatione monere præstat: haud dubie de ipso poeta hic agi, qui Thebis habitabat et in ædium suarum vicinia sacellum Alcmæonis, herois, forte cum Amphiarao, habuisse videtur. Poeta noster, religiosus homo, innuit, sibi Delphos proficiscenti oblatum esse visum ab Alcmæone, quo monitum acciperet quod nunc ignoratur. Pauwium non aliter sensisse video. 84. Ὑπαντίασεν ἰόντι γαίας vulgo editum. Ut Glyconium restitueret, Schmidius emendavit: ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς. Hoc tenendum erat. Sed Oxonienses iterum corruperunt ex Bodl. γ. ὑπαντίασ' ἰόντι γαίας. Pauw. ne bonus Schmidius usquam sapere videatur, mavult: ὑπαντίασεν ἰόντι γᾶς. 86. τ' ἐφάψατο vulgg. edd. quod illato hiatu Schmidius ex Pal, C. B, Oxon. in τε mutarunt.

79. Gratum mihi est Alcmæonem carmine celebrare.

82. γείτων μοι, recte de vicino Alcmæonis sacello; ut ap. Æschyl. vii. ad Th. 503. Ὄγκια Παλλὰς, πύλαισι γείτων. Compara nunc inf. Nem. vii. 127. sq. 131. sq.

83—87. Obscura sunt quæ sequuntur, quoniam ipsam rem ignoramus. De Pindaro, non de victore, de Alcmæone, non de Amphiarao, agi, verba docent contra Grammaticos. Acci-

Συγγόνοισι τέχναις.

Σ. δ'. Κ. ϑ'.

Τὸ δ', ἐκαταβόλε, πάνδοκον
Ναὸν εὐκλέα δι-
ανέμων Πυθῶνος ἐν γυάλοις,
Τὸ μὲν μέγιστον τό-
ϑι χαρμάτων ἅπασας· οἶκοι
Δὲ πρόσθεν ἁρπαλέαν
Δόσιν πενταεθλίου σὺν ἑορταῖς
Ὑμαῖς ἐπάγαγες, ἄναξ. ἐκόν-

88. Hic ad Aristomenem victorem Pythicum redit: nec enim commodum videtur, quod Pauwius hæc ad poetam referre jubet. 94. Πενταθλίῳ δέσιν Pauw. Iambicum restituit. 95. [ὑμαῖς. Gilb. Wakefield em. ὕμνοις τ'. (Silv. P. iii. p. 113.) *Ex Addendis.*] ἄναξ Oxonienses dederunt. Vulgo ἄναξ. Aldus habet: ἐπάγαγές τ' ἄναξ. At Schmidius malebat γ'. Sed aliter distribuit versus duo extremos Mingarell.

disse videtur, ut, cum poeta Delphos profectus esse ad responsum petendum a deo, ille seu per augurium, seu per somnum ab heroe moneretur; hæ sunt *σύγγονοι τέχναι, patria ars vaticinandi*: nam Amphiaraus fuit vates, et ejus templum *ἀνεμομαντεῖον*. Est autem l. ἰφάψατό (*μου σὺν*) *τέχναις συγγόνοις μαντευμάτων* pro διὰ, l. ἰφάψατο *μαντευμάτων, responsum a deo acceptum adjuvit, firmavit, paterna arte*, scil. somnio; l. ἰφάψατο, ab ἰφάπτω, ἰφήψατο *ταῖς συγγόνοις τέχναις μαντευμάτων, usus est arte paterna*, ea structura, quæ erat Ol. i. 138.

88. Redit ad Aristomenem victorem. Is jam antea fuerat victor inter pueros, Æginæ in Delphiniis, pentathlo; tum Megaris 112. Marathone, et in Ægina Heræis — 116.

88 — 103. Preces ad Apollinem. *τὸ μέγιστον χαρμάτων.* est alias victoria Olympica, ut sæpe apud Pindarum. At h. l. manifestum fit, poetam de Pythica victoria agere. *τόϑι*, h. e. ἐκεῖ ἐν Πυθῶνος *γυάλοις.*

Ζεὺς ἔδωκεν Φερσεφόνᾳ κατένευ-
σέν τέ οἱ χαίταις, ἀρι-
στεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς

Ε. α' Κ. ή.

Σικελίαν πίειραν ὀρθώ-
σειν κορυφαῖς πολίων ἀφνειαῖς·
Ὥπασε δὲ Κρονίων
Πολέμου μναστῆρά οἱ χαλκεντέος
Λαὸν ἵππαιχμον, θαμὰ δὴ καὶ Ὀλυμ-

conj. κλυτῶ. Ut σὺν expellas, substitues κλυτοῦ ἁ. Sed in κτίσσε vix habes quod reprehendas. 14. μεγίστων Bodl. γ. 16. Νῦν ἴγυιε' ἁ. vulgo legitur. Cum dactylus requireretur, Schmidius Νῦν ἴγιε' legit pro ἄγυιε, scil. *Chromius*. Mingarell. tentabat ἴγε νῦν, quia ἴγεσθε occurrit Theocr. xxiv. 21. Iliad. β. 41. ἰγερέμαχοι ap. Sophocl. Œd. Col. 1109. Oxonienses ex Bodl. γ. immutarunt ἴγυιε νῦν, nullo cum fructu. Potest amphimacer pro dactylo esse adhibitus in vulgata edd. lectione. Sed Bodleianæ lectioni succurres, si scripseris ἴγυιέ νυν. ita dactylicis numeris præfixa est syllaba versus initio. Eandem formulam ἀλλ' ἴγυιε poeta adhibuit Ol. ix. 72. Nem. x. 39. — 18. Περσεφόνᾳ primum irrepsit in Morell. et hinc in Steph. Sic quoque Bodl. γ. 19. χαίτας Bodl. γ. 24. χαλκέοντος Bodl. γ. 25. ἵπαιχμον Bodl. γ. θ' ἅμα δὴ lectum erat ab uno e Scholiastis, et sic Aldus ; nec improbat Pauw.

frequentatis : modo *erigere, erectum constituere ;* modo *erectum servare ;* hinc omnino *servare*, ut Isthm. v. 62. quod et ἀνορθοῦν : (hinc ἀρθόπολις Thero Ol. ii. 14. et θεὸς ἀρθωτὴς Pyth. i. 109.) tum *exaltare, illustrem reddere, celebrare* Isthm. iv. 65. vi. 95. porro *confirmare animum* ad suscipiendum aliquid Pyth. iv. 106. et omnino *suscipere* et *facere* : Isthm. i. 64. ξυνὸν ἁρθῶσαι κλεὸς, *decus statuere publicum*. Sic ἁρθῶν ὕμνον Ol. iii. 5. Jam ἁρθῶσαι Σικελίαν erit seu *regere* seu *illustrare* Siciliam. Si prius locum habet, referam ad Proserpinam, (κόρᾳ) ἁρθώσειν Σικελίαν : ad Jovem autem, si alterum. Reliqua non uno modo jungi possunt ; vide an hunc præferas : Σικελίαν πίειραν, ἀρισταύοισαν, εὐκάρπου χθονὸς (ἵνα vel διὰ), κορυφαῖς πολίων ἀφνειαῖς. h. ἀρισταύοισαν πόλιν, *principem, insignem urbibus*. [An πολίων s. χθονὸς jung. ? *Ex Schedis.*]

24. πολίμου μναστῆρα. Ex Homero : *studiosum bellorum*. [Pyth. xii. 42. *Ex Schedis.*]

πιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν
Χρυσέοις μιχθέντα. πολλῶν ἐπέβαν
Καιρὸν, οὐ ψεύδει βαλών.

Σ. β'. Κ. ι.

Ἔσταν δ' ἐπ' αὐλείαις θύραις
Ἀνδρὸς φιλοξείνου καλὰ μελπόμενος,
Ἔνθα μοι ἁρμόδιον
Δεῖπνον κεκόσμηται, θαμὰ δ' ἀλλοδαπῶν
Οὐκ ἀπείρατοι δόμοι

27. χρυσίοις recte refinxit pro χρυσίωσι Schmidius; est enim trochaicum. 28. λαβὼν Ald. Accipiebatur βάλλειν καιρὸν tanquam σκοπὸν, adeoque *figere*: *tempus non feriens mendacio.* Ita quoque Pauw, sensu tamen parum expedito: ut toties faciunt viri docti in critica re occupati; ut satis constet, facilius iis fuisse veteres scriptores emendare, quam interpretari. Forte res ita enodari possit: *multa attigi*, (scil. ea, quæ in Siciliæ laudem dixerat) *opportunitatem jaculatus*, h. opportunitate usus, et quidem *in veris laudibus*, οὐ ψεύδει. h. e. multa attigi, ex ipsa re nata, eaque vera. Præstat sequi, quod in Notis posui: ἐπίβαν πολλῶν (κατὰ) καιρὸν, οὐ σὺν ψεύδει βαλών (αὐτά). 29. ἐπαυλείαις una voce Bodl. γ. Ald. Rom. Crat. et corrupte ἐπαυλίαις Brub. Morell. emendatum a Stephano.

28. πολλῶν ἐπίβαν καιρὸν, οὐ ψεύδει βαλών. *Syracusarum multas laudes se attigisse* ait, *at vere.* βάλλειν tanquam σκοπὸν, *de laude*, τυγχάνω, οὐ (σὺν) ψεύδει, *non aberrando*, notum est ex Pindari usu, v. c. Ol. ii. 160. xiii. 133-5. Tum præstat jungere πολλῶν ἐπίβαν (κατὰ) καιρὸν, καιρίως, *vere, opportune, scite.* Sic et Pyth. i. 157. (κατὰ) καιρὸν εἰ φθίγξαιο, πολλῶν στίγματα συντανύσαις ἐν βραχεῖ. Pergit v. 29. Enimvero manendum mihi est in proposito, dum celebrandum mihi sumsi victorem Nemeum. Est autem ille multis laudibus insignis. Est hospitalis etc.

29-52. Sequuntur *laudes victoris*: primo loco *hospitalitatis*; tum v. 34. *mentis moderatæ*; 36-43. quod ad rerum augendarum studia *corporis robore* ac *prudentia animi* pariter instructus est; laudem inde a 43. *generosus divitiarum usus* commendatur. Variata autem arte hæc expedit: primo ait *se venire cum carmine suo ad virum φιλόξενον*: nam ἔσταν ἐπὶ θύραις, quod in convicium poetæ vulgo vertitur, est idem ac κωμάζω. *Est autem is, quem celebro, vir φιλόξενος.*—Porro καλὰ μελπόμενος, *laudes ejus canens* (et sic sæpe se ad domum victoris cum carmine venire, accedere, ait, aut κῶμον nuntiat, ducit.) ἔνθα μοι. *ubi et mihi mensa hospitalis parata est*, h. e. cui ego ipse hospitii jure junctus sum. θαμὰ δὲ —*sæpe enim ab hospitibus frequentatur ejus domus.* οὐκ ἀπείρατοι ἔργου dictum

Ἐντί. λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσ-
λὸς ὕδωρ καπνῷ φέρειν

34, 35. ἐσ-λὸς, Dorice pro ἐσθλὸς, ex Scholiis, in quibus interpretatio varie tentatur, illatum est a Schmidio. ἐσλὸς tamen est communis lectio, eaque adducere potest ad aliam interpretationem: ὁ ἐσλὸς λέλογχε φέρειν μεμφομένοις (οἷον) ὕδωρ ἀντὶον καπνῷ, *vir probus hac fortuna utitur, ut obtrectatoribus quasi aquam ferat contra fumum*, extinguat eorum calumnias, scil. probitatis suæ experimentis. Bona sententia! modo non in metrum peccaret hoc ἐσλός! Et videri potest illa altera lectio ex deprehenso vitio metrico subnata esse; laborat enim pes: itaque Pauwius fulcrum interponebat: —λός γ'. Veruntamen ipsum ἐσλὸς pro accusativo plurali haberi poterat, ut ap. Theocrit. τὰς παρθένος, et ita

pro *εἰ ἀλλοδαποὶ θαμὰ τῆς οἰκίας πειρῶνται, sæpe ejus domum adeunt exteri.* ut *iter* dicitur *tentari*, *locus tentari*, *mare*, quod aditur. 34. Sequitur *moderatio erga obtrectatores.* Potest Scholion ad h. l. exemplo esse, quam parum firmis principiis et rationibus sæpe veteres interpretationes suas superstruxerint; ita ut verendum nobis haud sit, ne, auctoritatem eorum deserendo, in reprehensionem incurramus. Excutiat aliquis singulas, et primo loco eam, quæ ipsis Aristarchi verbis proposita est: τοῖς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς μεμφομένοις τοῦτο λέλογχε, καὶ ὑποκείμενόν ἐστιν, οἷον ἀκολουθεῖ, ὥσπερ καπνῷ ὕδωρ φέρειν ἀντίον, καταβιννύναι. *iis, qui viris bonis obtrectant, id plerumque evenire solet, ut quasi adversus fumum* (incendium) *aquam ferant ad extinguendum.* Quorum sententiam me non satis assequi, lubenter fateor. Debebat saltem ordo et sententia sic constitui: λέλογχε, *ita usu evenit*, τοὺς ἐσλοὺς (ἐσθλοὺς) φέρειν ἀντίον τοῖς μεμφομένοις (οἷον) ὕδωρ καπνῷ, *ut viri boni obtrectatoribus quasi aquam ferant adversum fumum*: h. ut obtrectatorum calumnias restinguant seu beneficiis suis (v. ad 32, 33, 34.) seu honestate et generosis factis, quemadmodum ignis restinguitur aqua affusa. Hæc sane conveniunt cum verbis et cum contextu et cum ipsa re. Obtrectatorum tuorum conatus ita facillime infregeris, si corum malitiam contemseris et in honestatis ipse studiis perseveraveris. Unum tamen est, quod premat, quod λέλογχε absolute dictum, analogiam quidem habet, usu probari nequit; præstare adeo videtur altera ratio, in V. L. apposita, ut sit ὁ ἐσλὸς λέλογχε (τοῦτο, τὸ) φέρειν, si modo verbis trajectis metro satisfeceris; ἐσ- λὸς καπνῷ ὕδωρ φέρειν. Ita λέλογχεν, ἔλαχε, pro ἔχει. *habet hoc tanquam sortito, est hoc ei sollenne.* 36. Sequentes laudes, *Chromius robur corporis cum animi prudentia conjungit*, in locum communem mutavit: *Varia hominum sunt studia:* τίχται, alias ἀρῖται, μιλῖται,—στείχοντα ἐν εὐθείαις ὁδοῖς, *recta vero, honesta, studia persequendo*, χρὴ μάρναθαι (σὺν) φυᾷ, *allaborandum est pro cujusque ingenio et natura.* (Sic φυᾷ Pyth. viii. 61, 62.) πρόσσει (συμπρόσσει) γὰρ ἔργῳ (ἐν ἔργοις) μὲν σθένος. *Ad certamina prodest robur, ad consilia prudentia*, (ὅστις τούτους,) οἷς συγγενὶς ἵκται (οἷς συγγενίς ἐστι τοῦτο, πάρεστι φυᾷ. vel οἷς τὸ συγγενίς ἐστι, ita ut P. x. 19. N. vi. 15.) προϊδεῖν (τὸ) ἐσόμενον. *ita ut provideant eventa ii, quibus a natura hoc datum est. Tu, Chromie, naturæ beneficio habes utrumque.* πρόσω quod ante φυᾷ, et ἀμφὶ πρόσω σέο, pro διὰ πρόσου. τῶν τι καὶ τῶν χρήσις (σέο σοι), *uteris et hoc et illo*, habes. Jam v. 43. quod *de victore* dicere volebat: Tu opes tuas in studia honesta, unde laudes consequaris, ef-

Ἀντίον. τέχναι δ' ἑτέρων ἔτεραι.
Χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς
Στείχοντα μάρναθαι φυᾷ.

A. β. K. i.

Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,
Βουλαῖσι δὲ φρὴν, ἐσσόμενον προϊδεῖν,
Συγγενὲς οἷς ἕπεται.
Ἀγησιδάμου παῖ, σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ
Τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες.
Οὐχ ἕραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦ-

ipse Aristarchus sensisse videtur, qui ἰσλὰς antiquo usu pro ἰσλοὺς dictum ait. Felicior est Mingarelli conj. -λὰς καπνῷ ὕδωρ φίρει, permutata binarum vocum sede. In v. 35. καπνὸν Bodl. γ. exhibet vitiose. 40. Interpunctionem mutavi, ut sensus commodus exiret. Erat :—φρὴν· ἐσσόμενον προϊδεῖν Συγγενὲς, οἷς ἕπεται. Forte fuit φρὴν, τὸ 'σσόμενον. male. 44. οὐκ ἴραμαι conj. Mingarell. nec

fundis ; *ad se* revocat : *Nolo in congerendis divitiis studium collocare, sed, liberaliter inde amicos juvando, strenue factis, etsi ærumnosis, gloriam parare.* Ἀλλ' (ἴραμαι, ἐξ) ἑόντων φίλοις ἐξαρκέων, εὖ τι παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι, *bene rem genere* (laudanda facere) *et laudem consequi.* ut Pyth. i. 191. εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρῶτον ἄθλων (*bonum successum habere, feliciter rem gerere*), εὖ δ' ἀκούειν, *laudari*, δεύτερα μοῖρα. Isthm. v. 17. εἴ τις, εὖ πάσχων, λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ. conf. sup. ad Ol. viii. 96. (igitur *suavem vitam* non designat.) Quæ sequuntur v. 48. sq. tam concise extulit poeta, ut divinatione potius opus sit quam interpretatione: καὶ γὰρ ἴσχειν' ἐλπίδες πολυπόνων ἀνδρῶν. (cf. V. L.) [Si ad anteced. erit : nam hominum casus fortunæ sunt communes, ut sint quibus tu de tuis impertias, quia egent. *Ex Schedis.*] Equidem amplectar hoc, πολυπόνους ἄνδρας esse h. l. *qui magnas res suscipiunt ac gerunt*, et ad εὖ παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι referam, hoc quidem sensu : *Nam communia hæc sunt vota virorum, qui magna audent ;* in votis habent, *ut et feliciter res gerere et laudes consequi sibi contingat.* ἴσχεσθαι, εἶναι, est, ut interdum *venire*, pro *esse* : ut Ol. i. 161. Facit nunc poeta, cum πολυπόνους ἄνδρας memorasset, transitum ad Herculis laudes paullo abruptius v. 49.: *At ego in magnis virtutibus*, (quoties ardua mihi facta celebranda sunt) *lubenter Herculis mentionem facio*, (prorsus ut Pyth. ix. 151. καφὶς ἀνὴρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ πόρον μὴ παραβάλλει, μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων ἀὐτὰν μίμνασαι) *antiquam narrationem repetendo.* ὀτρύνει λόγον, ut ὄρσαι ἀοιδάν. Et κορυφαὶ ἀρετᾶν et κορυφὰ ἀέθλων Ol. vii. 67. *summæ virtutes* : ut Ol. i. 21. et *facta* : ut mox Nem. iii. 55, 56. Transitum dixi paullo abruptiorem. Mingarellus ita cupiebat nexum inferre : *A te, o Chromie, non communia, sed eximia expecto, et de te fere ita ominor, ut de Hercule Tiresias.*

τον καταιρύψαις ἔχειν·
Ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι, φίλοις ἐξαρκέων.
Κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες

Ε. β'. Κ. η'.

Πολυπόνων ἀνδρῶν. ἐγὼ δ' Ἡρακλέος ἀντέχομαι προφρόνως,
Ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν
Μεγάλαις, ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον·
Ὡς, ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐτίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν
Παῖς Διὸς ὠδῖνα φεύγων διδύμῳ
Σὺν κασιγνήτῳ μόλεν,

Σ. γ'. Κ. ι'.

Ὥς τ' οὐ λαθὼν χρυσόθρονον
Ἥραν κροκωτὸν σπάργανον ἐγκατέβα.
Ἀλλὰ θεῶν βασίλεια

49. Minorem post ἀνδρῶν ponebam στιγμὴν, ut conjuncta sensu essent: Κοιναὶ γὰρ — ἐγὼ δ'. Vidi tamen postea commodam sententiam sic elici non posse. 53. Jungo ὠδῖνα ὑπὸ σπλάγχνων. cf. ad Ol. vi. 73. nisi ὑπὸ est pro ὑπ' ἐκ. [V. Hermann. ad Eurip. Hec. v. 53. *Ex Schedis.*] 55. Διὸς γ' colon trochaicum poscit, monente Pauw. 57. Ὡς τε prorsus impotunum. Pauw emendat vel ὥς γ', *sic non latens Junonem*; vel Ὥστ' οὐ λαθὼν χρυσοθρόνου Ἥρας. Vitium latere potest aut v. 53. in ὡς, ἐπεὶ, cum continuanda esset oratio per ὥς τε v. 57. *et ut*; aut in altero ὥστ' οὐ λαθὼν, quod probabilius, ut ejiciendum sit ὥστε, quod ex interpretatione adhæsit, et pro οὐ fuerit οὐ δὴ, οὐ μὰν, οὔπω λαθὼν, aut simile quid. 58. ἰγκατέβα Bodl. γ. et Ald. 59. Abundat in fine versus syllaba. Schmidius βασιλὶς reposuit. Pauw βασιλὴ ex Hesychio huc transfert. Ad meum

57. ὥστ' οὐ λαθὼν χρυσ. Sententia a v. 53. procedit: ὡς παῖς Διὸς, αὐτίκα ἐπεὶ, *cum primum* — μόλεν, οὐ λαθὼν — ἰγκατέβα. Vitiosum igitur est quod altero loco ὡς iterato scribitur v. 57. ὥς τ' οὐ λαθών. v. V. L. Itaque sit, hoc ὥς τε abjecto, sententia: 53. *quomodo, postquam cum fratre, Iphiclo, natus fuit, non latens, Junonem puer fasciis involutus est.*

Σπερχθεῖσα θυμῷ πέμπε δράκοντας ἄφαρ.
Τοὶ μὲν οἰχθεισᾶν πυλᾶν
Ἐς θαλάμου μυχὸν εὐρὺν ἔβαν, τέ-
κνοισιν ὠκείας γνάθους
Ἀμφελίξασθαι μεμαῶτες. ὁ δ' ὀρ-
θὸν μὲν ἄντεινεν κάρα,
Πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας,

Α. γ'. Κ. ί.

Δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων
Μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας·
Ἀγχομένοις δὲ χρόνος
Ψυχὰς ἀπέπνευσεν μελέων ἀφάτων.
Ἐκ δ' ἄρ' ἄτλατον δέος
Πλᾶξε γυναῖκας, ὅσαι τύχον Ἀλκμή-
νας ἀρήγοισαι λέχει.
Καὶ γὰρ αὐτὰ, ποσσὶν ἄπεπλος ὀρού-
σαισ' ἀπὸ στρωμνᾶς, ὁμῶς
Ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων.

Ε. γ'. Κ. ή.

Ταχὺ δὲ Καδμείων ἀγοὶ χαλ-
κέοις σὺν ὅπλοις ἀθρόοι ἔδραμον.

sensum scripserat *βασίλεια*, et ια fuit una syllaba pronuntiatum, ut tot alia. 68. *μάρψας* Bodl. γ. et Ald. 69. *Ἀγχόμενοι δὶ, χρόνῳ ψυχὰς ἀπίπνευσεν* Benedictus interpolavit: quæ vulgaris ratio est pro exquisita et Pindarica. Sic et Pauw indicat. 71. *βίλεσι* Oxon. ex Bodl. γ. dederant: vulgo omnes *δίεσι*, quod rei accommodatius est, etsi alterum magis lyricum; nam *βίλεσι* esset pro *dolore* dictum. *ἄτλαντον* Scholiis præfixum. 75. *ἀπὸ στρωμνᾶς, ὁμῶς* Α. interpunctionem sequor Pauwio probatam: nam *pariter cum ceteris accurrit* Alcmena. Vulgo, *ἀπὸ στρωμνᾶς ὁμῶς*, Α. quod esset: *illa cum ceteris* mulieribus *exiliit cubili*. Stephanus primus intulit: *ἀπὸ στρωμνᾶς, ἴλως* Α. 78. *ἀθρόοι ἴδραμον* omnes vulgati. Nec apparet, cur aut unde Oxonienses mutaverint: *ἴδρυμον ἀθρόοι*.

Ἐν χερὶ δ' Ἀμφιτρύων
Κολεοῦ γυμνὸν τινάσσων φάσγανον
Ἴκετ', ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς.
Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει
Πάνθ' ὁμῶς· εὐθὺς δ' ἀπήμων κραδία
Κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.

Σ. δ'. Κ. ι'.

Ἕστα δὲ θάμβει δυσφόρῳ
Τερπνῷ τε μιχθείς. εἶδε γὰρ ἐνόμιον
Λῆμά τε καὶ δύναμιν
Υἱοῦ. παλίγγλωσσον δέ οἱ ἀθάνατοι
Ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν.
Γείτονα δ' ἐκκάλεσεν Διὸς ὑψί-
στου προφάταν ἔξοχον,
Ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν. ὁ δέ οἱ

80. Versum refinxerunt Oxon. ex Bodl. γ. κολεοῦ γυμνὸν φάσγανον τινάσσων. sed ut metro responderet, saltem τινάσσων φάσγανον scribere debebant. Vulgaris lectio et ipsa metro infesta erat: Κ. γ. ξίφος ἐκτινάσσων, ex glossâ, ut mihi videtur, nata. Pauwio visum, olim alteram lectionem fuisse in libris: Κ. γ. τινάσσων ἐκ ξίφος, pro ἐκτινάσσων. 83. ἀπήμων per ἀπήμαντος (non ἀνιάμαντος) explicat, utpote in soluta oratione, Pausan. x. 22. p. 852. κραδία Schmidius, propius ad legem versus, pro καρδία. 84. ἀμφαλλότριον Bodl. γ. cum Aldo. 90. ἐκκάλεσεν Schmid. ex Aldo: et sic Bodl. γ. ἐκάλεσε prima peccaverat ed. Rom.

82. *Domesticum enim malum* πιέζει, λυπεῖ, πάντα (pro πάντας) *pariter*; *cum in alieno luctu statim animus sit expers doloris*, ἀπήμων, *intactus, liber, solutus*, h. facile deponitur luctus.

Mox 85, 86. μιχθείς, ut sæpe μιχθῆναι, *admoveri*, προσμιχθῆναι: adeoque h. l. *affectus erat et admiratione et voluptate.*

88. παλίγγλωσσον θέσαν. Ad verbum: dii rem ita moderati erant, ut nuntiorum narratio esset contraria ei quod vere evenerat.

92-99. Interpretatus est ostentum Tiresias (φράζει), ὅσους μὲν ἐν χέρσῳ, ὅσους δὲ πόντῳ θῆρας κατακὼν (*occidendo*) πολίαις ἁμιλλήσει τύχαις. In seqq. structuram verborum mutasse videri debet Pindarus. Debebat esse: καὶ τίνι στείχοντι—δόσιν μόρου Hercules: hæc invertit: καί τινα κτανὼν, φᾶσιν, ἴφι, νιν (Herculem) δόσιν μόρου (αὐτῷ), *illum esse mortem illaturum ei*: τῷ στείχοντι. Etsi nondum veritati loci satis confido. τὸν ἐχθρότατον μόρον, ne langueat, erime *dirissimum*

Φράζε καὶ παντὶ στρατῷ,
Ποίαις ὁμιλήσει τύχαις,

A. δ'. K. l.

"Οσσους μὲν ἐν χέρσῳ κτανὼν,
"Οσσους δὲ πόντῳ θῆρας ἀϊδροδίκας,
Καί τινα σὺν πλαγίῳ
'Ανδρῶν κόρῳ στείχοντα, τὸν ἐχθρότατον
Φᾶσέ νιν δώσειν μόρον.
Καὶ γὰρ ὅταν θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέ-
γρας Γιγάντεσσιν μάχαν
'Αντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ ῥι-
παῖσι κείνου φαιδίμαν
Γαῖα πεφύρσεσθαι κόμαν

E. δ'. K. ή.

"Ενεπεν, αὐτὸν μὰν ἐν εἰρά-
να τὸν ἅπαντα χρόνον σχὲν ἀεὶ

96. ἔσσους δὲ πόντῳ. Sic metro jubente emendarat Schmidius, cui debebant obtemperare Oxon. qui revocaverant ἔσσους δ' ἐν π. 97, 8, 9. Impedita et dura oratio. νὶν volunt pro αὐτῷ dictum. Pindarus structura excidit. Pauw et Mingarell. emendant: χ' ἔσσυα—στείχοντα· τῷ l. h. τούτῳ. Non male. [Hermann. ad Orph. p. 788. φᾶσέν ἰν. *Ex Schedis.*] 103. φαιδίμων malit Pauw, ne ambigua sit oratio ex subintellecto αὐτῶν. Ita vero nova ambiguitas existit, si βιλέων φαιδίμων aliquis junxerit. 105. ἔννεπεν invexit Rom. editio. Schmidius retraxit ἔνισπεν ex Ald. et Bodl. γ. in quo et μάν. Fuit εἰράνᾳ, non, ut vulgg. εἰρήνᾳ. 106. σχεῖν ἀεὶ restituerunt ex Bodl. γ., cum quo Scholia consentire videntur, Oxonienses: metrum postulat σχὲν ἀεί, quod Pauwius quoque monuit. Vulgaris lectio erat χρόνον σχεθεῖν, vel σχεθὼν, quod exhibet Ald. et Rom. tum σχεθῶν Cratand. Brub. Deerat sic una syllaba in colo dactylico, et forma loquendi est communi usu ἐπισχεθὼν, vel ἐνισχεθὼν, pro ἐν σχεθεῖν, (ut inf. Isthm. vi. 32. ἐν σχεθεῖν) et ἐπὶ σχεθεῖν, ex σχεθὸς, *continuus*, a σχέω, ut bene docet etiam Pauw inf. ad Nem. xi. 50. cf. ad Hesych. in h. v.

mortis genus? Porro σὺν πλαγίῳ κόρῳ *pravus*, oppon. ἰθύς. Isthm. iii. 8. στείχοντα h. σὺν ἕβρει. πλάγιος pro ἄδικος πλάγιαι φρένες.

Ἀσυχίαν, καμάτων
Μεγάλων ποινὰν λαχόντ' ἐξαίρετον
Ὀλβίοις ἐν δώμασι, δεξάμενον
Θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν,
Καὶ, γάμον δαίσαντα, πὰρ Διὶ Κρονίδᾳ
Σεμνὸν αἰνήσειν δόμον.

Pauwius duplicem olim lectionem fuisse suspicatur: alteram, quam primo loco memoravimus—*σχὶν ἀὶ*: alteram, (quæ merus ingenii lusus est) *ἰν ἱερήᾳ τὸν ἀ. χρόνον ἰχυρῇ* (h. *ἀσφαλεῖ*) *ἡσυχίαν, κ. μ. π. λαχόντ' ἐξαίρετον*, etc. ut ab *αἰνήσειν* omnis pendeat oratio. 108. Lenior est junctura, si poeta scripsit: *λαχίν τ'* i. pro *λαχεῖν — καὶ αἰνήσειν*. Mingarellus conj. *ὀλβίοις δ' ἐν*. bene. Interpunxi etiam post *δώμασι*. Alii post *ἐξαίρετον*. 111. *πὰρ Διὶ* pro spondeo; non ergo opus est diæresi *Διΐ*. 112. *δόμον* friget utique. Bodl. *γ. γάμον*, deterius etiam. Mingarellus *δόμον* faciebat subjectum: *conventum deorum esse laudaturum Herculem.* ut Æschyl. Pers. 580. *πινυτᾶ δ' ἄνδρα δόμος στερηθείς*. et in *conventu illo* potissimum Musas et Apollinem animo designabat. Dura tamen hæc multo magis frigent. Latet exquisitior vox: an *ἕδος*? ut *mirari* dicatur *sedem deorum augustam.* Scholiastes: *εὔτιμος Διὸς καὶ θαυμάσιος τὴν σύνοδον. ὡς δὲ ἐκ τῶν θείων γινόμενος, σύννομος ἵστατο τοῖς οὐρανίοις θεοῖς.* Ex altero forte Pauw sumsit, quod conjicit: *σεμνὸν νόμον, fatorum leges et decreta*, quibus Hercules post labores arduos immortalitatem est assequutus. [*δώμασι — δόμον*. Gilb. Wakefield vitium in priore quærit, et em. *στρώμασι*. Mox quoque *αἰνήσειν* mutat in *ἀνυμνήσειν*. (Silv. Part. i. 77.) *Ex Addendis.*]

112. De novissimis vss. dixi in V. L. Simplicissimum mihi videbatur, *ἴνιπεν, vaticinatus est*, Herculem perpetua requie esse fruiturum ducta Hebe, *et celebratis nuptiis perpetuo apud Jovem esse victurum, πάρεδρον Διΐ*, quod Horatius extulit iii. 3. 35. *adscribi quietis ordinibus deorum*; aut, si *ἕδος* probetur, *sedem et locum esse habiturum.* *αἰνήσειν*, pro *ἔχειν*, ornatius, cum significatione *animi sua sorte contenti*, probantis et laudantis id quo fruitur.

NEMEA.

ΕΙΔΟΣ β'.

ΤΙΜΟΔΗΜΩ ΑΘΗΝΑΙΩ,

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗ.

ARGUMENTUM.

Prima Timodemi [qui Atheniensis Salaminem concesserat. v. ad v. 19. *Ex Schedis.*] victoria fuerat hæc in Nemeis— 8. Auguratur poeta plures alias in posterum, etiam Isthmiis et Pythiis — 18. idque multo magis ex eo, quod et Salaminii et Acharnenses, et ipsa stirps Timodemi, victoriis multis inclaruerant.

Ὀγδοὰς ἀ.

Ὀ**Θ**ΕΝ *περ καὶ Ὀμηρίδαι*
Ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ

Est hæc Ode *μονόστροφος*, distributa in strophas octo versuum, *ὀγδοάδας*. Metrum interpolaverat Schmidius: v. 2. *ἄρχον-* et sic porro in ceteris strophis secundo versui duas syllabas ex tertio adjecit. v. Pauw ad v. 3. Nam ante eum editum erat: *Ῥαπτῶν — ἀοιδοὶ Ἄρχονται Διὸς ἐν προοιμί-*, quod iterum revocavi, cum ipsum aurium judicium postulare videretur: sed movit virum doctum, quod sic vs. 27. et 33. a trochæo ordiuntur. 2. Possunt jungi et *ῥαπτῶν ἰαίων ἀοιδοί*, et *ἀρχόμενοι τοῦ προοιμίου ῥαπτῶν ἰαίων*. [1. 2. Strabo xiv. p. 955. B. C. *Ex Schedis.*]

1. Ordo verborum varie potest instituti. Præferam: *Ὄθεν περ καὶ Ὀμηρίδαι, ἀοιδοὶ ῥαπτῶν ἰαίων, (κατὰ) τὰ πολλὰ ἄρχονται τοῦ προοιμίου, ἐν Διὸς,*

Ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμί-
ου· καὶ ὅδ' ἀνὴρ
Καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων
Νικαφορίας δέδεκται πρῶ-
τον, Νεμεαίου
Ἐν πολυϋμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

Ο. β'.

Ὀφείλει δ' ἔτι, πατρίαν
Εἴπερ καθ' ὁδόν νιν εὐθύπομπος
Αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκεν
Κόσμον Ἀθάναις,

5. ἱερὰν ἀγώνων edebatur. Recte dubitant Schmidius et Pauw, an ἱερᾶς hoc genere Dores extuleriut. Legerant forte, ut Pauw suspicatur, nonnulli καταβολὰν ἱερά. Quare Schmidio assentior rescribenti ἱερῶν. Bodl. γ. ἱρᾶν. 6. Νικαφορίας δέδεκται 7. Πρῶτον Νεμεαίου versus descripti erant ante Schmidium. cf. Pauw. Ald. πρῶτα Νεμαίου. Νεμαίου etiam ex Bodl. γ. notatum. Possis suspicari πρώταν fuisse lectum. 9. δέ τι omnes vett. præter Crat. et Steph. cum Schol. unde ceteræ δ' ἔτι. Etiam Bodl. γ. δέ τι et πατρῴαν. 10. εὐθυπομπὰν receperunt ex Bodl. γ. Oxonienses, ut e Schmidii metiendi ratione—εὐθύπομπος αἰὼν syllabam producerent: qua analogia, non dicam. Ubique lectum εὐθύπομπος, quod unice verum. Sed versus finiri debebat in hac voce, et v. 11. Αἰὼν ταῖς μ. v. ad v. 2. Tum πάθεδεν vitiose Ed. Rom. Brub. Morell. emendate Crat. Steph. etc.

(ἴνθιν) καὶ etc. [ἴνθιν τις — et in Διὸς parum placet. Junge, ἐν Διὸς, ἴνθιν τις —. *Ex Schedis.*] *Proœmia*, quibus rhapsodi proludebant recitationibus, *a Jove* illa petita, nunc nota res sunt. De *Homeridis* v. Schol. ad h. l. cf. Isthm. iv. 66. Videntur autem ῥαπτὰ ἔπη non uno modo dicta: *primum*, quatenus ῥάπτειν ἔπη est *versus facere, componere*; *tum*, quatenus *diversas Iliadis partes*, ἔπη, quas memoria tenebant, *deinceps aut junctim recitabant*. Mox v. 5. de voc. καταβολὴ propr. *fundamentum* designante v. Schweighaeus. Emendatt. in Suid. pag. 66.

9. ὀφείλει δ' ἔτι debet esse ὀφειλόμενόν ἐστι, (sed v. V. L. ad v. 16.) Τιμανδρον παῖδα δείκνυσθαι — πατρὸς τε Πυθίοισι, — καθ' ὁδὸν πατρίαν, patris instituto, exemplo. Pater et ipse fuit pugil, et forte idem victor in Isthmiis et Pythiis.

11—18. *Si vita, procedens eodem tramite, destinavit eum*, h. e. *si fato ille destinatus est, tanquam decus futurum Athenis in instituto patris*: (scilicet et is pugil vel pancratiasta et victor fuit:) *multas ille victorias Isthmicas et Pythicas est consequuturus; nec*, has adeptus, *longe aberit ab Olympica victoria*. Hoc suo more tropice extulit: *facile est ad conjectandum*, probabile fit, *a Pleiadibus haud longe Orionem abesse*.

Θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι
Κάλλιστον ἄωτον, ἐν Πυθί-
οισί τε νικᾷν
Τιμονόου παῖδ'. ἔστι δ' ἐοικὸς,

O. γ'.

Ὀρειᾶν γε Πελειάδων
Μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι.
Καὶ μὰν ἀ Σαλαμίς γε θρέψαι
Φῶτα μαχατὰν

14. Ante Schmidium: Πυ- 15. θίσισί τε νικᾷν. Porro δὲ Schmid. 16. Ut nunc scribitur et interpungitur, Τιμονόου παῖδ' pendet ab ὀφείλει v. 9. Absolute hoc et impersonaliter poni, ut ὀφείλει, Τιμονόου παῖδα νικᾷν, sit: *necesse est, Timonoi filium vincere*, equidem nec factum alibi memini, nec fieri posse arbitror. Si ab ὀφείλει pendet, haud dubie erit παῖς. Si παῖδα tuearis, dicendum fraudem in seqq. latere, ut partim ex Schol. assequi in promptu est, et scriptum fuisse: ἐν Πυθίοισι δὲ νικᾷν Τιμονόου παῖδ', ἔστιν ἐοικὸς, Ὀρειᾶν τε Πελειάδων μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖσθαι, *etiam Pythiis fore ut vincat Timonous, probabile fit, non secus ac Orionem distare Pleiadibus.* Præfero tamen prius. Cum semel Nemea vicerit, fieri non potest, quin Pythica, et post eam Olympica victoria sequatur. Hoc suo more extulit: Quomodo Orion a Pleiadibus disjunctus esse, absistere, nequit: ita nec diu aberit Olympica palea. Porro ἔστι δ' Bodl. γ. 17. Πελειάδων Ald. Sed Πελειάδες etiam dictæ Πελειάδες, unde et eædem narrantur in columbas mutatæ, cum Orionis vim fugerent. v. Schol. ad h. l. Fragm. Pind. p. 49. et primo loco Athen. xi. p. 489, 490, 491. qui etiam h. l. nostri recitat, cum Scholiorum parte, p. 490. F. cf. Eustath. ad Iliad. σ. 486. item p. 869, 40. et p. 1535, 50. 1712, 1713. ubi Athenæum exscribit. Hygin. Astron. ii. 22. Schol. Arat. Phænom. 266. Vocis ὀρειᾶν interpretationes et etymologiæ, ab ὄρος, ὄρες, οὔρεσι, οὐρεὺς, ὄρη sunt plures ap. Schol. et Athen. l. c. Si *montanas* accipimus, dictæ sunt tanquam nymphæ montis Cylenii. ὀρίας (debebat saltem ὀριᾶς) exaratum est apud Athen. l. c. et Eustath. l. c. Crates Grammaticus apud Schol. et ap. Athen. l. c. θερειᾶν scripserat, quod equidem præfero; error ortus est ex forma τοῦ θ et ε. quandoquidem messis tempus suo ortu nuntiabant veteri Græciæ Pleiades. v. Hesiod. Ἔργ. 383. 616, 7. Arat. Phæn. 266. loca jam ab intpp. notata. — 18. — νεῖσθαι καὶ μὰν 19. ἁ Σαλαμὶς Schmidius. 18. Ex Schol. Nemeorum prolegomenis laudat Schmidius: Ὠαρίων (Ὠαρίων) ἀνεῖσθαι. Eustath. ad Homer. Odyss. ε. 274. p. 1535. 50. Πίνδαρος δὲ ἐν

19. Aut Salaminius fuit Timodemus, et se Atheniensem pronuntiari jussit, aut, quod v. 25. suadet, fuere pater et majores Athenienses, et quidem ex domo Acharnarum, sed habitatum concesserant Salaminem. Sic et Asclepiades censuerat in Schol.

Δυνατός. ἐν Τροΐᾳ μὲν Ἕκτωρ
Αἴαντος ἄκουσεν. ὦ Τιμό-
δημε, σὲ δ' ἀλκὰ
Παγκρατίου τλάθυμος ἀέξει.

Ο. δ'.

Ἀχάρναι δὲ παλαίφατον
Εὐάνορες. ὅσσα δ' ἀμφ' ἀέθλοις,
Τιμοδημίδαι ἐξοχώτα-
τοι προλέγονται.
Παρὰ μὲν ὑψιμέδοντι Παρνασ-
σῷ, τέσσαρας ἐξ ἀέθλων νί-
κας ἐκόμιξαν·
Ἀλλὰ Κορινθίων ὑπὸ φαντῶν

τῷ, ἰρίαν ἢ ἰριᾶν Πιλιάδων μὴ τηλόθι Ὀαρίωνα νῦσθαι ἢ πεῖσθαι.—21. Τρείᾳ vulgo; Τρεΐᾳ resolutis literis Schmidius propter antitheticos scripsit; ridet factum Pauw, quippe esse colon trochaicum. Concedam ei nominis jus: ita tamen constituisse metrum suum poetam, docent antithetici, ut Schmidius refinxit. μὰν male Oxon. immutaverunt adversus metrum: itaque ejecimus, nulla, ut videtur, auctoritate illatum. 22. Pro ἔκτορα Matthiæ noster conj. ἰγιάσατ', ingeniose saltem. ὦ Τι· 23. μίδημι, σὲ δ' ἀλκὰ ante Schmidium. σὰ ἀλκὰ Παγκράτιον τ. ἀέξει Bodl. γ. sed alterum poetæ et alibi frequentatum: *clarum, insignem reddit, honore mactat.* 25. παλαίφατοι in Schol. exaratum. 26. ὅσσα δὲ pro καθ' ὅσα, ὡς, et cum admiratione, ut jam Schol. exposuit. Ea carere nos posse arbitror: Τιμοδημίδαι προλίγονται (*anteferuntur aliis, præstant,* προκίκριται) ἐξοχώτατοι ὅσα ἀμφ' ἀέθλοις: pro vulgari κατὰ τὰ ἄθλα. 26, 27. Ut legitur, in metro Alcaico primam regionem trochæus obtinet pro spondeo. Pauw ita occurrit, ut vel Τιμαδαμίδαι vel ἀέθλοι-σιν Τιοδαμίδαι rescribat, vel non Alcaicum, sed Antispasticum dimetrum hypercatálectum esse metrum statuat, cujus antispasti variant licite. Atqui v. 38. iterum Τιμοδήμου occurrit. Ceterum necesse est e majoribus Timodemi alium fuisse eodem nomine, a quo gens Timodemidarum erat ducta. 29. Τὰ μὲν Oxonienses reposuerant ex Bodl. γ. Aldo consentiente, nec animadvertentes, sic colon infringi. Saltem deb. Τὰ μὲν ἐν ὑψ. Vulgg. inde a Rom. Παρὰ μὲν recte. 30. Ante Schmid. — ἐξ ἀέθλων 31. νίκας ἐκόμιξαν. Idem vir doctus videtur in exemplari aliquo invenisse τέσσαρας ἀέθλων sine ἐξ. — 32. Bene Pauw observat, in Κορινθίων penultimam produci. Emendat Κορινθίων vel Κορινθιακῶν, Mingarell. Κορινθίων καὶ, ut θίων una syllaba

22. ἔκτορα pro ἤρθης, lyrica tropi audacia.

32, 33. In Isthmiis, in quibus Corinthii ἀγωνοθέται fuere. v. Schol.

O. ί.

Ἐν ἑσλοῦ Πέλοπος πτυχαῖς
Ὀκτὼ στεφάνοις ἔμιχθεν ἤδη·
Ἑπτὰ δ' ἐν Νεμέᾳ· τὰ δ' οἴκοι,
Μάσσον' ἀριθμῷ,
Διὸς ἀγῶνι. Τὸν, ὦ πολῖται,
Κωμάξατε, Τιμοδήμῳ σὺν
Εὐκλέϊ νόστῳ·
Ἀδυμελεῖ δ' ἐξάρχετε φωνᾷ.

efferatur; nisi omnino glossema habemus pro vera lectione. [Gilb. Wakefield quoque adsciscit Κερυθίων. (Silv. Part. i. p. 77.) *Ex Addendis.*] [33. ἐν ἑσλοῦ Πίλοπος Gilb. Wakefield mutat in ἐξ ἅλεος Π. (Silv. Part. i. p. 77.) *Ex Addendis.*] 36. μᾶσσον Bodl. γ. et omnes vett. usque ad Steph. qui recte mutavit, vel Scholio præeunte: τὰ μείζονά ἐστιν ἢ ἀριθμεῖσθαι. Erat μάσσων' ἀριθμῷ. At ἀριθμῷ (pro ἀριθμοῦ, quod etiam Bodl. γ. exhibet) Rom. et Crat. Hoc cum Pauwio præferam, ut magis græcum: μάσσων' ἀριθμῷ, et ut usu poetæ frequentatum, ut Ol. ii. 178. xiii. 66. Nem. x. 85, 6. 38.—Τιμοδήμῳ 39. Σὺν εὐκλεῖ νόστῳ ante Schmid. 38. Τιμοδήμῳ legit Aldus cum Schol. minus bene. 39. εὐκλεεῖ Bodl. γ.

[35. οἴκοι, Salamine Diasia. *Ex Schedis.*]

NEMEA.

ΕΙΔΟΣ γ'.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΗ ΑΙΓΙΝΗΤΗ,

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗ.

ARGUMENTUM.

Ut victorem meritis laudibus celebret, Musam invocat—19. Orditur laudes ab insula Ægina; unde oriundus victor summam gloriam est assequutus, ac si columnas Herculis attigisset, in cujus laudes egressus,—45. mox revocat se—53. et laudibus suis effert indigenas Æginetarum heroes, Peleum —61. Telamonem—68. Achillem—111. Redit ad Nemea et victorem—122. trinarum vitæ ætatum virtutes eum attigisse cunctas—132. Commendat inde carmen suum;—138. at victorem ita eminere inter alios, ut merito id ei debitum sit.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

Ω ΠΟΤΝΙΑ Μοῖσα, μᾶτερ
Ἀμετέρα, λίσσομαι,
Τὰν πολυξέναν ἐν
Ἰερομηνίᾳ Νεμεάδι

1. Μᾶτις Μοῖσα inverse Bodl. γ. perperam. 4. ἱερομηνίᾳ Ald.

Ἴκεο Δωρίδα νᾶσον Αἴγι-
ναν. ὕδατι γὰρ μένοντ' ἐπ' Ἀσωπίῳ
Μελιγαρύων τέκτονες
Κώμων νεανίαι, σέ-
θεν ὅπα μαιόμενοι.
Διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου·
Ἀεθλονικίας δὲ, μάλιστ' ἀοιδὰν
Φιλεῖ, στεφάνων ἀρετᾶν τε
Δεξιωτάταν ὀπαδόν.

Α. ά. Κ. ιγ'.

Τᾶς ἀφθονίαν ὄπαζε
Μήτιος ἀμᾶς ἄπο·
Ἄρχε δ' οὐρανῷ πο-

6. Ἀσωπίῳ Ald. Asopus Æginæ fl. optime utique hic locum haberet, cum Musa Æginam vocetur, modo constaret, eo nomine fluvium in Ægina fuisse. Alter quidem Phliasii et Sicyonii agri fluvius non longe a Nemea abfuit, adeoque in via quæ versus littus et insulam duceret. Ad suum Asopum traxerant Phliasii fabulam de Ægina Asopi filia a Jove amata ap. Pausan. v. 22. f. 6, 7. Hæc cola in omnibus strophis et antistrophis in aliam τάξιν redigit Pauw, ἐπ' Ἀσωπίῳ μ. τέκτονες. Assentitur Mingarell. 11. Ἀεθλονικία Schmid. ex Plant. et Commelin. repetiit: eæ autem ex Stephaniana prima ductæ sunt. Prava, meo judicio, interpolatio. Schol. et Bodl. γ. ἀθλονικία, etiam vitiose. Omnes edd. vett. ἀεθλονικίας sc. πρᾶγος. Tum frustra ἀεθ. scribitur, quandoquidem una syllaba efferendum est. Verum itaque erit: ἀθλονικίας δὲ μ. 12. ἀρετάν τε Bodlei. γ. et v. 15. ἀμᾶς, v. 16. αὐρανῷ. Aldus: αἰρανῷ παλινσφίλῳ. [Hermann. de Dial. Pind. p. xii. tuetur—γ—α. *Ex Schedis.*] Sed vett. in his versu. mire trepidarunt circa verborum junctura. 15, 16, 17. laudantur a Schol. Eurip.

6. Victor est in reditu a Nemea versus Æginam. Qui eum deducunt, ubi propius ad patriam accesserunt, hymnum, κῶμον, canunt; expectantur Musæ utpote carmen ἐξάρχουσαι.—Perventum erat ad Asopum fl. haud longe a Nemea, apud Sicyonem: inf. ix. 21. v. Strab. viii. pag. 587. A. [Apollon. iv. 567, sq. *Ex Schedis.*] τέκτονες κώμων pro κώμου, sunt οἱ χορευταί.

10. Διψῇ δὲ—Desiderat victoria laudes. Alia aliis rebus conveniunt, victoriæ hymnus. Simile sup. Ol. xi. 1. ἀθλονικίας scil. πρᾶγμα. Itaque ἀοιδὰν ὑπνδεῖ στεφάνους, et ὑπνδὸς ἐστι δικαιοτάτη, *accommodatissima*, quam adesse par et consentaneum est.

λυπεφέλα κρέοντι, θύγατερ,
Δόκιμον ὕμνον. ἐγὼ δ' ἐκείνων
Τέ μιν ὀάροις λύρᾳ τε κοινώσομαι.
Χαρίεντα δ' ἔξει πόνον
Χώρας ἄγαλμα, Μυρμι-
δόνες ἵνα πρότεροι
Ὤρθησαν, ὧν παλαίφατον ἀγορὰν
Οὐκ ἐλεγχέσσιν Ἀριστοκλείδας
Ἐὰν ἐμίανε κατ' αἶσαν,
Ἐν περισθενεῖ μαλαχθείς

Ε. ά. Κ. ιά.

Παγκρατίου στόλῳ. πα-

Hec. 684. 18. ἐγὼ δὶ κώμων conj. Matthiæ p. 41. ingeniose. Sic ἰατίνων erit ex 7. et 8. supplendum. 19. Refingendus 19. κοινώ. 20. σομαι χαρίεντα seq. 23. Metrum Iambicum in fine laborat. Pauw: πολίφατον ἀγοράν. 25. Si τιὰν, quod vulgo legitur, recte se habere debebat, supra v. 20. ἴξις scribendum erat, ut χώρας ἄγαλμα, urbs Ægina, casus vocandi esset. ἰὰν Pauw offert, vel θ' ἰὰν, (saltem γ' ἰάν.) sed quo sensu, non addit. Puto sic: ἰὰν κατ' αἶσαν, *quantum quidem ad eum spectaret, pro sua parte.* 27. sqq. Epodi cola diversis modis constituta sunt; et octona quidem a Metrico, quem secutus est Calliergus, Crat. Morell. et Steph. cum cett.; undena dedit ex suo codice Aldus, quem sequitur una Brubach. cum Schmidio et Oxon. Primum et alterum Epodi versum malo et ipse pro uno habere. Pauw digladiatur de pedum et metrorum *nominibus*: quæ ipsi remittam, qui mihi persuasum habeam, Pindarum cumulata illa metrorum nomina et tam argute tornatas et implexas naturas ignorasse, quibus metrorum lyricorum natura magis obscuratur et corrumpitur, quam illustratur et expeditur. Ita fit quoque, ut, quoties de metro constituendo dubitetur, plures rationes iniri fere possint, eæque omnes recte et legitime. Satis, puto, habuit

17, 18. Principio a Jove facto carmen ordiri Musam jubet, ipse ea, quæ Musa canit, carmine lyrico enuntiare vult.

23, 4. Ut κατιλίγχειν aliquoties de probro, si quis victus esset: Ol. viii. 24, 25. P. viii. 50. Isthm. iii. 23. παλαίφατον ἀγορὰν Μυρμιδόνων, *populum*, ut στρατὸν dixit alibi, h. e. *majorum gloriam non obscuravit.* Mox 26. μαλαχθείς, *fractus, debilitatus*, victus 27. παγκρατίου στόλῳ, *numero certantium*, ut στρατὸς, Pyth. viii. 141. Et 29. ἄκος ὑγιεῖ τὸ καλλίνικον de victoria, mercede ac præmio, quasi lenimine dolorum: ut mox Nem. iv. 2, 3. σύφρονα πόνων ἰατῆρες. et φάρμακον ἀρετᾶς, *præmium virtutis*, P. iv. 332.

ματωδέων δὲ πλαγᾶν
Ἄχος ὑγιηρὸν ἐν
Βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ
Τὸ καλλίνικον φέρει.
Εἰ δ' ἐὼν καλὸς
Ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ
Ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβα
Παῖς Ἀριστοφάνευς· οὐκέτι πρόσω
Ἀβάταν ἄλλα κιόνων
Ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρὲς,

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Ἦρως θεὸς ἃς ἔθηκεν
Ναυτιλίας ἐσχάτας
Μάρτυρας κλυτὰς, δά-
μασε δὲ θῆρας ἐν πελάγει
Ὑπερόχως· ἰδίᾳ τ' ἐρεύνα-

poeta, tempora animo tenere, et numeros modosque ad aurium sensum exigere, idque, quod semel mente conceperat, schema per totum carmen tanquam ante oculos positum habere. Nolim tamen cum quopiam de eo, quod conjectura nititur, et, quantum assequor, sensu potius quam demonstratione ex argumentis intelligitur, contendere. Si fallor, lubenter veriora amplectar. 29. ἴ. 30. γε βαθυπέδῳ Bodl. γ. 32. εἰ δὲ ἐὼν erat cum hiatu. Facilis est medicina. 34. Annon Ἀνορέας ὑπερτάτας ἐπέβα? nam cum altero casu jungit: ut paullo ante Nem. i. 27. πολλῶν ἐπέβαν et Isthm. i. 55. πόντος ἐπέβασέ μιν ὑγρᾶς. Utitur sane Pindarus et plurali et singulari. 35. Deficit syllaba in fine. οὔ οἱ ἴσα Schmid. refinxit. 40. Κλυτᾶς alii ap. Schol. et omnes inde a Romana edd. usque ad Steph. qui ex Aldo reduxit κλυτὰς, recte, ut ναυτιλίας ἐσχάτας jungeretur. 41. πελάγει per diæresin colo trochaico postulante Schmidius recte ediderat cum Plantin. et Commelin. adde: cum Steph. præeunte Morell. 42. ὑπερόχους, vulgare, Ald. et Bodlei. γ. Tum διά τ' ἐρεύνας olim

32. εἰ δ'—*cum autem jam.* quandoquidem. ut sæpe: v. c. inf. ix. 109.— ἐπέβη ἀνορέᾳ ἀρετῇ ὑπερτάτῃ, *summam corporis virtutem exeruit* certamine, ut victor fieret. Sententia similis Ol. viii. 24. seq. Isthm. vii. 30. *nulla ei major gloria prostat quam assequi possit:* hoc suo modo eloquitur, de quo v. ad Ol. iii. 77.

42. Sequentia ita interpungenda et

σε τεναγέων ῥοάς· ὅπα πόμπιμον,
Κατέβαινε· νόστου τέλος
Καὶ γᾶν φράδασσε. Θυμὲ,
Τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν
Ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβῃ;
Αἰακῷ σε φαμὶ γένει τε Μοῖσαν
Φέρειν. ἕπεται δὲ λόγῳ δί-
κας ἄωτος, ἐσλὸς αἰνεῖν·

A. β'. K. ιγ'.

Οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες
Ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες.

nonnulli ap. Schol. vitiose. recte Schol. *ἰδίᾳ, ἀντὶ τοῦ, ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἐπιτάξαντος Εὐρυσθέως* etc. et excitat Callimachi Fragm. cxx. pag. 488. [Hermann. de Dial. Pind. p. xxii. *διά σ' αὖτ' ἐμέ.* *Ex Schedis.*] 43. Restituendum: *ἔστα πόμ.* 44. *πίμπε κ.* sq. Interpungebatur: *κατέβαινε νόστου τέλος, καὶ γ. φ.* 50. *ἰσλὰς* Plant. et Commelin. invito metro, cum ed. Steph. prima; nam altera, et quæ inde fluxerunt, recte *ἰσλὸς*, ita enim Dorismus: vide v. c. Theocr. Id. *α'*. 90. Videtur antiquum dictum subesse, quod ex Alcæi, seu cujus cujus fuit, Scolio ap. Eustath. ad Iliad. *β*. pag. 326. novimus *Ἀδμάτου λόγον, ὃν παῖς μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει, τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλοῖς ἐλίγα χάρις.* [Aristophan. Vesp. 1231. *Ex Schedis.*]

jungenda sunt: *ἰδίᾳ σ'* (non jussus ab Eurystheo) *ἱρύνα-σι τεναγίων ῥοὰς, ἔπα πόμπιμον* (sc. *ἦν*), *κατέβαινε, νόστου τέλος καὶ γᾶν* (non, *γᾶς*) *φράδ.* Copulam neglexit: *quousque pervium erat mare, penetravit; et terrarum extremum terminum, unde revertendum esset, monstravit:* cf. mox Nem. iv. 112-115. Fuere haud dubie plures de Hercule Oceanum tentante fabulæ: etiam de belluis marinis illo tempore ab eo domitis v. 40. Nam ad belluam, cui Hesione exposita fuit, vix hic respici potest. [Euripid. Herc. fur. 400. *Ex Schedis.*]

46. Similis forma a digressione revocandi se v. Pyth. xi. 58.

48. *Æaco te volebam et generi ejus hymnum ferre.* *Ἔστασι δὲ* (pro *γὰρ*) *λόγῳ δίκας ἄωτος· (πάρεστι τῷ λόγῳ τὸ δίκαιον, dictum istud, carmen, veritatem habet,* quod est:) *ἰσλὰς αἰνεῖν* (*δεῖν αἰνεῖν τοὺς ἰσλούς.*) Fuit versus ex prisco carmine, ad quem alludebat quoque Pyth. ix. 169. Nem. ix. 13. cf. V. L.

51, 52. Ordo verborum sic constituendus est: *οὐ κρέσσονες (εἰσὶν) ἀνδρὶ ἔρωτες ἀλλοτρίων (ὄντες) φέρειν.* pro sollenni: *οὐ κρεῖσσον (οὐ καλόν) ἐστιν ἀνδρὶ, φέρειν* (h. e. *ἔχειν*) *ἔρωτας (ἔροντας) τῶν ἀλλοτρίων* (scil. *πλέον ἢ τῶν οἰκείων* e seqq.), *poetæ non decorum est,* non consentaneum est, poetam *præferre laudes exterorum heroum domesticis;* præstat tenere ea quæ sunt patria.

Οἴκοθεν μάτευε.
Ποτίφορον δὲ κόσμον ἔλαβες
Γλυκύ τι γαρυέμεν. παλαιαῖ-
σι δ' ἐν ἀρεταῖς γέγαθε Πηλεὺς ἄναξ,
Ὑπέραλλον αἰχμὰν ταμών.
Ὃς καὶ Ἰωλκὸν εἷλεν,
Μόνος ἄνευ στρατιᾶς·
Καὶ ποντίαν Θέτιν κατέμαρψεν
Ἐγκονητί. Λαομέδοντα δ' εὐρυ-
σθενὴς Τελαμὼν, Ἰόλᾳ πα-
ραστάτας ἐὼν, ἔπερσεν·

Ε. β'. Κ. ιά.

Καί ποτε χαλκοτόξων
Ἀμαζόνων μετ' ἀλκὰν
Ἕπετό οἱ· οὐδέ μίν

56. *σὺν* Ἰν *δ'*. malit Pauw. Metrum restituit idem:—Πηλεὺς 57. *ἄναξ ὑπέραλλον* sq. 59. *μόνος ἄνευ στρατιᾶς*. Ad Scholiorum ductum, novum hoc ac tumidum et *παρατραγῳδούμενον* a Pindaro videbatur Pauwio; itaque ille vitium subesse ratus, rescribebat: *μόνος ἀγιοστρατίᾳ*. Varie quoque tentabat Mingarell. *μόνος ἄγων στρατιὰν, μόνος ἀνὰ στρατιὰν*, et al. [Matthiæ Observatt. pag. 41. pro ἴγνεν. conj. *ἀγκίνησι*, i. q. *ἀγκείνησι* (?). *Ex Schedis.*] 64. *χαλκότοξον* Ald. 65. Bis *ἀλκὰν* hic et 68. Fuit *αἰχμάν*? 66. Cur Iolaum pro Hercule memoraverit poeta v. 62. non assequi se profitetur Pauw, et tandem suspicatur legendum: ἴσιν' (ἴσιθ' voluit) ἥρῳ' *αὐδί μιν*, ut *heros* sit Hercules; versu autem 62. Ἰόλᾳ accipit pro *σὺν* Ἰόλᾳ *παραστάτας ἰὼν* sc. Herculi. Enimvero Iolaus satis notus est ex fabulis tanquam Herculis comes, famulus et auriga: ut adeo qui Iolao adfuisse semper ad assequendum proclive sit. Nec vero Pindaro, tanquam Thebano,

54. *ποτίφορον—γαρύεμεν*, *habes accommodatum, idoneum, laudum argumentum, unde dulce carmen confici possit.*

55. *παλαιαῖσι δ'* (δὲ pro *γὰρ*) *ἐν ἀρεταῖς*, (ut Nem. i. 51.) *γέγαθε Πηλεὺς ἄναξ ὑπέραλλον αἰχμὰν ταμὼν* (pro *ἔχων αἰχμὴν ἐξαίρετον* Iliad. τ. 387.), *nam et inter facta prisca* (est et illud quod) *Peleus hasta sua exultabat*, pro: Nobilis est in nostris fabulis Pelias hasta.

59. *μόνος*, comite tamen Jasone et Tyndaridis, ut Pherecydes narraverat: conf. Apollod. iii. 12. 7. cf. inf. iv. 88.

62. Ἰόλᾳ *παραστάτας ἰὼν*, una cum Iolao, qui et ipse adstabat Herculi pugna; erat is Herculis Σιδάρου et auriga. vid. Isthm. i. 21. 23.—Mox ad 64. cf. Isthm. vi. 39. sqq.

Ποτε φόβος ἀνδροδάμας
Ἔπαυσεν ἀλκὰν φρενῶν.
Συγγενεῖ δέ τις
Εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει.
Ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφηνὸς ἀνὴρ,
Ἄλλοτ' ἄλλα πνέων, οὔποτ' ἀτρεκέϊ
Κατέβα ποδὶ, μυριᾶν
Δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται.

Σ. γ'. Κ. ιγ'.

Ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς, τὰ μὲν, μέ-
νων Φιλύρας ἐν δόμοις,
Παῖς ἐὼν ἄθυρεν
Μεγάλα ἔργα, χερσὶ θαμινὰ
Βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων,

Iolaus inter infimos heroes ceuseri potuit, quippe qui inter heroes ἐπιχωρίους a Thebanis præcipuo honore, Indorum quoque, afficeretur. Iolæa ipse poeta aliquoties celebrat, v. c. Ol. ix. 148, 9. 72. ἀρετᾷ poscit metrum, et hoc Schmidius receperat. Idem in Ἀχιλεὺς factum v. 75. nam metro invito Ἀχιλλεὺς habent edd. vett. ante Morell. et Steph. 78. Post θαμινὰ majorem distinctionem poni jubet Pauw, ut mox novo spiritu sequantur illa: βραχυ. Sed multo aptior exit junctura, si distinguas cum Aldo: παῖς ἐὼν ἄθυρεν μεγάλα ἔργα χερσὶ θαμινὰ βρ. ἄ. πάλλων.

69—74. Universe extulit, quod de Telamone dicere volebat: *adeo innata virtus in Telamone eminuit.* Sententiam jam Ol. ii. 154. seq. ix. 152—8. vidimus. *prævalet* εὐδοξίᾳ συγγενεῖ pro ἀρετῇ. ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, *qui non tenet nisi quæ didicit,* τὰ διδακτὰ, Ol. ix. 153. διδακτὰς ἀρετάς. Ψεφηνὸς ἀνὴρ opp. εὐδοξίᾳ, *qui virtute non illustratur: is non satis sibi fidit,* non audacter in proposito manet, οὔποτ' ἀτρεκεῖ κατίβη (pro simplici βαίνει) ποδὶ, *verum,* ut insignem se reddat, *modo hoc modo illud aggreditur,* ἄλλοτ' ἄλλα πνέων, *spirans, audens, aspirans, appetens,* μυριᾶν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται pro ἀτελῶς γεύεται (σὺν) νόῳ, dixit νοῦν ἀτελῆ, *qui nil efficit.* et ἀρεταὶ nunc sunt *studia virtutum,* h. e. rerum, quibus quis gloriam consequitur. Possis quoque totum locum ad seqq. referre, ut sibi ad Achillem aditum paret. Videtur tamen cum vss. 66, 67, 68. melius convenire. Mox 75. in τὰ μὲν æstuant Interpretes. Equidem jungo cum v. 85. ubi debebat sequi τὰ δὲ, ἦλυ, *cum puer—tum adultus.* [Cf. Philostrat. Imagg. ii. 3. *Ex Schedis.*]

Ἶσος ἀνέμοις, μάχᾳ λεόντεσσιν ἀ-
γροτέροις ἔπρασσεν φόνον·
Κάπρους τ' ἔναιρε· σώμα-
τα δὲ παρὰ Κρονίδαν
Κένταυρον ἀσθμαίνοντα κόμιζεν,
Ἐξέτης τὸ πρῶτον. ὅλον δ' ἔπειτ' ἀν'
Χρόνον τὸν ἐθάμβεεν Ἄρτε-
μίς τε καὶ θρασεῖ' Ἀθάνα,

Α. γ'. Κ. ιγ'.

Κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυ-
νῶν δολίων θ' ἑρκέων·
Ποσσὶ γὰρ κράτεσκεν.
Λεγόμενον δὲ τοῦτο πρότερον
Ἔπος ἔχω. βαθυμῆτα Χείρων
Τρᾶφε λιθίνῳ τ' Ἰάσον' ἔνδον τέγει,
Καὶ ἔπειτά γ' Ἀσκληπιόν·

80. Ἶσον τ' erat. τ' post ἶσον sublatum volebat Schmidius, ut tamen mox. λεόντεσσι δ' refingeret: sed τὸ τ' tuetur Pauw, ut ad ἄγροτα alterum sit adjunctum. ἶσος legerat Schol. ut ad v. 88. manifestum fit: πεδάσας γὰρ ἦν—οὕτως ἦν ἶσος ἀνίμοις. idque, arbitror, præstat. 82. ἔναιρε primum Morell. nam anteriores ἔναιρεν. 83. σώμα-τι δὲ Ald. cum Schol. unde Schmidius refinxerat perperam: σώματι δὲ—ἀσθμαίνοντι. 85. ἄν si est particula, otiosa est. Fuit ἔπειτ' ἀν' χρ. pro ἀνά. 86. ἐθάμβεον Bodl. γ. sed vulgatum Pindaricum est. 91. πρότερον sua auctoritate reposuere Oxonienses. Vulgg. πρόσθεν, quod tamen non aliter accipiendum censeo, quam *priscum*. 92. Majorem στόγμην apposui, ut mira facinora adhuc narrata claudat sententia hæc. Ita quoque Schmidium fecisse video. Pauw πρόσθεν *tempore prius* interpretatur, et ad sequentia refert, quæ prius contigerunt, quam Achilles apud Chironem haberetur. 93. τράφε Schmidii debetur sollertiæ. vulgo τράφεν, et λιθίνῳ τ'. sed τ' sustulit Schmidius: Oxonienses autem refinxerunt γ'. — 94. Vulgo ἔπειτ' ἐν. Schmidius emendaverat ἄν. Monuerant: Oxonienses, referri ἐν vel ad στόγα vel ad πρό-

85. Jungenda, ut dixi, cum v. 75. τὰ μὲν—(τὰ δὲ) ἕλεν ἀνὰ χρόνον ἐθάμβεον αὐτὸν' A.

91—96. *Quod narro, a Chirone Achillem nutritum, a veteribus traditum est. Idem Jasonem et Æsculapium educavit.*

93. Attigit hæc Pyth. iv. 180. et 94. de Æsculapio Pyth. iii. 10. 79.

Τὸν φαρμάκων δίδαξεν
Μαλακόχειρα νομόν.
Νύμφευσε δ' αὖθις ἀγλαόκαρπον
Νηρέος θύγατρα· γόνον τέ οἱ φέρ-
τατον ἀτίταλλεν ἐν ἁρμέ-
νοισι πάντα θυμὸν αὔξων.

E. γ'. K. ιά.

Ὄφρα, θαλασσίαις ἀ-
νέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς
Ὑπὸ Τροΐαν, δορί-
κτυπον ἀλαλὰν Λυκίων
Τε προσμένοι καὶ Φρυγῶν

φι pro ἰνίτραφι. At Pauw. satis quidem severe, illud ἰν, inquit, probare non possum, et nugantur Interpretes etc. Tentat itaque vir doctus modo: ἴστιεν, Ionum more, modo: Καὶ ἴστιεα Α. et paullo melius: Καὶ ἴστιέ γ' Α. ut in superiore versu λιθίνῳ σ' retineatur; atque hoc verum arbitror. Hiatum admittere Pindarus haud potuit et majusculis litteris apertum fit, quomodo ἴστιε' ιν ex τέ γ' oriri potuerit. [Ἴστιεν Boeckh. Commentt. pag. xiv. *Ex Schedis.*] 96. νόμον Ald. cum Bodl. γ. sed νομὸν inde a Rom. præeunte Schol. 98. Νηρίος Bodl. γ. Pindaricum. 99. -τατον ἀντίταλλεν, ἁρμί- sic lectum ante Schmid. qui, ut metro succurreret, refinxerat: γονάν τέ οἱ φιλ-τάταν ἀντίταλλεν, ἰν ἁρμί-. Pro his ἀντίταλλέ γε ἁρμ. cum hiatu Oxonienses dederunt, nescio an de suo: nam ex Bodl. γ. notant tantum ἁρμίνοισι. Certe ex Scholiis firmatur Schmidii lectio ἰν ἁρμίνοισι: ἵνα φιλῇ ἰν ταῖς ἁρμοδίοις καὶ πρεπούσαις τὴν Ἀχιλλέως παιδείαν ψυχήν. adeoque eam servandam arbitror. -τατον in principio ferri posse, ut in Iambico, Pauw contendit. 102. Negotium facit prima in ῥιπαῖσι correpta præter morem. cf. Pauw. 103. Schol. argutatur: οἱ δὲ ἁπλῶς εἰς τὴν Τροίαν ἥκουσαν. ἵνα ἡ ὑπὸ ἀντὶ τῆς εἰς κεῖνται. οἱ δὲ ἔξωθεν τὸ, χάρας, προσυπήκουσαν. ἵν' ᾖ, ὑπὸ Τροΐαν χάρας. Schmidium objurgat Pauw ob resolutionem Τροΐαν factam, utpote in Iambico. Sed ita scriptum erat jam in edd. Steph. non modo, sed in omnibus omnino antiquis.

97. Redit ad Peleum, cujus filium educavit, cui jam ante *in matrimonium adduxerat Chiron Thetidem pulcram*, ἀγλαόκαρπον, ἀγλαὰς τὰς χεῖρας, ut alias λιπαρώλενος, καλλίσφυρος.

100. θυμὸν αὔξων, *impertiens, instruens*, πάντα, pro *penitus*; sic inf. vi. 4. πᾶσα κεχριμένη δύναμις, adverbio πάντως in epitheton mutato. Nisi placet pro καὶ πάντα accipere. Mingarell. quærit, cur non ἁρμίνοισι πᾶσι dixerit. Puto lyricum tanquam exquisitius alterum prætulisse. τὰ ἅρμενα sunt *idonea, utilia*.

Δαρδάνων τε, καὶ
Ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις
Αἰθιόπεσσι, χεῖρας ἐν φρεσὶ πά-
ξαιθ', ὅπως σφίσι μὴ κοίρανος ὀπίσω
Πάλιν οἴκαδ' ἀνεψιὸς
Ζαμενὴς Ἑλένοιο Μέμνων μόλοι.

Σ. δ'. Κ. ιγ'.

Τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος
Αἰακιδᾶν αὐτόθεν,
Ζεῦ· τεὸν γὰρ αἷμα·
Σέο δ' ἀγὼν, τὸν ὕμνος ἔβαλεν,

107. ἐγχεσιμόροις Rom. et seqq. edd. In Scholio præfigitur ἐγχεσιφόροις, quod Crat. in marg. et Morell. in contextu habent. Schmidius in metrum peccari ratus, primum ἐγχεσιμόροις tentat, tum ex Aldo retraxit ἐγχεσφόροις, quod quoque Bodl. γ. habet. Si Pauwium audimus, etiam vulgata ἐγχεσιμόροις ferri potest in tali metro. Sustuli quoque στυγμὴν post χεῖρας v. 108. saltem melius ponitur post Αἰθιόπεσσι, ut Aldus fecit cum Bodl. γ. [Pro χεῖρας Jacobs conj. κῆρας. *Ex Schedis.*] Expuli et h. l. importunum φρεσί. Tandem v. 109. Aldus πά-ξαι θ' (θ' pro τι). Eidem deest μή. [112. ἄραρε Gilb. Wakefield mutat in ἔρωε. (Silv. Part. i. p. 78.) *Ex Addendis.*] 113. αὐτόθεν est, *ex gestis ad Trojam* antea memoratis. Ab his profecta est summa Æacidarum gloria. Jacobs Animadverss. pag. 228. pro αὐτόθεν conj. οἰκόθεν, ut v. 53., h. e. *propriis gentis virtutibus, factis, decoribus.* 114. Vett. edd. distinguunt: αὐτόθεν. Ζεῦ, τεὸν γὰρ etc.

106—111. καὶ (ἔφρα) ἐγχεσφόροις ἐπιμίξαις Αἰθιόπεσσι, χεῖρας (ἐν φρεσὶ) πάξαιθ', e seqq. supplendum Μέμνονος, ὅπως (αὐτὸς) μὴ μόλοι πάλιν ἐπίσω οἴκαδε. Proprie *manu hasta* impingitur præcordiis seu pectori; nunc ipsa *manus*: ἔφρα ἐμπήξαιτο χεῖρας ταῖς φρεσί. Eandem fabulam attigit inf. vi. 84. Isthm. viii. 116. *Heleni patruelis* est Memnon; quia ejus pater Tithonus Priami est frater. ἐπιμίξαις sc. τὰς χεῖρας, ut etiam alibi de congressu. Nam an absolute dictum sit ἐπιμίξαις, dubito.

112, 113. *O Jupiter, tua enim stirps sunt, Æacidarum gloria ex his* ad Trojam gestis *profecta est.*—φίγγος, ut jam Ol. ii. 102. Pyth. viii. 138. ἄραρε, *apta est ex his, prodiit.* V. v. 81.

114—122. Ζεῦ, τεὸν γὰρ αἷμα. (ut mirum non sit Æacidas clarum nomen esse adeptos.) σέο δ' ἀγὼν, (*tibi vero etiam sacrum est certamen* s. *victoria*) τὸν ὕμνος ἔβαλεν, (noto tropo de laudum scope: v. c. Ol. ii. 161.) pro βάλλει. Post ἐπὶ νίαν interpunctio delenda; nam jungenda: ὕμνος χιλαδίαν ἐπιχώριον χάρμα

Ὀπὶ νέων ἐπιχώριον χάρ-
μα πελαδέων. βοὰ δὲ νικαφόρῳ
Σὺν Ἀριστοκλείδᾳ πρέπει·
Ὃς τάνδε νᾶσον εὐκλέ-
ϊ προσέθηκε λόγῳ
Καὶ σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις
Πυθίου Θεάριον. Ἐν δὲ πείρᾳ
Τέλος διαφαίνεται, ὧν τις

116. ὀπὶ vitium Bodl. γ. 117. βοᾷ olim aliquot ap. Schol. 119, 120. εὐκλεῖ Rom. cum seqq. εὐκλέ-ϊ Schmidius ex Aldo dedit, cum Bodl. γ. 120. Sustuli interpunctionem post λόγῳ, ut, quod Pauw quoque monet, jungantur: ὃς τάνδε νᾶσον καὶ Θεάριον, σεμνὸν μερίμναις ἀγλααῖς Πυθίου, προσέθηκε λόγῳ εὐκλεΐ. aut, quod melius, ὃς τάνδε νᾶσον προσέθηκε λόγῳ εὐκλεΐ, καὶ Θεάριον σεμνὸν Πυθίου (προσέθηκε) μερίμναις ἀγλααῖς. Ita utrumque, λόγος et μέριμναι, de hymno accipiendum. Debet per Θεάριον, pro Θεώριον, (fuit is locus publicus in urbe Ægina, Apollini sacer. cf. Schol.) aut sacerdotium, aut tota urbs designari.

(σὺν) ὀπὶ νέων. βοᾷ δὲ συμπρέπει Ἀριστοκλείδᾳ νικαφόρῳ, *compelit, debetur*: quod simplicius alibi extulit: Ol. ii. 83. Pyth. v. 139. Etiam Mingarell. sic accipit, et laudat Æschyl. Suppl. 467. τύχᾳ γυναικῶν ταῦτα συμπρεπῆ πέλει.

119. ὃς τάνδε νᾶσον εὐκλεΐ προσέθηκε λόγῳ (ut προσίμιξε Ol. i. 34.) *famæ claræ admovit*, celebrum reddidit, & (προσέθηκε) σεμνὸν Θεάριον Πυθίου ἀγλααῖς μερίμναις, *et inseruit poetarum carminibus dignitatem Theori, quam ille tenet*, s. ipsum Theorum. Fuisse videtur sacerdotium Apollinis, forte cum magistratu, in Ægina. Θεάριον, pro Θεώριον, locus sacer Apollinis Pythii, qui et ipse Θεώριος dictus: ut ex Hesych. h. v. discimus. In eo sacra faciebant οἱ Θεωροί.

122—131. Expedii locum, quantum licuit; nunc hoc addo. Aristoclida pancratiastes in ætate erat constitutus jam provectiore; excelluerat idem puer, juvenis, vir, et jam senilem minabatur prudentiam. Iterum universe hoc extulit: Ἐν δὲ πείρᾳ (*ipsa re*) τέλος διαφαίνεται ὧν τις ἐξοχώτερος γίνηται (τέλος latine, *in quo*). Dicitur τέλος πράγματος id quod summum est in re, summa rei, adeoque ipsa res. διαφαίνεται, ἐν οἷς τις ἔξοχός ἐστι. *Cernitur, qua in re quis excellat inter alios, seu in puerili seu in virili seu in provecta ætate.* Porro v. 127. restituo interpunctionem, quam Schmidius non bene sustulit. τρίτον ἐν παλαιτέροις· (pro παλαιοὶς ἐν παλ.) μέρος ἕκαστον οἷον ἔχομεν βρότειον ἦθος, h. οἷον, ὡς, ἔχομεν ἕκαστον μέρος, *unamquamque vitæ partem, quam vivimus nos mortales.* Tum distinguo ἰλᾷ—ὁ μαχρὸς αἰὼν, φρενῶν δ' ἐπάρτι τὸ πλησίμωρον (τοῦ παρόντος φρονεῖζειν). *Provectior vita etiam quartam virtutem admovet, adducit*, τὴν φρόνησιν. τὴν τετάρτην ἀρετὴν ἔχει, διδάσκει γὰρ φρονεῖν τὸ παρόν. Sequitur τῶν, ὧν, οὗ, οὐκ ἄπωθεν. *Ab quo ætatis gradu ille haud multum abest.* Etiam Schol. legerat in suo ὁ θνατὸς αἰὼν, et video nunc hoc magis lyricum decere.

62. Διίσαις est scribendum Æolum more. ἐ δ' ἰὺ φράθη non bene repetierunt Oxonienses: invexerat Calliergus cum Brubach. et Morellio; sed melius dederat Aldus: ἐ δ' ἰφράθη, quod Crat. et hinc Steph. cum Schmidio recte receperant; Sic quoque Schol. Elegans est Mingarelli conjectura: ἐ δ' ἰφράνθη. 65. ποντίαν. f. ποντιᾶν—Νηρεΐδων, perpetuo epitheto. χρυσαλακάτων. Vocem vidimus Ol. vi. 165. 69. νίσσεται Ald. eodem jure ac νίσσεται. 70. μὶν—θεὸν, non dubito μὶν fuisse. Movet idem Mingarell. 73, 74. κρίνει. συγγενὴς I. Ald. 75. θεᾶς—Νίκας maluit Schmid. sed ambigua hinc oratio existit, ut bene Pauw monet. Mingarell. præclare conj. τὺ δ' Αἰγίνᾳθεν, ὃ Εὐθύμενες. 76. ἰν ἀγκώνεσσι corruptum legisse videtur Schol. ἰν τοῖς ἀγῶσι τῆς θεᾶς

386. Probabilius est, urbem Achaiæ Pindarum respexisse propter sollennia sacra.

71. κάλαμος non est fistula, sed *tibia*; nam et hæc ex arundine: v. sup. Pyth. xii. 44. Isthmiis deus adveniens excipitur cantu tibiarum, et certamina gymnica in ejus honorem habentur.

73. Munit poeta sibi viam ad sequentia de Euthymene. Vulgo cum superioribus connectitur, usque ad 75. Τὺ δ' Αἰγίνᾳ. *Vis ingenita omnium, quæ aguntur, summam continet*; cf. Nem. iv. 68. φύτρας, ἀρετὰ, a natura data, adeoque felicitate aliqua obtigit. Eadem εὐδοξία συγγενὴς Nem. iii. 70. De Euthymene v. ad Isthm. v. pr. De v. 76. Νίκας ἰν ἀγκώνεσσι πιτνῶν cf. ad Isthm. ii. 39. Euthymenes victor fuerat in Ægina in Αἰακείοις.

Ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων.

Α. γ'. Κ. ιά.

Ἧτοι μεταίξαντα καὶ
Νῦν τεὸς μάτρως ἀγάλλει κεί-
νου ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέας.
Ἀ Νεμέα μὲν ἄρηρεν,
Μείς τ' ἐπιχώριος, ὃν φίλησ' Ἀπόλλων.
Ἄλικας δ' ἐλθόντας οἴκοι
Τε κράτει Νίσου τ' ἐν εὐαγ-
κεῖ λόφῳ. χαίρω δ', ὅτι

Νίσης. nisi ipse corruptus. 78. Ut verba sunt, sensus esset: Pytheas, avunculus tuus ex matre, o Euthymenes, illustrat ejus stirpem: at cujus? et quid μεταίξαντα? Pytheas puer porro non erat avunculus Euthymenis, sed ex sorore nepos: v. ad Isthm. v. pr. Schmidius meliores codd. expectat. Benedictus μεταίξας ει, καὶ. Pauw vero scribere jubet: ἧτοι μεταίξ ἄντα, κ.τ.λ. nec addit, quo sensu; puto: *subsequens te, E. æmulans, aperte et confidenter.* Unus Schol. μετὰ τὰ πρεσβεύματα ὑπό σου exponit. Alter videtur Πυθίας quinto casu accepisse. Varie tentabat Mingarellus: ἧτοι μεταίξας τὰ καὶ—Πυθία. vel μεταίξαν ad ἴθνος. Lenissima medicina esset, quam in Notis apposui. [o Pythea, lætatur avunculus tuus, cognatum sibi genus nunc eodem pervenisse. μεταίξαντα ad ἴθνος. *Ex Schedis.*] 79. Κείνου corruptum. Schmidius leg. ἐπῖ- ο, et Bened. σοῦ τὸ ad ductum Scholiorum. Pauw: κεῖνος, sc. Pytheas. Fuit, puto, κλυτὸν ἰμ. ἴθνος. 81. μὲν conj. Schmidius. [ἄρᾳρεν Herm. de Dial. Pind. p. xiii. *Ex Schedis.*] 84. Scripsi κράτει pro ἰκράτει. Vulgo sine sensu κρατεῖ.

A v. 78. corruptus locus: v. V. L. qui ut sensum idoneum habeat, sic refingendus esse videtur: ἧτοι, μεταίξας τε καὶ τὸν ἰὸν μάτρως', ἀγάλλει κλυτὸν ὁμόσπορον ἴθνος Πυθίας, *Euthymenem suum avunculum æmulatus, illustrat nunc cognatos suos Pytheas.* Ἀ Νεμέα μὲν ἄρηρεν, Μείς τ', ἐπιχώριος ὃν φίλησ' Ἀπόλλων· ita interpungo: *conspirant in hoc victoriæ Nemea et Æginetica. s. vicit et ipse in Nemeis, ut tu.* Apollo *Delphinius*, cui sacra et ludi fiebant apud Æginetas mense Delphinio dicto. ἄρηρε, et pro hoc, ἄρᾳρε, media longa: προσήρμοσται Schol. h. l. Sic sup. Nem. iii. 112. Ταλαυρὶς ἄρᾳρε φίγγος Αἰακιδᾶν αὐτόθεν, *nexum ex eo est, conjunctum.* Eodem sensu ἄρᾳρε media brevi occurrit apud Tragicos: ut Sophocl. Electr. 148.

84. Debuit esse οἶκοι τε κράτει, vel οἶκοι τ' ἰκράτησ' nam de præterito agitur: *vicit et domi*, in Ægina, *et Megaris* ἄλικας *pueros* ἐλθόντας· ultimum hoc erit: *in certamen prodeuntes*, vel *peregre advenientes.*

85. *Lætor autem, quod omnes Æginetæ studiis certaminum tenentur.* μάρναθαι de certaminibus. Pyth. viii. 61. Nem.

Ἐσλοῖσι μάρναται πέρι πᾶσα πόλις.
Ἴσθι, γλυκεῖάν τοι Μενάνδρου
Σὺν τύχᾳ μόχθων ἀμοιβὰν

E. γ'. K. ιά.

Ἐπαύρεο· χρὴ δ' ἀπ' Ἀθανᾶν
Τέκτον' ἀθλητaῖσιν ἔμμεν.
Εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις, ὥστ' ἀείδειν,
Μηκέτι ῥίγει. δίδου
Φωνὰν, ἀνὰ δ' ἱστία τεῖνον
Πρὸς ζυγὸν καρχασίου,
Πύκταν τέ νιν καὶ παγκρατίου φθέγξαι ἐλεῖν Ἐπιδαύρῳ διπλόαν
Νικῶντ' ἀρετάν· προθύροισιν δ' Αἰακοῦ

86. Cum in *μάρναται* media producta requiratur, pro *μάρνται* dictum habebat Schmid. etsi parum accommodatus subjunctivus ille est h. l. An fuit *μάρναντα: πέρι πᾶσα πόλις*? 87. *γλυκ.* τῇ M.—*τύχῃ* Schmid. et mox 89. *Καρτάσαι* idem, utrumque temere: hoc quidem de metro male sollicitus. 88. *σὺν τύχᾳ Μενάνδρου.* v. Not. Heinrich olim conj. *σὺν τίχνᾳ.* 90. Erat *ἀθλητaῖσιν ἴμεν.* At *ἴμμεν* Trochaicum postulat, ut et alterum, quod jam habet Ald. *ἀθλητaῖσιν.* 92. Ne colon Euripideum laboret, ultima in *μηκέτι* producta, Pauw. conj. *Μή τί τοι ῥίγει*, vel *Μηδέ τοι ῥίγει.* Prius vix græcum; hoc alterum bene. Sufficit *- ῥι* ad producendum *- τι.* [*ne turberis. Ex Schedis.*] 95. *πύκταν τε* Ald. quasi pro *πύκτου* sit: minus bene. 97. *προθύροισιν δ' Αἰακοῦ* requirere Prosodiacum, Pauw jam monuit, cum esset *προθύροισι.*

i. 38. *περὶ ἰσλαῖσι*, ut Isthm. v. 70. *ἀμφ' ἀέθλοις.* Eadem Nem vii. 14, 15. *ἰσλὰ* sunt *καλὰ*, studia *τῶν καλῶν.* Mox v. 87. ad victorem se convertit. *Ἴσθι*, absolute, ex more, ut Ol. xi. 21. Æschyl. Prometh. 288. Suppl. 468. Alias *σὺ ἴσθι, ὅτι.* Scito te victoriam consequutum esse Menandri aliptæ fortuna, h. e. disciplina.

88. *σὺν τύχᾳ Μενάνδρου*, proprie ejus institutione et disciplina; at et ea cum fortunæ beneficio erat conjuncta; ut supra Nem. iv. 12. propitiis Musis, adjuvantibus, *σὺν Χαρίτων τύχᾳ.*

91. *εἰ δὲ* (*ἐπὶ*) *Θεμίστιον ἵκοις, ὥστε ἀείδειν* (*αὐτόν*): *materiæ laudum tibi affatim est.*

92. *δίδου, ἀναδίδου* ex v. seq. *ἀνάτεινον.*

95. *ἰλαῖν νικῶντα ἀρετὰν*, ut alias (*κατ'*) *ἀγῶνα*: conf. sup. ad 9. ubi *νικᾷν στέφανον. πύκταν καὶ παγκρατίου* pro *πυγμῆς καὶ παγκρατίου.* [Est tamen etiam *ἰλαῖν νίκαν* Od. viii. 67. *εὔχος* Pyth. v. 27. *Ex Schedis.*]

Ἄνδεα ποιάεντα φέρειν στεφανώ-
ματα, σὺν ξανθαῖς Χάρισσιν.

98. Αἴθι pro ἄνθεα iterum de metro sollicitus Schmidius. vid. Pauw. Malo ἄνθεα esse pro ἄνθη; vel sic scribam, ἄνθεα ποιάεντα per appositionem, στεφανώματα. 99. Cum media in Χάριτι produci nequeat, Schmidius emendat Χάρισσι, Pauwius vel σὺν ξανθαῖσι Χάρισιν, vel σὺν ξανθαῖς Χαρίτεσι.

98. Eum dedicasse (ex ipsis Æaceis forte, cf. Ol. ix. 166.) coronam in atrio fani Æaci, *Musis propitiis* carminibus celebratum.

NEMEA.

ΕΙΔΟΣ ς'.

ΑΛΚΙΜΙΔΗ ΑΙΓΙΝΗΤΗ,

ΠΑΙΔΙ, ΠΑΛΑΙΣΤΗ.

ARGUMENTUM.

ALCIMIDAM victorem ἐν παισὶ declarasse vim divinitus ingenitam, victoria insigni, quam lucta puer abstulit; —15. æmulatum avum Praxidamantem; — 29. nam atavus Socles a gymnastica cessaverat, uti iterum Praxidamantis filius, Alcimidæ pater; ita ut alternis ex ea gente proventus victoriarum prodiisset. — 52. Celebrantur victoriæ tribulium Bassidarum. — 74. Materies laudum ex heroum Æginetarum factis. — 92. Redit ad victorem, et memorat fuisse quintam supra vicesimam victoriam, quam suæ genti adjecit Alcimidas. In fine 108. mentio honorifica aliptæ Melesiæ.

Σ. ά. Κ. ιγ'.

ΕΝ ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ
Μιᾶς δὲ πνέομεν

1, 2. Versus passim laudati a veteribus. [Schol. ad Euripid. Med. 1224. *Ex Schedis.*]

Fuit *Alcimidas* filius *Theonis*, qui a re athletica abstinuerat; at ejus pater

Ματρὸς ἀμφότεροι.
Διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
Δύναμις. ὡς τὸ μὲν οὐδὲν,
Ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος
Μένει οὐρανός. ἀλλά τι προσφέρομεν
Ἔμπαν, ἢ μέγαν νόον, ἢ-
τοι φύσιν, ἀθανάτοις·
Καί περ ἐφαμερίαν
Οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ

5. ὡς. malim ὥς. [Sic in textu ab Heynio correctum.] 6. οὐδὲ χ. Ald. 7. Excitat versus hos Schol. Eurip. Med. 1233. 8. ἵμπας Schmid. ex Aldo. ἵμπαν pro ἵμπης etiam recte vulgg. 11, 12. μετὰ νύκτας suspectum facile cuivis, nisi meminerit, poetam lyricum posse exquisitiorem formam affectare, ut solet. Pauw emendat l. κατὰ νύκτας l. μετὰ νυκτός. hoc puto verius, non

Praxidamas nobilis athleta. inf. 32. Is natus a *Socle* vel *Soclide*, obscuro homine, cujus pater Agesimachus itidem pugil: inf. 21. 44.

1. Ἐν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος sc. ἐσμὲν, pro ἓν ἀνδρῶν καὶ θεῶν γένος, et ἓν pro τὸ αὐτό. Mox πνέομεν pro ἐσμὲν, ἐγενόμεθα.

[3. μητρός. Οὐρανὸς et Γῆ Hesiod. Theog. 116. 17. *Ex Schedis.*]

4. Διείργει δὲ (*deos et homines*) δύναμις (*natura*) πᾶσα κεκριμένα, (pro πάντας, κατὰ πᾶν διακεκριμένη. Hesiod. Sc. H. 55. Alcmena peperit Herculem Jovi, Iphiclem Amphitruoni κεκριμένην γενεήν. διακεχωρισμένην.) [ortum habuere illi in cœlo, hi in terra. *Ex Schedis.*] ὡς τὸ μὲν (γένος) οὐδὲν (ἐστί): sequi debebat, τὸ δὲ θεῶν γένος ἐστὶν ἀθάνατον: pro diis cœlum dixit: ὁ δὲ οὐρανὸς χάλκεος μένει ἕδος αἰεὶ ἀσφαλές. ἀλλά τι προσφέρομεν ἀθανάτοις pro προσφερόμεθα. *similes sumus.* Iterum vox in Fragm. p. 60. xvi. occurrit.

10. Junge: καίπερ οὐκ εἰδότες, ἄνευα σταθμᾶν ἴγρα ψῆφον ἁ Πότμος, *fatum*, (ἔστι) ἅμμι δραμεῖν πρὸς (αὐτὴν), *ad quam metam perveniamus moriendo.* σταθμὴ, a cursu, *meta*, linea, ut *mors ultima linea rerum.* debebat sequi: ἢ ἐφ' ἡμέρᾳ ἢ ἐπὶ νυκτί: hoc invertit: ἐφαμερίαν (ad σταθμὰν) ἢ μετὰ νύκτας (pro νύκτα). Similis locus est ex parte Ol. ii. 61. sq. Et sententia simili modo protracta Pyth. iv. 454. 5. Vulgare autem est illud: *nos a diis ortos, nos diis cognatos*; v. c. Eurip. Hec. 490. etsi multis modis dictum et acceptum. Nec vero ex Hesiodea Theogonia .126 seqq. hoc ductum puto, quod Scholiastes arbitratus est; (ut nec versum in Ἔργ. 108. ὡς ἐμέθεν γεγάασι θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι recte se habere censeo; repugnat enim sequentibus; sed leg. οὐχ ἐμέθεν.) sed ex antiquis cosmogonicis ex theogonicis mythis hoc petiit poeta, cum Οὐρανὸς et Γαῖα omnium deorum et hominum progenitores ederentur. Dictum tamen hoc variis modis; et aliis iterum modis a philosophis antiquis; inprimis subnata opinione de anima mundi omnia pervagante. Alier a Terra, magna matre deum hominumque, repetiit Lucret. ii. 589. 598. sq.

Νύκτας ἄμμε πότμος ἀν-
τὶν ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάδμαν.

A. ά. K. ιγ'.

Τεκμαίρει καί νυν Ἀλκιμίδας
Τὸ συγγενὲς ἰδεῖν.
Ἄγχι καρποφόροις
Ἀρούραισιν, αἵ τ' ἀμειβόμεναι
Τόκα μὲν ὦν βίον ἄνδρεσ-

vero ut ipse accipit: *neque post noctu*, sed ut Schol. exponit: *διὰ νυκτός. οἵτι ἐν ἡμέρᾳ οἵτι ἐν νυκτί.* 12. Interpolavit metrum Schmidius Coli 12 et 13. eaque de caussa hic *ἄμμι ἂν πότμος ἄν* refinxit. Sed Colon esse antispasticum dimetrum catalecticum, cujus antispasti in primo pede variant, docet Pauw: Colon autem 13. antispasticum trimetrum brachycatalectum est. 14. *δὶ καὶ νῦν* metrum vitiabat. Audiendus erat Schmidius, qui δὶ ejecit. Idem *καί νυν* scripsit: Pauw probat *καὶ νῦν*. Aldus exhibet *δί νυν*. 14, 15. Vulgo nulla interpunctio est post *ἰδεῖν*, at plene interpungitur post *ἵμαρψαν* v. 20. Vulgari interpretatione, secundum alterum ex Scholiastis instituta, commoda sententia vix efficitur. Obvium est statuere cum priore Scholiasta, concludi his sententiam superiorem: *cognationem hanc cum diis etiam Alcimidas testatam facit*; [est A. probatio (hujus rei), ut videamus illam cognationem. *Ex Schedis.*] *τὸ πρὸς τοὺς θεοὺς ἡμῖν διὰ τὴν εὐφυΐαν, corporis robur, συγγενές.* Ita *τεκμαίρει* (*ὥστε τινὰ*) *ἰδεῖν* ex noto græcismo dictum plenius pro *τεκμαίρει*. Jam v. 16. nova erit sententia ordienda: *Ἄγχι καρποφόροις ἀρούραισιν—ἦλθέ τοι Νεμέας* etc. Ita quoque Pauw facere jubet; nec tamen, quod toties in hoc viro ægre feras, addit, qua sententia acceptum velit. *Ἄγχι* dictum erit pro *ἴσως, ἴσως*, quod an usus ferat, nescio: *Pariter atque agri, nunc redit Nemea A.* ut *ἀγχίθεοι* Hom. Od. ε. 35. Phæaces accipiuntur a multis pro *ἀντίθεοι*. Grammaticus in Scholiis mollire voluit: *ἐγγύς τι καὶ παραπλήσιον εἰρημένης ταῖς ἀρούραις*. Forte *ἄγχι* ex glossa venit et fuit *ἴσα καρποφόροις*. Potest et interpungi post *Ἀλκιμίδας*, et post *τὸ συγγενές*; possunt et aliæ rationes inir i sed nulla satisfacit.

15. Non dubito, post *ἰδεῖν* sententiam finiri et interpungendum esse: etsi durum esse non nego *τὸ ἰδεῖν*, exploratum tamen hoc habeo, sensum esse, ut in V. L. dixi: *cognationem cum diis arguit victor divina corporis specie*, adspectu, *τῷ ἰδεῖν*, aut, ut noster amat, (*κατὰ τὸ*) *ἰδεῖν*, vel *ὡς* (*τινὰ*) *ἰδεῖν αὐτόν*. [ut intelligamus, animadvertamus. ut Pyth. x. 116. *Ex Schedis.*] Tum nova sententia continuanda ad v. 29. *ἄγχι—κατέμαρψαν, ἦλθέ τοι N. Ad eundem modum, quo ager alternis quiescit et recreatur, etiam nunc alternis ex hac stirpe post avum prodit luctator Alcimidas.*

17. sqq. Similis sententia inf. Nem. xi. 50. *ἴδοσαν* pro *ἰδοῦσι*, et *ἵμαρψαν, μάρτυσι*. [vires resuperant. *Ex Schedis.*]

σιν ἐπηετανὸν πεδίων ἔδοσαν,
Τόχα δ' αὖτ' ἀναπαυσάμεναι σθένος ἔ-
μαρψαν, ἦλθέ τοι Νεμέας
Ἐξ ἐρατῶν ἀέθλων
Παῖς ἐναγώνιος, ὃς,
Ταύταν μεθέπων Διόθεν
Αἶσαν, νῦν πέφαντ' οὐκ ἄ-
μοιρος ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας,

Ε. ά. Κ. ιά.

Ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαν-
τος ἐὸν πόδα νέμων
Πατροπάτορος ὁμαιμίου.
Κεῖνος γὰρ Ὀλυμπιόνι-
κος ἐών, Αἰακίδαις
Ἔρνεα πρῶτος ἀπ' Ἀλφεοῦ,
Καὶ πεντάκις Ἰσθμοῖ
Στεφανωσάμενος, Νεμέᾳ δὲ τρὶς,
Ἔπαυσε λάθαν Σωκλείδα,
Ὃς ὑπέρτατος Ἀγησιμάχω
Υἱέων γένετο.

21. —μάρψαντ' malit Schmid. Sed variat antispastus. 25, 26. Editum erat:—εὐκ ἄμοι- 26. ροις ἀμφὶ κ. Ita alter versus syllaba auctus, alter deficiens. Interpolavit Schmidius: (v. ad v. 12, 13.) Αἶσαν αὖ πίφαντ' (Benedictus: ἰσπίφαντ') εὐκ ἄμοι-ροις ἂν ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας. At Pauw: Αἶσαν νῦν πίφαντ' εὐκ ἄ-μοιροις ἀμφὶ κ. κ. hoc recte. 34. Νίμεα Ald. 36, 7. Metricus Epodorum duo postrema cola paullo aliter ordinasse videtur. v. Pauw. 36. Ἀγησιμάχῳ Ald. Ἀγησίμαχος. f. ex Ἡγησίμαχος. ὑπέρτατος recte Schol. interpretatur περισσότερος. Perperam accepit etiam Plutarch. pro nobilit. p. 262. Anecd. Wolf. t. iv. ἐξοχώτατος. 37. Τίων al. Τίων metro postulante ex Aldo recepit Schmid.

[25. αἶσαν, institutum, pugilatum, studium, amplexus, Διόθεν, robore a natura dato favente, εὐκ ἄμοιρος, εὐκ ἀτυχής. Ea Schedis.]

27. Praxidamas notus ex eo, quod primus ex victoribus Olympicis statuam dedicavit, victor Olymp. lix. Paus. vi. 18.

Σ. β'. Κ. ιγ'.

Ἐπεὶ οἱ τρεῖς ἀεθλοφόροι
Πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς
Ἦλθον, οἵ τε πόνων
Ἐγεύσαντο. σὺν θεοῦ δὲ τύχᾳ
Ἕτερον οὔ τινα οἶκον
Ἀπεφάνατο πυγμαχία πλεόνων
Ταμίαν στεφάνων μυχῷ Ἑλλάδος ἀ-
πάσας. ἔλπομαι μέγα εἰ-

38. Variat in edd. ἐπεὶ οἱ et ἐπεὶ οἵ, priore modo, ut οἵ sit pro τῷ αὐτῷ, acceperunt Scholiastæ, et modo ad Soclidam, modo ad Agesimachum retulerunt: hoc quidem ita, ut ei, præter Soclidam, natu maximum, tres alii filii strenui athletæ fuerint. Pugnat Schmidius pro altera ratione οἱ τρεῖς, ut sint tres illi victores ex hac domo: Alcimidas, Praxidamas, Agesimachus, intervallo inter quemque relicto ignavi parentis: Alcimidæ pater, Theon, si Grammatico ad pr. credendum, Praxidamantis Soclides vel Socles, ut Didymus notat: neuter ἐναγώνιος. Schmidium sequuntur Benedictus et Pauw: et respicit sane sententia comparationem illam vss. 16. sqq. et est unice vera. 40. τε in οἵ τε abundare monet Schol. οἵ γε κ. Schmid. at Pauw.: ᾧ τε, ut sit: ἀρετᾶς ἄκρον, ᾧ καὶ Π. ἦ. Probo Schmidium: attamen οἵτε pro simplici οἵ, vel οἵτινες, frequenter occurrit. 43, 44. πλείονων ex ingenio Schmidius restituit, præeunte tamen Schol. πλείους ἀκτινοεχόντα στεφάνους. Vulgo deerat pes, etsi ταμίαν modo ad priorem modo ad posteriorem versum trahebatur. πυγμαχίᾳ Morell.

38. *οἱ τρεῖς* sunt *trini illi ex ea gente, qui gymnica certamina attigerunt, Agesimachus, Praxidamas, Alcimidas.* v. Var. Lect. Erat autem *Agesimachus* stirpis auctor. v. ad Argument.

45. Sequentia sic corrigenda:— *ἔλπομαι μέγα εἰπὼν τύχειν ἄνακτα σωσεῦ, ὥστ' ἀπὸ τέξεν λιής. εὐθυνὶ ἐπὶ τοῦτον, ἄγε, Μοῖσα, οὖρον ἐπίαν εὐκλέα.* [dirige carmen ἐπὶ τοῦτον τὸν οἶκον, ex qua familia, cujus tribules Bassidæ, fuere victores jam mortui digna poëtis materia. In his e tribu Bassidarum Callias 63. *Ex Schedis.*] Pessime duo diversa junguntur in vulgari lectione. Immo vero: *Videor mihi veram laudem pronuntiasse.* ὅστε pro ὅτε, *veluti.* Pergit v. 48.: *Verum missis aliis ex hac gente, hunc celebra, Musa, Alcimidam:* tum subjicit v. 50.: *majorum enim facta jam alii poetæ celebrarunt.* σφὶν refer ad οἶκον, iis qui ex ea gente sunt. εὐθύνειν οὖρον, *ventum moderari, ut secundus sit;* ut sup. Ol. xiii. 38. Ξενοφῶντος εὐθυνε δαίμονος οὖρον. Nam εὐθύνειν proprie, *dirigere, recta via aut regula ducere;* mox est omnino *regere, movere.* Hinc εὐθύνειν πόδα ap. Tragicos, et πῆμα, (cf. Euripid. Hec. 39.) ergo et οὖρον; et alia metaphora δίκας Pyth. iv. 273. Tum οὖρον ἐπίαν, ut Pyth. iv. 5. αὔξῃς οὖρον ὕμνων. Eodem tropo dixit Pyth. i. 88. εὐθύνειν ἅλα.

πὼν τύχεν ἄντα σκοπoῦ.
Ὥτ' ἀπὸ τόξου ἰεῖ-
σ' εὐθὺν ἐπὶ τοῦτον ἄγε,
Μοῖσ', οὖρον ἐπέων ἐϋ-
κλέα· παροιχομένων γὰρ ἀνέρων

A. β'. K. ιγ'.

Ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι τὰ καλά
Σφιν ἔργ' ἐκόμισαν.
Βασσίδαισιν ἅτ' οὐ

46. ἄντα σκοπoῦ τυχεῖν Schol. et vulgg. inde a Romana, turbato metro, etiam in ceteris. At Aldus, quem Crat. sequitur, —πὼν τυχεῖν ἄντα σκοπoῦ. Unde Schmidius eleganter: τύχιν ἀ. σ. dorica forma. nisi quis malit suspicari fuisse: —πὼν σκοπoῦ ἄντα τυχεῖν vel τυχίν. Dubito enim Pindarum ἄντα σκο- pro dactylo extulisse. Et alii apud Schol. scribebant: ἄν τινυχεῖν. Mingarellus inde effingebat τινύχιν, aut potius σκοπoῦ ἄντα τυχεῖν. De toto loco v. Notam. 47. ὅστι Schol. τὸ ὅστι Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ ὅστις φησίν. Pauw: ὅστι pro ἐφ' ᾧτι, quamobrem. et sic Aldus edidit. Reizius Prosod. gr. pag. 29. damnabat ὅστι, et factum volebat ὅστι ex ᾧτι. [Sic et vii. 90. et 137. *Ex Schedis.*] Apud Schmidium ἰσὶς aliqui: non vero in edd. 48. In εὐθὺν ultima syllaba producta requiritur. Schmidius præclare ad metrum et ad sensum, εὔθυν' ἰσὶ τοῦτον, ἄγε, nam εὐθύνειν οὖρον poeta et aliis locis dixit. Ol. xiii. 38. Πειθοῦνες εὔθυνε δαίμονες οὖρον. Pauwius, Schmidium et hic arrodens, fulcrum inserit εὐθύν γ'. 49, 50. vid. ad v. 12, 13. Erat 49. εὐκλία. 50. Παροιχ. At docet metrum, alteri versui -κλία esse attribuendum, ut una syllaba sit -κλῆ. Et ἀνίων prima longa, ut et apud Homer. et al. forte geminato νν. Schmidius: M. οὖ. i. ἰϋ-κλί'. Ἀποιχομένων γ. ἀ. Pauw. M. οὖρ. ἰπ. εὐκλί-α. παροιχομ. γ. ἀνίρ. Mingarell. Μοῖσ', οὖρον cum Aldo. 51. λόγιοι anapæstus pro spondeo vel iambo. Poterat tamen poeta scribere: Ἀοιδαὶ καὶ λόγιοι. Dubitat Pauw, an sic scripserit. Mingarellus putabat καὶ omitti posse, ut ἀοιδαὶ λόγιοι sint *facundi*, ut 75. aut λόγιοι esse pro dissyllabo, aut parendum esse Pauwio; mensuram esse versus pœonici, aut esse Iambicum impurum. Igitur manebimus in hoc, ut nihil moveamus. 52. Erat ἔργα ἐκόμισαν cum hiatu, et laborat metrum, nec debebant reluctari Oxonienses, quin cum Schmidio ἔργα κόμισαν scriberent, vel cum Aldo ἔργ' ἐκόμισαν. Vulgo inde a Romana ἔργα ἐκόμιξαν. quod et ipsum tuetur Pauw in penthemimeri iambico, nempe, puto, ut sit: ἔργ' ἐκόμιξαν. 53. Βουδίδαισιν Didymus scribere jubebat apud Schol. fuisse enim Æginæ gentem Budidarum a Budione aliquo duc-

51. λόγιοι post ἀοιδαὶ erunt *oratores*: nisi mavis *historicos*. cf. Pyth. i. 183. At inf. 75. sunt *poetæ*. ἐκόμισαν, celebrarant. κομίζειν nude sic positum accipio pro fovere, curare, adeoque carmine tractare.

Σπανίζει· παλαίφατος γενεὰ,
Ἴδια ναυστολέοντες
Ἐπιχώμια, Πιερίδων ἀρόταις
Δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμνον, ἀγε-
ρώχων ἐργμάτων ἔνεκεν.
Καὶ γὰρ ἐν ἀγαθέᾳ,
Χεῖρας ἰμάντι δεθεὶς
Πυθῶνι κράτησεν ἀπὸ
Ταύτας αἷμα πάτρας χρυσα-
λακάτω ποτὲ Καλλίας ἀδὼν

Ε. β'. Κ. ιά.

Ἔρνεσι Λατοῦς, παρὰ Κα-
σταλίᾳ τε Χαρίτων
Ἑσπέριος ὁμάδῳ φλέγεν·

tam. Perperam, si Bassidarum etiam vel gens vel tribus Æginæ fuit, unde oriundus Alcimidas. Hærebant Grammatici in interpunctione. 62, 63. v. ad v. 12, 13. Schmidius: Τᾶσδε αἷμα π. χρυσα-λακάτας π. Κ. ἀδὼν—Pauw: Ταύτας αἷμα πάτρας χρυ-σαλακάτα π. Κ. ἀ. At Mingarellus, esse antispastum truncatum: πάτρας χρυσα-, ut 86. 63. χρυσαλακάτα—Λατοῦς legebatur; hoc erat pro —άτου ab χρυσαλακάτης. hoc erit ὁ χρ. atqui h. l. est Latona. Recte Schmidius χρυσαλακάτας emendavit: male Pauw refragabatur post Oxonienses. Aut enim sic, aut χρυσαλακάτῳ est scribendum, ab ὁ καὶ ἡ χρυσαλάκατος, quod et placebat Mingarello. [—του Hermann. de Dial. Pind. p. xii. *Ex Schedis.*] Etiam Schol. χρυσηλάκατον δὲ εἶπε τὴν Λητώ. Porro ἄδων Ald. Rom. Crat. Brub. ᾄδων Morell. at ἀδὼν recte ex Schol. emendavit Steph. 64. Post Λατοῦς sustuli interpunctionem; pergit enim de iisdem Pythiis narrare.

55. Tribus, quæ ex suo medio, e suis tribulibus, præbet, χορηγεῖ, laudum materiem.

56. Πιερίδων ἀρόταις. Vidimus jam Pyth. vi. 2.

62. χρυσαλακάτῳ — Λατοῦς, ut est scribendum, *aureo sceptro ornatæ.* v. sup. Nem. v. 65. ἀδὼν, *probatus* ab Apolline et Diana, quatenus fuit victor Pythiis.

64. Callias in Pythiis cestu vicit et ibi (παρὰ Καστᾳλίᾳ) certamine finito, adeoque *circa vesperam*, *celebratus est carmine, quod, pompa ducta, victori incedenti accinebat turba.* ὅμαδος Χαρίτων est κῶμος, *pompa cum carmine.* ἴφλεγεν, *resplenduit, illustratus est*, ut Isthm. vii. 33. φλέγεται Μοίσαις, *carminibus celebratur*, et Pyth. v. 60. φλέγοντί σε Χάρις.

Πόντου τε γέφυρ' ἀκάμαν-
τος ἐν Ἀμφικτυόνων
Ταυροφόνῳ τριετηρίδι
Τίμασε Ποσειδά-
νιον ἀν' τέμενος· βοτάνα τέ νίν
Ποθ' ἁ λέοντος νικάσαν-
τ' ἔρεψ' ἀσκίοις Φλιοῦντος ὑπ' ὠ-
γυγίοις ὄρεσιν.

Σ. γ'. Κ. ιγ'.

Πλατεῖαι πάντοθεν λογίοι-
σιν ἐντὶ πρόσοδοι
Νᾶσον εὐκλέα τάν-
δε κοσμεῖν· ἐπεί σφιν Αἰακίδαι
Ἔπορον ἔξοχον αἶσαν,

67, 68. γίφυρα Κρεοντί-δαν ἐν Ἀ. vel. γίφυρα Κρεον-τίδαν Ἀ. legerat Schol. quod, ne ultimam in ίδαν corripi necesse sit, in Κρεόν-τιον Ἀ. mutavit Schmidius paullo audacius. Mingarell. Scholiasten legisse putabat: 67. Πόντου γίφυρα Κρεόν- 68. τιον Ἀμφικτυόνων, et esse pro Κρεοντίδαν. Creontis filium fuisse Alcimidam, etiam Schol. ad pr. ex Asclepiade notarat. Mirum est, unde is in locum involaverit: de Callia enim tribuli agitur. *Amphictyones* h. l. in Isthmiis, adeoque simpl. pro judicum consessu poni, notabile. Agonothetæ erant Corinthii. Amphictyonum conventum alium ad Calauriam ante Trœzenem observavit Schmidius ex Strab. (viii. pag. 574. A. B.). Pindari locus effugit Vandalium Diss. de Amphictyonib. c. 6. p. 466. Diss. [Nunc v. Ste.Croix *Gouvern. fedérat.* pag. 122. Agonothetas dictos fuisse Amphictyones. *Ex Schedis.*] 71. Melius scribitur ἀν', quam ἄν. 72. Mingarell. conj. πόθ' ἁ λέοντος νικῶντ' ἴ- 73. ερψι δασκίοις. vel, νικάσαν- 73. τ' ἴερφι δασκίοις. ut sit antispastus pentasyllabus ἴερφι δασκί—. Contra τ' ἴερφ' ad formam reliquorum colon Schmidius. Versum sic se habuisse credo: τ' ἴερφ' ἀσκίοις Φλιόντος ὑπὸ 74. Ὠγυγίοις ὄρεσιν. ἄσκιος per δάσκιος exponit Schol. *umbrosis montibus*. Atqui potuit esse mons nudus arboribus. 75. Forte πλατεῖα πίλιν θος sic in versu Bacchylidis ap. Plutarch. in Numa pag. 62. D. proverbii loco dictum.

67—71. Fuit et victor Isthmiis. Consessus agonothetarum renuntiavit eum victorem. v. V. L. Isthmus ἱερόμησος sc. νίν, αὐτόν.

71—74. Νεμεαικὸν σέλινον ἐστεφάνωσεν αὐτόν. ἀγύγια ἔρη, jam olim nota.

75. λόγιοι sunt *poetæ*, (cf. ad v. 51.) et ad eos spectat σφίν v. 78. Sententia similis inf. Isthm. vi. 31. sq.

[79. αἶσαν. conditionem: quod satis materiæ habent. *Ex Schedis.*]

Ἀρετὰς ἀποδεικνύμενοι μεγάλας.
Πέταται δ' ἐπί τε χθόνα καὶ διὰ θα-
λάσσας τηλόθεν ὄνυμ' αὐ-
τῶν· καὶ ἐς Αἰθίοπας,
Μέμνονος οὐκ ἀπονο-
στάσαντος, ἐπᾶλτο. βαρὺ
Δέ σφι νεῖκος ἔμπεσ', Ἀχιλ-
λεὺς χαμαὶ καββαὶς ἀφ' ἁρμάτων

Α. γ'. Κ. ιγ'.

Φαεννᾶς υἱὸν εὖτ' ἐνάρι-
ξεν Ἀόος αἰχμᾷ
Ἔγχεος ζακότοι-

81. Puto ante oculos locum fuisse Thucydidi ii. 41. 82. γ' inseruit Schmidius ex Aldo, qui idem male *οὔνεμ'*. Mingarell. conj. *τηλόθ' οὔνεμα κῦ*, vel *τῆλε*, hiatu illato. *τηλόθεν* est *a stirpis inde origine*, vel *a longo inde ævo*. 85. *ἴπαλτο* alii olim apud Schol. (ut a *πάλλω* esset, pro *ἰπίπαλτο*. Simili modo peccatum apud Homer. Intpp.) sed *ἰφῆλτο*, *ἰφᾶλτο*, *ἰπᾶλτο*. Porro *ἀπονοστήσαντος* expectabam. Habet dorismus locum in verbis in *αω*: ita recte *στάσω*, *στάσομαι*: non in *ιω*. Ita est *κρατήσω*, non *κρατάσω*, *ἰδώμεθα*, *χώρεθα*. Variat *φιλίω*. *ἰφίλησε* Pyth. ii. 30. ix. 34. At mox Nem. vii. 129. *φιλήσαντα*. *ὕμνεων* et *ὑμνᾶσαι*. 86, 7. v. ad v. 12, 13. Schmidius: *δί σφι νῖκος ἴνδιξ' Ἀχιλ-λίος ἴς, καναβὰς* (vel *καναβᾶσ'*) *ἀφ' ἁρμά-των*. Pauw: *Δί σφι νῖκος ἴμπεσ'. Ἀχι-* (ut sit antispastus truncatus. cf. 62.) *λεὺς χ. καναβαὶς ἀφ' ἁ*. 86. *σφι* bene Schmid. cum Aldo. Vulgo *σφιν*, quod tamen in antispasto nil referre censet Pauw. 87. *καββὰς* nimis reconditum, quam ut a librario profectum videri possit. Vidit et Pauw. qui et conj. *χαμᾶζε καββαὶς*, etsi *καναβαὶς* non minus metrum ferret. 89. *Ἀόος* legendum cum Schmidio et Pauwio: ut anapæstus pro tribrachy sit. *ἀκμᾷ* tamen conjicit alter, ut verus sit tribrachys. Vulgo *Ἀοῦς*. 90. *ζακότοιο*. nota vox de iracundo. At Schol. a *δίκρων ἴππων* petunt illustrationem, *binas cuspides habere*. An *ζάκρεπτον* legerunt? [Hermann. de Dial. Pind. pag. xvii. *βαρὺ δί σφι νῖκος ἴμπας, Καββὰς Ἀχιλεὺς χαμαὶ ἂν ἀφ' ἁρμάτων Φαεννᾶς υἱὸν ἰδ' ἰνάριξεν Ἀόος ἀκμᾷ Ἔγχεος ζακότοιο. Ex Schedis.*]

83. Jam attigerat hæc Nem. iii. 106. add. Isthm. viii. 116.

90. *Ἔγχεος ζάκοτον*, ut ap. Horat. *iracunda Jovis fulmina*, et in fragm. Pind. p. 42. de magnis imbribus *ὕδωρ ζάκοτον*. Doctum est ad h. v. Scholion, a re tamen alienum.

ο. καὶ τάνδε μὲν παλαιότεροι
Ὁδὸν ἁμαξιτὸν εὗρον.
Ἕπομαι δὲ καὶ αὐτὸς ἔχων μελέταν.
Τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον
Αἰεὶ κυμάτων λέγεται
Παντὶ μάλιστα δονεῖν
Θυμόν. ἑκόντι δ' ἐγὼ
Νώτῳ μεθέπων δίδυμον
Ἄχθος, ἄγγελος ἔβαν, πέμ-
πτον ἐπ' εἴκοσι τοῦτο γαρύων

Ε. γ'. Κ. ιά.

Εὖχος ἀγώνων ἄπο, τοὺς
Ἐνέποισιν ἱεροὺς,
Ἀλκιμίδας τό γ' ἐπάρκεσε
Κλειτᾷ γενεᾷ. δύο μὲν
Κρονίου πὰρ τεμένει,

91. καὶ ταύταν μὲν metrum vitiat. Schmidius: καὶ τάνδε μέν. poterat in hoc acquiescere Pauw. Sed ipse contortius: καὶ ταῦτα μὲν, ut per epexegesin ἁμαξιτὸν ὁδὸν subjungatur ad ταῦτα. Mingarell. tentat: 90. ἴγχιος ζαλόταν. 91. καὶ ταύταν μὲν οἱ π. vel: 90. ἴγχιος ζαλόταν. 91. ο. ταύταν δέ μιν π. 99, 100. v. ad v. 12, 13. Schmidius: Ἄχθος ἄ. ἴδαν τὸ πίμπτον ἐπ' εἴκ. Pauw reliquit versum ut satis sibi constantem. 103. Ἀλκιμίδα ἔ γ' ἐ. κλειτὰ γενεὰ Schmidius temere.

91. *Jam veteres latam hanc laudum viam ingressi sunt*: scil. Æacidarum.

93. *Incedo et ipse hac via.* ἔχων μελίταν accipio de poetica meditatione, adeoque de ipso carmine pangendo: *quoties hymnum compono.*

94. Nunc a digressione ad victorem redit. Τὸ πὰρ ποδὶ scil. κῦμα, vel ut ποὺς νηὸς dicatur, vel ut ποὺς sit pro πηδάλιον, ut Odyss. κ. 33. Dictum est ut vulgare: *res quæ est ante pedes*, h. e. proxima. [πὰρ ποδὸς Pyth. iii. 108. x. 97. *Ex Schedis.*] — Tum 95. μάλιστα (κατὰ τῶν) κυμάτων junge.

97. Duplex munus suscepit, alterum Alcimidæ, alterum familiæ laudandæ. μεθέπων, *subiens.* ἄγγελος iterum *præco.* Erat gentis victoria vigesima quinta.

104—8. δύο μὲν Κρονίου πὰρ τεμένει, παῖ, σέ τ' Ἰσθμιον, Τιμίδα, κλᾶρος πρεσβυτὰς ἄν- δ' Ὀλυμπιάδας. *duas victorias Olympicas tibi, o puer, et tibi, o Timida, eripuit sors jacta.* Obscurus locus, nec juvat Schol. cujus sunt verba: κληρω-

Παῖ, σέ τ' ἐνόσφισε Τιμίδαν
Κλᾶρος προπετὴς ἄν-
δρ' Ὀλυμπιάδος: δελφῖνί κεν
Τάχος δ' ἅλμας ἴσον εἴποι-
μι Μελησίαν, χερῶν τε καὶ ἰ-
σχύος ἀνίοχον.

106. Παῖ, σέ τ' diserte Rom. παῖ, σ' ἔτ' Aldus, unde Crat. Brub. παῖ' ἔτ'. reduxit Romanam lectionem Morell. Steph. [At quomodo repente nunc de Timida? et cur eum, cum adhuc puer esset, sors exclusit? *Ex Schedis.*] Mox annon leg. σέ τ' ἐνέσφισε, Τιμίδα? Nunc et Mingarellus idem probavit. Timidas alius seu cognatus, an frater, seu tribulis, cum Alcimida per sortem exclusus lucta in certamine Olympico. An veram rei rationem Scholia exponant, dubito. v. Not.

ἔδοξε οὗτοι παίδων ἀγωνίσασθαι, μεταξὺ γενειάσαντες, ἐξεκρίθησαν τοῦ ἀγῶνος, quod absurdum est, inter sortitionem enatam esse lanuginem; saltem sic reingenda sunt: κληρωθέντες οὗτοι παίδων ἀγωνίσασθαι μεταξὺ, γενειάσαντες ἐξεκρ. Sorte componebantur paria in lucta et in pugilatu ac pancratio: cf. Ol. viii. 90. Pyth. viii. 117. Nem. x. 50. et notus est locus apud Lucianum. v. Faber Agonist. i. 25. Sorte quoque constitutum, qui prior an posterior prodiret. Ita et in certamine musico. v. Antigon. Caryst. 1. et ibi Niclas pag. 3. Inter sortitionem adeo intellectum est, non amplius in puerorum numero eos esse habendos. Nec tamen his expeditam rem videas; quæ enim in hoc culpa *sortis?* et tum, si jam antea inter ephebos habitus et ex puerorum certamine exclusus fuit Alcimidas, quomodo hoc in carmine, quod serius est, lucta in παισὶ vincere potuit? Scilicet, quantum sine historica fide ex verbis efficere licet, videntur Alcimidas et Timidas sorte cum tam robustis et exercitatis luctatoribus comparati fuisse, ut vinci eos necesse esset. Magni enim ad certamen momenti esse debuit, componerenturne aliquis cum fortiore an cum minus forti. In fine ἀνίοχον de magistro et alipta dixit. De usu vario vocis v. Jacobs Animadvv. p. 308. [*Melesias* Ol. viii. 71. Nem. iv. 151. *Ex Schedis.*]

NEMEA.

ΕΙΔΟΣ ζ'.

ΣΩΓΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗ,

ΠΑΙΔΙ, ΠΕΝΤΑΘΛΩ.

ARGUMENTUM.

SOGENEM jam nascendo esse pentathlo destinatum, nunc victorem carmine dignum, præmio consentaneo præclare factorum :—16. quo celebritatem illa assequuntur, interdum quoque ipsa re majorem, exemplo Ulyssis.—48. Carmine est celebrata fama Neoptolemi ex Æacidis: ad cujus fata digreditur. —78. Inde ad Æginam, Thearionem, victoris patrem, et ad ipsum victorem redit—117. vota facit ad Jovem Nemeorum præsidem, ejusque filios, Æacum et Herculem, pro puero victore. Sub finem 150. Neoptolemum redit et deprecatur narrata de ejus morte, ne in eum peccasse videatur.

Σ. ά. Κ. ιβ'.

ΕΛΕΙΘΥΙΑ, *πάρεδρος Μοιρᾶν βαθυφρόνων,*
Παῖ *μεγαλοσθενέος, ἄκουσον,*

Sogenes, Thearionis f. Ægineta, pentathlo victor Nem xiv. quam in Ol. lxxix. 2. incidisse, acute conjicit Corsin. Diss. agonist. p. 52, 53. ut prima Nemeas numerari cœperit instauratis Nemeis ludis Ol. lxxii. 4. qui proximi a pugna Marathonia fuerunt. 1. Εἰλείθυια primum corrupte Brub. inde Morell.

1—6. Cur Ilithyiam invocet Pindarus, multa comminiscuntur Grammatici. Aristodemus, Aristarchi discipulus, tradiderat, Thearioni seni ex votis

Ἥρας, γενέτειρα τέκνων· ἄνευ σέθεν
Οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν
Τεὰν ἀδελφεὰν ἐλάχομεν
Ἀγλαόγυιον Ἥβαν.
Ἀναπνέομεν δ' οὐχ ἅπαντες ἐπὶ ἴσα·
Εἴργει δὲ πότμῳ ζυγὸν
Ἕτερον ἕτερα. σὺν δὲ τὶν

Steph. etsi et hoc metrum antispast. ferret. Tum κάρισδες Schmid, at Pauw inverse legi vult: Μοιρᾶν κάρισδες β. 5. ἀδιλφιὰν trisyllabum est. Itaque ἀδιλφὰν Schmid. λάχομεν Ald. et hoc concinniorem reddit iambicum ad sensum Mingarelli. 7. ἐπὶ ἴσας vitiose Ald. 8, 9. πότμῳ Ald. Morell. et Paul. Steph. Tum Θ' ἕτερον edd. ἑτέρᾳ Ald. Rom. Crat. At Brub. Morell. Steph. ἕτερα. hoc recepi, cum alterum importunum sit. Interpretatio varie, sed ubique parum commode, instituta locum fecit Schmidii emendationi: εἴργει δὲ πότμῳ ζυγίν-Θ' ἕτερον ἕτερα, *alia alium fato suo copulatum arcent et prohibent*: ingeniosæ, etsi non probandæ. Ex Oxonienss. nihil facile proficias. πότμῳ ἑτέρᾳ pro ἑτέρου nemo ferat, et τὸ ζυγὸν nemo dixit, (nisi τὰ ζυγὰ, *transtra* navis) sed ὁ ζυγός. v. Intpp. ad Iliad. ω. 268, 9. et al. Pro Θ' conjiciunt Γ'. Pauw tuetur vulgatam lectionem et sic exponit: *alia* (τὰ ἕτερα) *vero arcent sortis stateram aliam*, in locum alium atque alium propellunt, ut non eodem vergat. Parum diserte. Hoc, puto, voluit:

ad Lucinam factis Sogenem fuisse natum. At enim cogitandum est, poetæ id esse familiare, φυᾷ, ἐκ φυῆς, *virtutem ventre*, etiam *corporis*. Itaque *Lucina puerum statim nascendo aptum facit ad* ἄθλησιν, dum corpus robustum et agile natura ei contigit. Præclare autem attemperatum est totum phantasma poetæ, quod vulgari oratione sic enuntiatum esset: Ipsis statim natalibus Sogenes sortitus est robur corporis tam insigne, ut nunc puer victor sit in pancratio.

3. ἄνευ σέθεν σύ, h. σὺν σοὶ, *tuo numine*. Porro volebat dicere ἄνευ σέθεν οὐκ ἐλάχομεν (pro λαγχάνομεν) ἥβην: nam nisi nascendo validum corpus nacti sumus, pubertatem non attingimus: ornavit hoc, *nascendo seu die seu noctu*: ἢ φάος ἢ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν: prorsus ut Pyth. iv. 455. ἅμας ἢ νύκτας, et de morte Nem. vi. 10—13. Invertit referendo ad οὐ. οὐκ ἐλάχομεν, (οὐ) φάος οὐ δρακέντες εὐφρόναν.

8, 9. εἴργει δὲ πότμῳ ζυγὸν ἕτερον (τὰ) ἕτερα. vid. V. L. Dixerat v. 7. *Non omnes ad eandem sortem nascimur.* ὁ ζυγὸς est aut *de lance* aut *de jugo* accipiendum. Utrique conveniret εἴργει, quatenus vel pondere deprimitur lanx, vel interjecto temone disjunguntur boum paria: prius tamen præferam. Possunt referri hæc ad Ilithyiam, si εἴργεις scribas: *tu* nascendi statim sorte *lancem fati alteram deflectis in alteram partem*: ἕτερα, ut est scribendum, h. εἰς τὰ ἕτερα, ἑτέρως: ut altera, seu bonæ s. adversæ fortunæ, depressior sit. Atque hæc placere possunt præ altera ratione, ut πότμῳ ζυγὸς scribatur, isque subjectum sit. Mox σὺν δέ τιν, διά σε γιγνώς. et 11. ἀείδεται, quia Æginetæ certaminum studiosi sunt adeoque carmina in victores amant.

Καὶ παῖς ὁ Θεαρίωνος ἀρετᾷ κριθεὶς
Εὔδοξος ἀείδεται Σω-
γένης μετὰ πενταέθλοις.

A. α'. K. ιβ'.

Πόλιν γὰρ φιλόμολπον οἰκεῖ δορικτύπων
Αἰακιδᾶν. μάλα δ' ἐθέλοντι
Σύμπειρον ἀγωνίᾳ θυμὸν ἀμφέπειν.
Εἰ δὲ τύχῃ τις ἔρδων, μελίφρον' αἰτίαν
Ῥοαῖσι Μοισᾶν ἐνέβαλεν.

proprie in trutina dissilientibus impari pondere lancibus ζυγὸς ἕτερος εἶργεται, *lanx altera disjungitur* pondere suo ab altera, h. in alteram partem vergit. Ut itaque pondus, sic h. l. τὸν ζυγὸν πότμου ἕτερον, *alteram sortis lancem*, (h. alterius sortem) εἴργει ἕτερα, *deprimunt, inclinant, diversa*: h. diversa diversorum hominum sunt fata, adeoque οὐχ ἅπαντες ἀπαντόμεν ἐπὶ ἴσα, *non eadem omnes conditione ac sorte vivimus*. Si ζυγὸς scriptum esset, expeditior forte esset ratio: πότμου ζυγὸς εἴργει (τὸν) ἕτερον ἕτερα h. ἑτέρως, *sic* ἕτερον μέρος, *fati jugum alium disjungit alio diversis partibus*, fere ut inf. repetit v. 79. sq. nam ad *jugi* notionem ducit ipsa res et εἴργει et ἴσα. Ut jugum εἴρει jungit, συζευγνύει, sic et διαζευγνύει, disjungit, ut alter compariam diversum, temone medio interjecto, sortiatur locum. Fatum igitur, quod alii aliam assignat sortem, tanquam jugo imposito disjungere mortales dixerit poeta. Θ', si retinendum est, jungo cum δὲ, ut sit: εἴργει δέ τε. Sed deletum et ipse malim. [Forte expeditior est oratio, si εἴργεις scribitur, ut ad Ilithyiam hæc spectent: *tu es illa quæ*. nam sequitur σὺν δὲ νὺν —. Sententia est illa frequentata, quam etiam monostichis pluribus expressam habemus ap. Stobæum Ecl. i. 13. in quibus est: Γενητῷ τὸ θεῖον εὐτυχῆ δυσήμερος. hominis Christiani, quod, si sensum habuit, esse debuit εὐτυχῆ καὶ δυστυχῆ aut simili modo. Ex *Addendis*.] 11. ἔνδοξος Ald. cum Schol. 15. In σύμπειρον argutantur Intpp. Est pro ἔμπειρος, ἄμπειρος, ἐν τοῖς ἀγῶσι, adeoque ἀγωνίᾳ. [16. εἰ τύχῃ, quod alias solœcum, pro εἰ τύχοι. ita tamen v. 22. Isthm. iv. 69. v. 17. cf. Northmor. ad Tryphiodor. 298. Ex *Schedis*.] 17. ἐνέβαλεν Schmidius ex Schol. monente metro restituit. vulgo ἔβαλεν. fere ut Ol. xiii. 22. ἐνέβαλον. Pro ῥοαῖσι alter Schol. σπουδαῖσι aut legit aut interpretatur. Alter reddit ῥεύμασι, recte, si de libatione accepit.

14. ἰθέλοντι (*amant si πολῖται* ex πόλιν) ἀμφέπειν θυμὸν (ἔχειν) σύμπειρον (εἶναι ἔμπειροι) ἀγωνίᾳ, ἐν ἀγῶσι.

16. τυχεῖν iterum pro τύχοι, ut sup. iv. 148. Ol. ii. 93. ἔρδων (præclara exsequendo, factis) ἐνέβαλεν αἰτίαν, *præbet argumentum*, ὕλην, ῥοαῖσι Μοισᾶν, *libationibus Musarum*, carminibus, ut Pyth. v. 154. viii. 81. Isthm. vi. 30. vii. 26. [scil. non libatur Musis; sed a Musis laudes, carmina. Ex *Schedis*.]

Ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαὶ
Σκότον πολὺν ὕμνων ἔχοντι δεόμεναι.
Ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσο-
πτρον ἴσαμεν ἐνὶ σὺν τρόπῳ,
Εἰ Μνημοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος
Εὕρῃ τις ἄποινα μόχθων
Κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.

E. ά. K ζ'.

Σοφοὶ δὲ μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον

21. ἐνὶ σὺν τρόπῳ languere visum Pauwio: itaque refinxit: ἐν ἴσον τρόπῳ h. ἴσοπτρον ἰσότροπον, *æquale ingenio*. Enimvero ἐν sic multo magis friget. 23. εὕρῃ τις metrum manifeste requirit, et audire debebant Schmidium Oxonienses: qui retinuere εὑρηταί τις. Mox v. 25. de εὖρῳ accipiendum: *secundo vento spirante* maturant navigationem. οὐδ' ὑπὸ κέρδει βάλον, *neque post lucro ponunt*, vertitur, quo jure, nescio; nisi voluerunt: ὑπίβαλον κέρδει, *subjecerunt lucro*, lucri studium potius habentes. Nec melior ratio, nec quicquam ad rem in Scholiis occurrit. Itaque v. Notam.

18. ἄλκαὶ, ut ἀρεταὶ, τὰ κατορθώματα. mox ἔργα.

20. Conspiciuntur præclara facta in carmine, tanquam in speculo; splendor factorum hymno quasi reflectitur. Sententia sæpe frequentata, nunc novo et ingenioso invento ornata, quod non nisi carmine celebrata facta inclarescunt, et quod claritas obtingit tanto major, quo major carminis est claritas. Transtulit hoc idem postea ad se historia: καθόλου δὲ φαίνεται πᾶν τὸ πραχθὲν τοιοῦτον, ἑκατὸν ἂν ἡ τοῦ λέγοντος δύναμις παραστήσῃ, ipse Diod. i. 2.

25. *Qui sapit, de poetarum carminibus*, per quæ factorum gloria et fama servatur, *mature cogitat*: *quemadmodum*—. Atqui ex more suo solum comparans ponit: *periti nautæ de tempestate multo ante cogitant, quam illa ingruit.* μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον, *vel* omnino *finitum pro infinito* posuit, *vel*, nisi hoc nimis argutum est, cum respectu ejus quod *de insula Lipara* narrari solet: *e cujus fumo, quinam flaturi sint venti, in triduum prædicere incolæ traduntur.* v. Plin. iii. 9. 14. Strab. vi. p. 423. C. — Obscurum est: ἴμαθον οὐδ' ὑπὸ κέρδει βάλον h. βάλλουσι videntur contrarium ejus innuere, quod sententia postulat; [nam lucrum est in vento secundo flante. Sed f. dum inhiantes lucro moram faciunt, ut eo uti nequeant ad navigandum idoneo. *Ex Schedis.*] unde conjicias forte: οὐδ' ἀπὸ κέρδει βάλον, pro ἀπίβαλον. Est tamen mos poetæ a contrario synonymiam petere: οὐδὲ ἴβαλον, *nec negligunt*, h. e. et observant, ὑπὸ, σὺν κέρδει, *sagaciter*. Etsi vel sic ἀπὸ — βάλον verius esse arbitror, inscite mutatum propter κέρδει. — Pergit v. 26. *Morimur omnes, nec nostri memoria superstes est nisi per carmina.*

Ἔμαθον, οὐδ' ὑπὸ κέρδει βάλον.
Ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου
Παρὰ σᾶμα νέονται.
Ἐγὼ δὲ πλέον ἔλπομαι
Λόγον Ὀδυσσέος, ἢ πάθεν,
Διὰ τὸν ἀδυεπῆ γενέσθ' Ὅμηρον.

Σ. β'. Κ. ιβ'.

Ἐπεὶ ψευδέεσσίν οἱ, ποσανᾷ μαχανᾷ,
Σεμνὸν ἔπεστί τι· σοφία δὲ
Κλέπτει παράγοισα μύθοις. τυφλὸν δ' ἔχει
Ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος. εἰ γὰρ ἦν
Ἐὰν ἀλάθειαν εἰδέμεν,
Οὔ κεν ὅπλων χολωθεὶς
Ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν
Λευρὸν ξίφος· ὃν κράτι-

27. Ἀφνεός τι Rom. cum seqq. edd. Ejecit τὸ τὶ Schmid. sec. Aldum. 28. σᾶμα Ald. 29. πλέον' Schmidius; sc. λόγον, *majorem famam*, nec adeo male; sed et illud elegans: *equidem suspicor* λόγον γενέσθαι πλέον (κατὰ πλέον, *narratum esse amplius quam*) ἢ πάθεν. 30. Ὀδυσσέως Ald. 32. Oxonienses ediderant ποσανᾷ γε μ. Laborat versus vulgari lectione. Schmidius ad formam reliquorum refinxit: ἐστὶ ψευδέεσίν οἱ ποσανᾷ γε μαχανᾷ. quæ respondent utique antitheticis. Contendit Pauw, duplicis iambi locum in medio posse antispastum obtinere: —εσσίν οἱ πο-. [Hermann. ad Orph. pag. 788. ἐστὶ ψεύδεσί οἱ ποσανᾷ τι μαχανᾷ. *Ex Schedis.*] 36. ἰὰν et ἰὰν jam olim in libris variavit. v. Schol. Aldus ἰὰν, Rom. Ἰὰν, unde ἰὰν cum ἰάν in marg. Crat. sed cett. ἰάν. *suam quisque* Pauw exponit. Mihi sic videtur: *si enim posset vulgus veritatem, quæ ad se spectat, perspicere,* non

27, 28. σᾶμα θανάτου. ut alibi δῶμα θανάτου. *ingrediuntur sepulcrum.* Horat. ii. 18. 29. *Æqua tellus pauperi recluditur Regumque pueris.*

32. σεμνόν τι ἔστεστι ψευδέεσσίν οἱ, *figmentis* Homeri, ποσανᾷ μαχανᾷ, arte, quæ ingenii vi sublimia tentat. Similiter Pyth. viii. 46, 47. ἁμᾷ ποσανὸν ἀμφὶ μαχανᾷ. sublime evolat vis ingenii, et tum ipsum carmen. Est autem μηχανὴ instrumentum, et opus, et ars, et vis. σοφία δὲ—cf. Ol. i. 45. sq. *poetæ ingenium, ars.*—34. *Ad verum enim perspiciendum vulgus cæcutit.* 35. Quod exemplo Achivorum patet. εἰ γὰρ ἦν, ἔξῆν, δυνατὸν ἦν, τὸν ὅμιλον εἰδέναι τὸ ἀληθὲς καθ' ἑαυτὸν, τὸ καθ' αὑτὸν ἕν.—38. Iterum Nem. viii. 39.

[39. λευρόν. πλάγιον, λεῖον. v. Schol. *Ex Schedis.*]

στραν, Ἀχιλέος ἄτερ, μάχᾳ
Ξανθῷ Μενέλα δάμαρτα κομίσαι, θοαῖς
Ἐν ναυσὶ πόρευσαν εὐθυ-
πνόου Ζεφύροιο πομπαὶ

Α. β'. Κ. ιβ'.

Πρὸς Ἴλου πόλιν. ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται
Κῦμ' Ἄϊδα, πέσε δ' ἀδόκητον
Ἐν καὶ δοκέοντα. τιμὰ δὲ γίνεται,
Ὧν θεὸς ἀβρὸν αὔξει λόγον, τεθνακότων
Βοᾷ θοῶν. τοὶ γὰρ μέγαν
Ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου

suffragiis suis adjudicasset Achillis arma Ulyssi, et Ajacem iis privatum ad mortem adegisset. Tum ἰδίμιν Schmid. potest tamen dactylus pro anapæsto locum tueri. 40. Ἀχιλλίος ante Schmid. 41. Interpungebatur post κομίσαι θοαῖς in ναυσί. 45. Ἄϊδα ad metrum bene Oxonienses refinxerunt. vulgo inde ab ed. Rom. Ἄϊδας. Ordo autem: πίπτει δ' (πίπτει αὐτὸ, τὸ κῦμα, irruit) ἐν (εἰς dorice) ἀδόκητον καὶ (εἰς τὸν) δοκέοντα. h. ἐνίστησι τῷ ἀδ. καὶ δ. Aldus: κῦμ' Ἄϊδας πίε' ἀδόκητον. nec ipsum male. Schmidius tamen hinc cum Rittershusio legit: Κῦμ' Ἄϊδας πιὸ' ἀδόκητον (h. μετὰ ἀ.) ἐν (εἰς) καὶ δοκέοντα. Pauw suspicatur, lectum olim fuisse: ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἐρπετὸν Κῦμ' Ἄϊδας πίε' ἀ. ut sit *fluctus adrepens*. Mox et conjicit: Ἐν κἀδοκήτοντα h. καὶ ἀδοκήτοντα, quod non capio post ἀδόκητον. 48. βοᾷ θοῶν erat. Interpungitur inde a Romana, nam Aldus nullam habet distinctionem: ita βοᾷ θόους simpliciter sunt *viri fortes*. Volunt veteres βοᾷ θόους esse pro βοᾷ θός. v. ad Iliad. ν. 477. Nullus tamen dubito, falso a grammaticis hoc tradi, et fuisse βοᾷ θοὸς, *celer in pugna*, agilis. Et βοᾷ θοῶν h. l. Veteres, Didymo in Scholiis auctore, interpunxerunt: Τιμὰ

44. Redit ad superiora v. 27. Sed, ut dixi, *mortis fluctus*, Κῦμ' Ἄϊδα κοινὸν (κοινῶς) ἔρχεται (*irruit*) καὶ ἐνίστησι (ἐμπίπτει εἰς) ἀδόκητον καὶ δοκέοντα. (*in claros et in obscuros*. Sic apud Atticos scriptores οἱ δοκοῦντες *illustres, principes* sunt. Ita et in verss. ap. Stobæum Ecl. i. 3. 22. καθιλὼν μὲν δοκέοντ', ἀδόκητον δ' ἐπαείρων. Vulgo, etiam in Scholiis, est *in non opinantem et in expectantem*. ita novo usu ἀδόκητον active dictum est. Mingarellus ad κῦμα refert: *Incidit fluctus orci inexpectatus etiam in clarum virum.*) τιμὰ δὲ γίνεται (τιμῶνται), *honor*, nomen ad posteros, *obtingit iis*, ὧν θεὸς ἀβρὸν αὔξει λόγον, *quorum famam pulcram fovet, celebrat, numen* carmine. Forte θεὸς est ἡ θεὸς, Musa.

46, 7, 8. Ut nunc interpungitur, et recte, est: τιμὰ δὲ γίνεται τῶν βοᾷ θοῶν τεθνηκότων, ὧν θεὸς ἀβρὸν αὔξει λόγον. *virorum fortium honos morti manet superstes, qui carmine celebrantur*. Probat exemplum Neoptolemi. [clarus ille est per poëtarum carmina post mortem. *Ex Schedis.*] 48. καὶ γὰρ, *et sane*.

Ἔμολε χθονὸς, ἐν Πυθίοισι δὲ δαπέδοις
Κεῖται, Πριάμου πόλιν
Νεοπτόλεμος ἐπεὶ πράθεν·
Τᾷ καὶ Δαναοὶ πόνησαν. ὁ δ' ἀποπλέων
Σκύρου μὲν ἅμαρτεν· ἵκον-
το δ' εἰς Ἔφυραν πλαχθέντες.

Ε. δ'. Κ ζ'.

Μολοσσίᾳ δ' ἐμβασίλευεν ὀλίγον
Χρόνον· ἀτὰρ γένος αἰεὶ φέρεν
Τοῦτό οἱ γέρας. ᾤχετο δὲ πρὸς
Θεὸν, κτέατ' ἀνάγων Τρω-
ΐαθεν ἀκροθινίων.
Ἵνα χρεῶν νιν ὕπερ μάχας

δὲ γίνεται ὧν θεὸς ἀδρὸν αὔξει λόγον. Τιθραικίων βαθέων τοὶ γὰρ etc. continua oratione usque ad πράθεν. sed male hæc Grammatici interpretantur. Nam per hyperbaton hæc essent dicta, et jungenda : Νεοπτόλεμος, ἐπεὶ πράθεν Πριάμου πόλιν τιθραικίων βαθέων, *cæsis defensoribus*, sc. Hectore et aliis. At durissimum hoc esset hyperbaton. De τοὶ γὰρ dubitat Schmidius : nisi est in Iambico spondeus pro dactylo, qui cetera cola obtinet. 50. Ἔμολον olim lectum fuit, ut ex Schol. apparet ; videntur scilicet fuisse, qui jungerent : τοὶ (οἱ) Ἔμολον, et sequitur v. 54. Ἔκειντο. Μόλεν Schmid. potius μόλε χθονὸς, quod verum arbitror. Pauwio anapæstus pro iambo est. Mox idem recte ad metrum ἐν Πυθίοισι δὲ δ. Pauw tamen v. 121. suspicatur, Dores primam in δάϊδες produxisse. 51. Πριάμε ex Aldo Schmidius. Alii Πριάμοιο, invito metro. περάθεν Ald. vitiose et mox Σκίρου. 52. In Νεοπτόλεμος una syllaba pronuntiandum Νεο- 53. τῇ Ald. Scholium explicat : ὑπὲρ ἧς, ἀφ' ἧς. Aldus : ἀπὸ πλέων. 55. πλαγχθέντες alii. πλαχθέντες ex Aldo Schmid. Nec tamen vel sic facile syllaba corripitur. 56. Sic Schmid. ex Aldo dedit. Romana et seqq. Μ. δ' ἐν β. 57. αὐτὰρ Ald. αὖ sola Crat. φέρειν Rom. Brub. Morell. 59. κτέαν' recte. v. Pauw. Schmidius ἔὐκτ', *votiva dona*, immutaverat. Idem : Τρο-ΐαθεν. 60. -ΐαθέν γ' Pauw. Mox erat : Τρωϊάθεν, ἀκροθινίων δ' 61. Ἵνα χρειῶν, nullo cum sensu. Bene δ' sustulit Schmidius : idem jubet facere Pauw, et clauditur sententia : Ὤχετο δὲ πρὸς θεὸν, κτέαν' ἀνάγων Τρω-ΐαθεν ἀκροθινίων. Ἵνα κ. 61. χρειῶνες vitiose Ald.

[55. Ephyra Epiri. v. Schol. et Stephan. Byzant. *Ex Schedis.*]

57. τὸ γένος αὐτοῦ φέρειν, ἴσχε, τὴν βασίλειαν ἀεί.—58. Delphos adiit Neoptolemus dedicandarum nuptiarum caussa : (ἐκ) τῶν ἀκροθινίων.

61. Super victimarum carne jurgio orto, ad ipsam aram : Paus. x. 24. p.

Ἔλασεν ἀντιτυχόντ' ἀνὴρ μαχαίρᾳ.

Σ. γ'. Κ. ιβ'.

Βάρυνθεν δὲ περισσὰ Δελφοὶ ξεναγέται.
Ἀλλὰ τὸ μόρσιμον ἀπέδωκεν.
Ἐχρῆν δέ τιν' ἔνδον ἄλσει παλαιτάτῳ
Αἰακιδᾶν κρεόντων τὸ λοιπὸν ἔμμεναι
Θεοῦ παρ' εὐτειχέα δόμον,
Ἡρωΐαις δὲ πομπαῖς
Θεμίσκοπον οἰκεῖν ἐόντα πολυθύτοις
Εὐώνυμον. ἐς δίκαν

63. Legebatur: β. περισσὰ δὲ Δ. At δὲ περισσὰ inverse leg. secundum metrum cum Schmid. et Pauwio. 65. δὲ pro γάρ. δέ τι Ι. Ald. 70. sqq. Disputant grammatici, quæ sint τὰ τρία ἴσια v. 71. Nulla alia esse quam versum 72. non

858. ἀντιτυχόντα. ἀντιταχθέντα. Ceterum potest ambignum esse, sitne ὑπὲρ μάχης, κρεῶν (ἴσιτα), an μάχας (ἴσιτα) ὑπὲρ κρεῶν (γιγνόμενα). Ita tamen lenius esset μάχῃ. Incredibilibus modis celebrata et variata fuit fabula ab Epicis (in Νόστοις) et a Tragicis: vid. Exc. xii. ad Æn. iii. conf. Schol. ad h. l. et Fragm. p. 31. Eurip. Andromache extr. 989. 1115. 1147. Orest. 1156. 1687. et Schol. 1654. ad quem cfr. Sturz. Fragm. Pherecyd. p. 226. Strabo ix. pag. 645. qui ἄνδρα v. 62. edit Machærum; at alii ipsum Orestem μετὰ Δελφῶν, ut Ruhnken. ad Vellei. p. 5. emendat, quod μετ' ἀδελφῶν legitur in Schol. Lycophr. 1374. [v. Northmor. ad Tryphiodor. 643. *Ex Schedis.*]

63. *Graviter hoc ferebant*, dolebant, *Delphi*. At Neoptolemus persolverat id quod fatale erat.—65. Erat enim fato decretum, ut ex Æacidis aliquis sepultus esset Delphis. Scilicet fuit Pyrrhus inter ἥρωας ἐπιχωρίους a Delphis habitus: Pausan. x. 23. p. 854. Non longe a templo erat septum cum sepulcro Neoptolemi, καὶ οἱ κατ' ἔτος ἐναγίζουσιν οἱ Δελφοί. ibid. c. 24. pag. 858, 9. Eurip. Andromache 1236, 7. Serius tamen id factum edit Pausan. i. 4. Gallis expulsis. [quod refellitur ex h. l. *Ex Schedis.*] Herois honores respexit quoque Polygnotus in tabula ap. Pausan. x. pag. 863. med. etsi obscura sunt verba: Neoptolemum solum, ait, adhuc cædibus sævientem exhibuit pictor, ὅτι ὑπὲρ τοῦ Νεοπτολέμου τὸν τάφον ἡ γραφὴ πᾶσα ἔμελλεν αὐτῷ γενήσεσθαι.

68. In sequentibus video nunc interpungendum esse post εὐώνυμον v. 70. Tum sententia nova: ἐς δίκαν τρ. *Fatale erat, ut intra septum sacrum sepultus esset unus ex Æacidis, utque ei tanquam heroi sacra fierent.* Feruntur sacra cum pompa, quam ille (cum certaminibus sollennibus) quasi ex tumulo prospicit. (Θεμίσκοπον εὐώνυμον ὄντα.) Bene hic Scholion inter cetera inepta: τρεῖς δὲ αἰτίας τοῦ θανάτου τοῦ Νεοπτολέμου φερίζεται· πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ πεπρωμένον αὐτῷ ἀπέβαινε. δεύτερον, ὅτι πρίαντος αὐ

Τρία ἔπεα διαρκέσει·
Οὐ ψεῦδις ὁ μάρτυς ἔργμασιν ἐπιστατεῖ.
Αἴγινα, τεῶν Διός τ' ἐκ-
γόνων, θρασύ μοι τόδ' εἰπεῖν,

dubito: sed ne sic quidem intelligo, quomodo ea (*quod verax testis factis præest*) sufficiant *honestam ad caussam, εὐώνυμον ἐς δίκαν, excusantke* scil. *cædis Neoptolemi.* Variis modis structura potest tentari et interpunctio. Potes referre v. 70. ad superiora et sic interpungere: ἰσχὺν δὲ — Ἡρωΐαις δὲ *πομπαῖς θεμίσκοπον εἶκεν ἰόντα πολυθύτοις Εὐώνυμον ἐς δίκαν. ad jus observandum.* h. ut in heroum ἐναγίσμασιν et pompa recte ac juste omnia fiant, nec cuiquam injuria inferatur, quemadmodum ipsi Neoptolemo inter epulas injuria facta mortem intulit: ita *εὐώνυμος*, quod et clarus et sanctus esse potest, ornat *τὴν δίκην, εὔφημον, ἰερωδῆ.* Potest tamen *δίκη* etiam esse *veritas*, et *εὐώνυμον* referri ad *θεμίσκοπον*, ut feci. v. Not. 72. Ψ. *μάντις* ap. Schmidium alii, scil. ex marg. ed. Rom. et Brub. 73. *Dicam verbo: sacris ille certaminibus* (nam *ἔργματα* sunt *ἀγῶνες*) *præsidet testis verax et gravis.* Eundem colorem et alias adhibuit, ut *συντόμως* se dicere velle innueret, v. c. Ol. xiii. 138. et al. 74. *θρασύ μοι τόδ', εἶκεν* etc. interpungere jam Pauw jusserat, sed idem in interpretatione parum felix, ut fere alias. Sententia universe est: *Possem utique, Ægina, tuorum Jovisque nepotum*, h. *Æacidarum, laudes egregie persequi, sed nolo copia tædium facere.* Saltem esset ordo verborum: *θρασύ μοι τόδε* scil. *πάρεστι, adest mihi, habeo hanc fiduciam, εἶκεν ὁδὸν κυρίαν λόγων φαεννοῖς ἀρεταῖς εἶκε-θεν, τεῶν, Αἴγινα, Διός τ' ἐκγόνων.* Sed hoc durum. Leniora dedi in Nota: scilicet *ὁδὸν λόγων* dixit ornate pro *λόγους, laudes.* Ol. i. 177, 8. *ἐπίκουρον εὐρὼν ὁδὸν λόγων, via, qua quis laudes prosequitur*: ut alias *campus, area, spatia laudum.* *κυρία, præcipua* ac propria, unice vera laudum prosequendarum ratio. Mox *ἀνάπαυσις* non tam est *requies*, quam *modus*, ut quis temperet, modum faciat rei.

καὶ ὠφελόμενον, τῶν Αἰακιδῶν τινα σύνοικον εἶναι τῷ Ἀπόλλωνι· ἐπάφη γὰρ ὑπὸ τὸν ὠιδὸν τοῦ ἱεροῦ. ἡ δὲ τρίτη, ὅτι ἐπιτηδειοῖ τὰς τιλουμένας θυσίας τοῖς ἥρωσι· λέγεται γὰρ, ὅτι μετὰ τὸ θῦσαι (Apollini) *ἐναγισμοὺς ἐπίστευσεν. Ut hoc recte factum esse appareat, tria verba sufficiunt: ἔργμασι, certaminibus* (cum pompa fieri solitis), *præsidet testis verax* [agonotheta. *Ex Schedis.*], qui recte de iis *judicare* potest; et is quidem, tanquam heros, clari nominis, memorabilis, *εὐώνυμος. Certamina* autem, de quibus hic agitur, nullo modo accipi possunt de ipsis Pythiis; uti Dioscuri præfuisse dicti Olympiis cum Hercule sup. Ol. iii. 64. sed agones Neoptolemo instituti. Ad sepulcra heroum factos esse ludos, notum est pluribus exemplis, ut Iolaëa.

73. Redit poeta ad Æginam et digressionem excusat.

74. Sententia sic constituenda: *audeo hoc dicere: per facta tua et Jovis progeniei suppetere laudum materiem ex tua stirpe, ut non sit aliunde petenda.* — *θρασύ μοι τόδε* (*τὸ θράσος ἐστὶν, ὅτι*) *εἶκεν φαεννοῖς ἀρεταῖς* (*διὰ, per facta præclara*) *τεῶν, Αἴγινα, Διός τ' ἐκγόνων,* [heroum Æacidarum. *Ex Schedis.*] *ὁδὸν κυρίαν λόγων* (*εἶναι*) *εἶκεθεν.* Sunt *λόγοι laudes*, *ὁδὸς via*, qua ea per terras diduntur: adeoque *κυρία, via regia*, lata. v. Nem. vi. 75. 92. *εἶκεθεν, e gente*, ut jam aliquoties.

A. γ'. K. ιβ'.

Κερδέων δὲ χρὴ μέτρον θηρευέμεν.
Ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι.

57. τέκμα legisse videtur Schol. pro τέκμαρ. Mox μεγαλανορί' ἐμβαίνομεν Aldus, metro vitiato. Convenit usus τοῦ ἐμβῆναι: ut Nem. iii. 34. Odyss. χ. 424. ψ. 13. 52.

δδοὶ) *etsi modi, successus, eventus, remoti sunt a nostra prænotione*, prænosci non possunt. Sequitur 62. *præstat itaque, moderata consilia sequi*: χρὴ θηρεύειν μέτρον κερδέων, h. e. κέρδη μέτρια, h. ἀγαθά. μ. *at insanum est, nimis ardua appetere.* μανίαι ὀξύτεραι (μανία ὀξεῖα ἐστὶν) ἱερώτων ἀπροσίκτων (proprie est ἵεμαι τῶν ἀπροσίκτων, τῶν ἀμηχάνων), h. e. μαίνονται ὀξέως, valde, periculose, ἐπεῖναι δὲ ἱερῶσι τῶν ἀπροσίκτων.

ΙΣΘΜΙΑ.

Digitized by Google

ΙΣΘΜΙΑ.

ΕΙΔΟΣ α'.

ΗΡΟΔΟΤΩ ΘΗΒΑΙΩ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Omisso eo ac seposito, quod in manibus habebat, poeta ait, se velle carmen componere Herodoto victori, exemplo Castoris et Iolai—22. in quorum laudes excurrit poeta;—44. esse victorem dignum carmine; et esse æquum, ut id impertiatur ipsi.—76. Memorantur ejus victoriæ—96. et magna victoris felicitas.—ad f.

Σ. ά. Κ. ζ.

ΜΑΤΕΡ ἐμὰ, τὸ τεὸν, χρύσασπι Θήβα,
Πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον

Herodotus Thebanus, Asopodori f. (v. 50.). Orchomenium alii perperam tradiderunt ex v. 51. sed pater videtur Thebis per seditionem ejectus Orchomenum confugisse, unde postea Thebas rediit. 1. χρύσασπις Θ. Ald. adv. metrum.

2. *Etiam occupatione mea potius et gravius habebo.* Occupatus erat poeta hoc tempore, quo hymnum in victorem componere recipiebat, in pæane a

Θήσομαι. μή μοι κραναὰ νεμεσάσαι
Δᾶλος, ἐν ᾇ κέχυμαι. τί φίλτερον
Κεδνῶν τοκέων ἀγαθοῖς;
Εἶξον, ὦ 'πολλωνιάς. ἀμφοτέραν τοι χαρίτων
Σὺν θεοῖς ζεύξω τέλος,

Α. ά. Κ. ζ.

Καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν Φοῖβον χορεύων
'Εν Κέῳ ἀμφιρύτῳ σὺν ποντίοις
'Ανδράσιν, καὶ τὰν ἁλιερκέα 'Ισθμοῦ
Δειράδ'· ἐπεὶ στεφάνους ἓξ ἄπασε

3. *θήσομαι* Schmid. cum Ald. Morell. Steph. At hoc a *θήομαι*, dorice *θήσμαι*, *θήσασθαι*, ductum esset, *spectare*, secundum observata virorum doctorum, Kœnii ad Gregor. Corinth. pag. 101. et Valcken. ad Theocrit. p. 351. 367. Unum exemplum supererat Moschi iii. 53. *θήσει*, quod nunc mutatum in *θησῖ*, ut factum quoque erat apud Callimachum. At in iis, quæ a *τίθημι*, olim *θίω*, *θήσω*, *θήσομαι*, ducuntur, ubique *η* retinent Dores. Erat quoque *θήσομαι* in ed. Rom. Crat. Brub. *κιμισᾶσαι* Bened. ut infinitus pro imperante modo sit; sed *μὴ κιμεσήσαι* et *κιμισάσαι* sc. Delus; etsi sic antiquior forma esset, *κιμιτήσαι*. poterat quoque esse *κιμίσησαι*, aoristo imperativi medii. 4, 5. Interrogationem primus appinxit Crat. In Romana etiam: *ἐν ᾇ κέχυμαί τι φ.* et in Ald. *ἐν* abest. male. 5. *τοκήων* Ald. 6. *ἀμφοτέρους τῶν* Ald. *ἀμφοτέραν τοι* Rom. hoc mutavit Crat. in vulgarem rationem: *ἀμφοτέρων τοι*. Romanam lectionem revocarunt Oxonienses. Pauw conj. *ἀμφοτέραιν* scriptum fuisse. 9. *Κέῳ* Ald. 11. Prava veterum critica in h. l. videnda est ap. Schol.; erant etiam qui *ἰξώσασι* vellent legere. Similem Grammaticorum errorem suspicatur Abresch. in Hesych. *ἰξώσαζεν*, *ἰξίσιμψε*. nec tamen absonum, veteres *ἰξωσάζειν* dixisse. In Pindaro manifesta est sententia: *sextum jam esse ex Thebanis Herodotum, qui ex Isthmicis agonibus victoriam reportaverit.* Quod *ἐν ταῖς 'Ισθμιακαῖς ἀναγραφαῖς* adscriptum illud non inveniebant, mirari non debebant viri docti, cum absolutos et accuratos victorum catalogos ipsa antiquitas desideraverit.

Ceis in Delo per *θιωρεὺς* cantando. [Plutarch. de Genio Socrat. p. 575. *Ex Schedis.*] *ὑπίρτιρον τιθῆναι, πρωτιθῆναι, πρωτίμιον.*

4. *ᾇ ἐγκέχυμαι, ἔγκιμαι, in qua* hymno ornanda *occupatus sum*, studio effuso.

7. *ζεύξω ἀμφοτέρων χαρίτων τέλος, utrumque hymnum ad finem deducam, χορεύων, celebrans, καὶ τὸν Φοῖβον—καὶ τὸν 'Ισθμὸν* h. e. victoriam in Isthmiis. Hic ipse *'Ισθμοὺς ἔπασε*—victorias sex, h. e. in Isthmiis sexta vice victor fuit e Thebana gente renuntiatus.

Κάδμου στρατῷ ἐξ ἀέθλων,
Καλλίνικον πατρίδι κῦδος. ἐν ᾇ καὶ τὸν ἀδείμαντον Ἀλκμήνα τέκε

Ε. ά. Κ. ιά.

Παῖδα, θρασεῖαι τόν ποτε Γηρυόνα
Φρίξαν κύνες.
Ἀλλ' ἐγὼ Ἡροδότῳ τεύχων
Τὸ μὲν ἅρματι τεθρίππῳ γέρας,
Ἀνία τ' ἀλλοτρίαις οὐ
Χερσὶ νωμάσαντ', ἐθέλω
Ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ἐναρμόξαι μιν ὕμνῳ.
Κεῖνοι γὰρ ἡρώων διφρηλάται Λακεδαίμονι καὶ Θήβαις ἐτέκνωθεν κράτιστοι·

Σ. β'. Κ. ζ.

Ἔν τ' ἀέθλοισι δίγον πλείστων ἀγώνων.

17, 18. Tertium et quartum colon epodorum aliter dispescuit vetus metricus: Ἀλλ' ἐγὼ Ἡροδότῳ τεύ- χων τὸ μὲν ἅ. τ. γ. ut utrumque dactylicum sit. Rotundius hoc videbatur Pauwio. 17. Ἡροδότῳ Schmid. qui adeo junxit: τεύχων τὸ γέρας ἅρματι Ἡροδότου. Mingarell. conj. τὸ ἐν ἅρμ. τ. γέρας. Impediti aliquid inesse loco, inprimis propter copulam, facile sentias. Sententia cum interpunctione constitui potest haud uno modo. Potest quoque νωμάσαντι esse et νωμάσαντα. 19. Ἀνία δ' Pauw malebat. 26. ἀγῶσι ἐν ἄεθλοις

15. Γηρυόνα κύνες. Non novavit poeta fabulam, sed κύνας pro κύνα dixit. Et Orthus tria capita habebat.

17. Omnibus tentatis sequor hoc: ἀλλ' ἐγὼ Ἡροδότῳ μὲν τεύχων τὸ γέρας ἅρματι τεθρίππῳ, *hymnum victoriæ ejus curuli parans*, et quidem νωμάσαντί τε ἀνία χερσὶν οὐκ ἀλλοτρίαις, *regenti currum sua manu*, non misso curru cum auriga, ἐθέλω ἐναρμόξαι μὲν ὕμνῳ. Est autem ὕμνος Καστόρειος (pro Κάστορος) ἢ Ἰολάου, non certum carminis genus; sed quale olim in similem victoriam curulem Castoris vel Iolai carmen adhibitum fuit: conf. sup. ad Pyth. ii. 127. xi. 92. Debuerunt autem plura in antiquis carminibus de Castoris et Iolai certaminibus et victoriis memorata esse; quod ex v. 23—44. manifestum fit. Fuit in his ἀγὼν ἐπὶ Πελίᾳ.

26. Et in sollennibus ludis non unum modo attigerunt certaminum genus. Disertius effert 30—34.

Καὶ τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον
Καὶ λεβήτεσσιν φιάλαισί τε χρυσοῦ,
Γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων.
Λάμπει δὲ σαφὴς ἀρετὰ
Ἔν τε γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν, ἔν τ' ἀσπιδοδούποισιν ὁπλίταις δρόμοις.

Α. β'. Κ. ζ'.

Οἷά τε χερσὶν, ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς,
Καὶ λιθίνοις ὁπότε δίσκοις ἵεν;
Οὐ γὰρ ἦν πένταθλον ἔτ'· ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ

Pauwio accipiuntur, ut Ol. i. 140. *Ἵπποι ἐν στειρῶις* pro *στειρωταὶ*, sic *certamina cum præmiis, in quibus præmia proponuntur*. Mihi simpliciùs videbatur ἄεθλα et *ἀγῶνας* distinguere ut *ludos* et *certamina* singula varii generis: quadrigarum, stadii etc. *ἀγωνίσματα*, inf. v. 36. *Ἔργματα*. 28. *Καὶ λιβήτεσσι, φιάλεσσί τε χ.* et v. 29. *στεφάνων στ.* Ald. corrupte. 31, 32. *Ἔν τ' ἀσπίδεσσι ὁπλίτας δρόμους* Ald. [Heynius post *δρόμους* comma posuit: v. 34. post *ἵεν* punctum.] 33. *Οἷς τε* Ald. *ἀκοντίζειν αἰχμαῖς* et *εἶναι δίσκοις* insolens visa est structura, nec expedit rem, si cum Oxon. distinguas: *εἷα χερσὶν ἵεν καὶ ὁπότε δίσκοις ἵεν. ὁπότε* suspectum erat Schmidio, propter ultimam productam; sed est ea ultima in penthemimeri dactylica. Alioqui *ὁπόταν* in promptu erat. [Hæc quinque verba Heynius delevit.] Eustath. ad Hom. p. 1591. l. 29. secundum Tryphonem laudat ex Pindaro: *λιθίνοις ὁπόταν δίσκευσιν.* unde *δίσκους ἵεν* divinare obvium est. Ammonius in *δίσκος* habet: *λιθίνοις ποτ' ἀνὰ δίσκοισι*, quæ haud dubie est depravatio lectionis, quam Tryphon habuit. Vir doctiss. ad Ammon. p. 61. ex illo conjiciebat: *λιθίνοις ποτ' ἀνὰ δίσκους ἵεν.* His vulgatum haud posthabebo. Aldus: *δίσκοισιν ἵεν*, metro invito. Pauw. emendabat: *Οἷά τε, χερσὶν ἀκοντίζοντες αἰχμὰς, Καὶ λιθίνους ὁπότε δίσκους ἵεν.* Nihil mutandum; eget vulgata tantum interprete. 35. *Ἧς* Ald *Ἦ τ'* primus Morell. adscivit ex Schol. puto: *οὕτω γὰρ ἦν.*

33, 34. Uti dicitur *ἀκοντίζειν αἰχμαῖς* (sc. *ἀκοντίζειν* absolute, et pro *σὺν αἰχμαῖς*), ita *εἶναι* (*σὺν*) *δίσκοις*. Nec tam insolens hoc quam videntur credidisse viri docti. Ipse Homerus Iliad. ξ. 402, 3. *Αἴαντος δὲ πρῶτος ἀκόντισε φαίδιμος Ἕκτωρ ἔγχει.* At *χερσὶν* friget, dices. Immo vero: *εἷά τε* (*ἐν*) *χερσὶ* sc. *λάμπει ἀρετά σφιν*! *in lucta et in pugilatu*: Castor enim in hoc insignis fuit. Sicque Pindarus loquitur: Isthm. v. 11. *χερσὶ νικάσαντα.* Pyth. x. 36. *ὃς ἂν χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ κρατήσας*, et al. *Quantum eminet, clara est, eorum virtus cursu, et cum hasta certarent, et disco!* ut continuetur oratio hunc in modum: *οἷά τε λάμπει ἀρετά σφιν* (*ἐν*) *χερσὶν, ὁπότε* (aut forte *ὅτε τε*) *ἵεν ἀκοντίζοντες* (*σὺν*) *αἰχμαῖς καὶ* (*ὁπότε ἵεν*) *λιθίνοις δίσκοις.*

Ἔργματι κεῖτο τέλος. τῶν ἀθρόοις
Ἀνδησάμενοι θαμάχις
Ἔρνεσιν χαίτας ῥεέθροισί τε Δίρκας ἔφανεν
Καὶ παρ' Εὐρώτα πέλας,

Ε. β'. Κ. ιά.

Ἰφικλέος μὲν παῖς, ὁμόδαμος ἐὼν
Σπαρτῶν γένει,
Τυνδαρίδας δ', ἐν Ἀχαιοῖς ὑ-
ψίπεδον Θεράπνας οἰ κεώνεδος.
Χαίρετ'. ἐγὼ δὲ Ποσειδά-
ωνι Ἰσθμῷ τε ζαθέᾳ
Ὀγχηστίαισίν τ' ἀϊόνεσσιν περι-

36. ἕρματι Ald. Ita olim alii quoque codd. nam occurrit eadem depravatio ap. Ammon. p. 61. nec proficias, si cum viro docto legas ἕρμα τι. Porro eod. v. Ald. ἀθρόους ἀνδησάμενοι et mox ῥιθρεσί τε. 38. ἔφανεν præclare emendatum a Schmidio (pro ἰφάνησαν ἀνδησάμενοι. nam hæc jungenda.) Vulgo ἔφανε et grammatica, et sensu, metro etiam, violato; nam in ἔφανε media longa ex ἔφηνε. 39. Εὐρώτᾳ male Morell. et Steph. 46. ἀϊόνεσσι sine ν lectum ante Schmid. metrum vitiabat.

35, 6. ἀλλὰ ἵκοιτο (ἥν) τέλος, πίνη, ἐφ' ἑκάστῳ ἕρματι, ἀγῶνι. Erant singula quinque genera, quibus quis victor esset, nondum in πένταθλον collecta.

36. Iolaus et Castor sæpe victorias in singulis his certaminibus reportarunt. Pro hoc dicit: alter Thebas, alter Lacedæmonem, victores redierunt.

42. ἐν Ἀχαιοῖς. nam hæc ante Doriensium et Heraclidarum profectionem in Peloponnesum evenerunt.

44. χαίρετε, recte Schol. ἱλήκοιτε, *sitis propitii*. Retrahit se a digressione et ad victorem redit. Sic jam vidimus finiri carmen Nem. iii. 132. Pyth. ii. 124. Est adeo inter formulas transitus faciendi.

46. Ὀγχηστίαισίν τ' ἀϊόνεσσιν pro Onchesto dicta esse volunt. At quorsum hanc celebrat? propter Neptuni lucum, sacra, ludos? At hæc aliena. Littus Onchestium pro lacu Copaïde aut pro regione vicina est dictum. Itaque malo ad Orchomenum revocare, unde oriundus victor fuit. [Immo Onchesti fuere ludi, in quibus fuit H. victor. *Ex Schedis.*] Sollenne autem poetæ in celebrando victore tria hæc conjungere: *ludos, deum, cui illi sacri sunt, et patriam.* Apparet patrem victoris in discordiis civilibus ejectum Thebis exulasse apud Orchomenios; unde tamen aliquando Thebas rediit. περιστέλλων ἀοιδάν, a στέλλω, κοσμῶ, *concinnans.* 49. ἐν τιμαῖς, *inter* laudes Herodoti. 50. αἶσαν, felicitatem. [Æschyl. Eumen. 694. *Ex Schedis.*]

στέλλων ἀοιδὰν,
Γαρύσομαι τοῦδ' ἀνδρὸς ἐν
Τιμαῖσιν ἀγακλέα τὰν Ἀ-
σωποδώρου πατρὸς αἶσαν,

Σ. γ'. Κ. ζ.

Ὀρχομενοῖό τε πατρῴαν ἄρουραν·
Ἅ νιν ἐρειδόμενον ναυαγίαις
Ἐξ ἀμετρήτας ἁλὸς ἐν κρυοέσσᾳ
Δέξατο συντυχίᾳ. νῦν δ' αὖτις ἀρ-
χαίας ἐπέβασε πότμος
Συγγενὴς εὐαμερίας. ὁ πονήσαις δὲ, νόῳ
Καὶ προμάθειαν φέρει.

Α. γ'. Κ. ζ.

Εἰ δ' ἀρετὰ κατὰ κεῖται πᾶσαν ὀργὰν

52. *ναυαγίοις* leg. Schmidius, nam tabulæ seu reliquiæ navis fractæ, quibus quis *ἐρειδόμενος*, *suffultus*, *insidens*, enatat, *τὰ ναυάγια* vulgo appellantur. Sed recte monent Oxon. et Pauw. *ναυαγίας* exquisitiorem esse Pindari ejusdem sensus vocem. 56. *πονήσαις δὲ* omnes vett. usque ad Brubach. 58. [Jung. *κεῖται δαπάναις τε καὶ πόνοις*, proposita est, paratur. *Ex Schedis.*] Erat *κατάκει-*

[55. *ἐπίβασε*. Etiam Sophocl. Œd. Col. 188. *ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες*. *Ex Schedis.*]

56. Volebat procedere: *et consequutus ille est fortunæ adversæ experimentis prudentiam.* *προμάθεια* ut Nem. xi. 60. Mutavit hoc in sententiam.

58—62. Nondum locus tam feliciter expeditus est, quam equidem antea putabam: *εἰ δὲ* (*κατὰ*) *πᾶσαν ὀργὰν κεῖται ἀρετὰ, ἀμφότερον* (*ἐν*) *δαπάναις τε καὶ πόνοις*. At quomodo *ἀρετὰ κεῖσθαι*, h. *προκεῖσθαι*, proposita esse potest, quod de præmiis dici solet? *præmia κεῖσθαι* dicuntur *τῇ ἀρετῇ*, et præmia sunt *τὸ ἄβρεν κῦδος* v. 72. Huic quidem difficultati occurri possit, si memineris, poetæ *ἀρετὴν* esse *virtutem certamen, victoriam, honorem* nec *laudem*; 72. *τὸ κῦδος, quod si cui propositum est, in quocunque sit studio, cum in sumtibus, tum in ærumnis tolerandis.* tum *εὑρόντεσσί νιν*, scil. *τὴν ἀρετὴν, laudem qui factis consequuti sunt.* Nec tamen Aristarchus omnino male scripsisse videri debet *ἀρετᾷ*: at, si Schol. vera apposuit, minus bene reliqua expediit. Vide an sic ea sibi constent: *εἰ δὲ* (*ἐ ἀγάνωρ κόμπος* ex v. 60.) *ἀρετᾷ κεῖται, (κατὰ) πᾶσαν ὀργὰν, (in omni studio) ἀμφότερον* (*ἐν*) *δαπάναις τε καὶ πόνοις· χρὴ, μὴ σὺν φθονεραῖσι γνώμαις, φέρειν* (deb. sequi *αὐτὸν*) *τὸν ἀγάνορα κόμπον* (*τοῖς*) *εὑρόντεσσί νιν. Si laudes, quas appetunt, propositæ sunt*

Ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις,
Χρή νιν εὑρόντεσσιν ἀγάνορα κόμπον
Μὴ φθονεραῖσι φέρειν γνώμαις. ἐπεὶ
Κούφα δόσις ἀνδρὶ σοφῷ
Ἀντὶ μόχθων παντοδαπῶν, ἔπος εἰπόντ' ἀγαθὸν
Ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν.

Ε. γ'. Κ. ιά.

Μισθὸς γὰρ ἄλλοις ἄλλος ἐφ' ἔργμασιν ἀνθρώποις γλυκύς,
Μαλοβότᾳ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνιχολόχῳ τε καὶ ὃν πόντος τρέφει.
Γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων
Λιμὸν αἰανῆ τέταται·

ται. Statuebat Pauwius, *κατατιθέσθαι* h. l. esse *propositum esse, prostare, προτίθεσθαι.* At præstat *κεῖσθαι* eodem sensu; ut sensus sit: *εἰ δὲ κατὰ πᾶσαν ἐργάν, in quovis studiorum genere, ut aliquis virtutem,* h. *laudem, consequatur, non nisi labore et sumtu effici potest:* adeoque virtus proposita est laboribus et sumtibus. Est *ἀρετά, τὸ ἔχειν εἶναι, præcellere, superare alios.* Veteres hæsere in h. l. Alii *ἀρεταὶ κατάκεινται* legere voluere, mira junctura, de qua v. ad. Ol. xi. 5. Aristarchus autem *ἀρετᾷ* scripsit; alii aliter. v. Schol. 60. Ordo: *Χρὴ μὴ φθονεραῖσι γνώμαις* (h. *μὴ φθονερῶς*) *φέρειν κόμπον ἀγάνορα εὑρόντεσσί νιν* (h. *τοῖς εὑροῦσι τὴν τοιαύτην ἀρετὴν*) iis qui consequutii sunt hoc, ut excellant aliis. 62. *δόσις* non nisi a Steph. illatum fuit. 65. *ἐφ' ἅρμασιν* vitium Ald. 67. Plutarch. de Pyth. orac. pag. 406. C. laudat interpolate: *ἀρότου τε ἐριθολόγου τε.* Sed omnino mutilus est ille locus, et emendatius occurrunt verba de Tranquill. p. 473. A. Erat antea *μηλοβότᾳ.* at v. Ol. vii. 116. Exciderat hoc animo Pyth. iii. 47. venerat in mentem Pyth. iv. 263. ix. 114. xii. 4.

virtuti, h. e. omnibus qui virtutem suam exerunt, *fas est, illas liberaliter cumulare in eos, qui eas sibi comparārunt.* Ita sententia par redditur locis aliis, ut Ol. v. 35-38. Isthm. vi. 14-17. et v. 28-31. ubi *μὴ φθόνῳ κόμπον τὸν ἰσοκέρ' ἀοιδᾷ κιρνάμεν' ἀνὰ πόνον.* Contra *ἀστῶν ἀφθόνων ἱμερταὶ ἀοιδαὶ* sunt. Ol. vi. 10. et *ἀφθονίαν ἀοιδᾶς* dixit Nem. iii. 14.

62. *ἀνδρὶ σοφῷ.* Frequentatur sane hæc vox Pindaro eo sensu, ut poeta sit *ὁ σοφός.* Erit itaque *exiguum munus quod a poeta dari potest.* Nec minus tamen *σοφοὶ* sunt intelligentes, periti, qui aliqua in re excellunt. Sic Pyth. ix. 134. *ἀνὰ σοφοῖς.* iv. 526. Ol. xi. 10.

63. *ἴσον εἰνόντα ἀγαθὸν, laudando, ξυνὸν ὀρθῶσαι καλὸν, decus statuere publicum,* ductum a monumento.

65. *μισθὸς* sc. *κεῖται* ex 58.

70. *ἴσασιν σκιάν, ἄστι ἀμύνειν γαστρὶ λιμὸν χαλεπόν.* Scilicet *τέτανται, ἐντέτανται,* de studio, quod quis intendit, et quo ipse intenditur et intentus est

Ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις ἢ πολεμίζων ἄρη-
ται κῦδος ἀρὸν,
Εὐαγορηθεὶς κέρδος ὕ-
ψιστον δέχεται, πολιατᾶν
Καὶ ξένων γλώσσας ἄωτον.

Σ. δ'. Κ. ζ'.

Ἄμμι δ' ἔοικε Κρόνου σεισίχθον' υἱὸν
Γείτον' ἀμειβομένοις εὐεργέταν
Ἁρμάτων ἱπποδρόμιον κελαδῆσαι,
Καὶ σέθεν, Ἀμφιτρύων, παῖδας προσει-
πεῖν, τὸν Μινύα τε μυχὸν,
Καὶ τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ἐλευσῖνα, καὶ Εὔ-
βοιαν, ἐν γναμπτοῖς δρόμοις·

Α. δ'. Κ. ζ.

Πρωτεσίλα, τὸ τεὸν δ' ἀνδρῶν Ἀχαιῶν
Ἐν Φυλάκᾳ τέμενος συμβάλλομαι.
Πάντα δ' ἐξειπεῖν, ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμᾶς
Ἡροδότῳ ἔπορεν ἵπποις, ἀφαι-

73. *ευ ἀγορηθὶς* peccat in Iambicum; vidit quoque Schmid. sed non veniebat in mentem, quod Pauwium non fugit, junctim legere: *εὐαγορηθὶς*, ab *εὐηγορία*, *εὐαγορία*. 77. *ἀμειβομένους* et v. 81. *τὸ δάματρος* Ald. 86. *Ἡροδότῳ* Rom. Crat. et hoc præfert Schmid. *Ἡροδότῳ* Ald. Brubach. Morell. Steph. hoc

ad aliquam rem, ut sup. Pyth. xi. 82. *ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀριστεῦς τίταμαι.*

76. sq. Lucem accipiunt sqq., si videas, laudari nunc *victorias* ab Herodoto *jam ante Isthmiam* reportatas, *easque* designari *per deos*, quibus sacra erant certamina. Itaque *γείτων* Neptunus est haud dubie Onchestius. Tum Iolæa Thebis; certamina Orchomeni, Eleusine et in Eubœa habita, tandemque 83. ludi funebres heroi Protesilao Phylacæ in Thessalia habiti; *συμβάλλομαι*, annumero, iis adjungo.

[77 sq. Jungunt *εὐεργέταν ἁρμάτων*. Immo *ἁρμάτων ἵππια*, victoriæ caussa. *Ex Schedis.*]

ρεῖται βραχὺ μέτρον ἔχων
Ὕμνος. ἦ μὰν πολλάκι καὶ τὸ σεσωπαμένον εὐ-
θυμίαν μείζω φέρει.

E. δ. K. ιά.

Εἴη μιν, εὐφώνων πτερύγεσσιν ἀερ-
θέντ' ἀγλααῖς
Πιερίδων, ἔτι καὶ Πυθό-
θεν Ὀλυμπιάδων τ' ἐξαιρέτοις
Ἀλφεοῦ ἔρνεσι φράξαι
Χεῖρα, τιμὰν ἑπταπύλοις
Θήβαισι τεύχοντ'. εἰ δέ τις ἔνδον νέμει
Πλοῦτον κρυφαῖον,

Oxon. ἵκοιτ' Ἡρωΐνῳ in ἵκοιτο exponunt; Pauw: ἵκοιτο, ut ἄρμασι, esse pro instrumento. cf. ad v. 17. Porro: Ἡ. κέρδει ἵκοιτο ἀφαιρ. Ald. et Rom. Ἡ. ἵμερον ἵκοιτο ἀφαι-. emendavit ἵκοιτ' Crat. 88. σεσωπαμένον pro σεσιωπαμένον edd. principes et sequentes omnes; etsi præstat synizesin σεω facere. cf. Pauw. et sup. Ol. xiii. 130. 91. ἀγλααῖσι vett. edd. emendatum ad metri legem a Morell. et Steph. 92. Ad mentem metrici (vid. ad v. 17, 18.) scribit Pauw: Πιερίδων ἔτι καὶ Πυ- θῶθεν Ὀ. ἰ.

88. ἦ μὰν πολλ. non vult poeta fastidium movere recitandis aliis victoriis pluribus. *Sæpe magis gratum est, aliqua sileri, quam copiose enarrari.* Brevitatis studium jam toties commendavit, ut mirum sit, grammaticos non id recordatos esse in h. l. ut Pyth. i. 157. sq. Nem. x. 35—38. σεσωπαμένον, pro σεσιωπημένον, unicum habet, quicum comparetur, βώσεσθε apud Apollon. i. 685. pro βώσεσθε. Alias poterat σεσιγαμένον dicere, ut Ol. ix. 156. πολλάκι φέρει μείζω εὐθυμίαν σιωπᾶσθαί τι, (h. e. brevitas, qua omittuntur nonnulla minus necessaria) ἢ λίγεσθαι αὐτά.

90. Musarum alis aliquis h. l. efferri, evolare, dicitur, propter gloriam. Non necesse est, ut alas ipsæ Musæ habeant, sed carminibus quasi alas addunt alicui, ut is evolet, inclarescat.

96. εἰ δέ τις. Iterum sententiam sæpe jam et mox Isthm. iii. pr. appositam recantat: *cui opes contigerunt cum successu in certaminibus, is bene novit, se non inglorium mori.* εἴ τις νέμει, *fovet, servat,* ταμιεύει, ἔνδον, in domo. πλοῦτον κρυφαῖον accipio simpl. *reconditum.* tum ἄλλοισι δ' ὑπέρτατον γελᾷ, *superbit,* est *victor,* pro ὑπερέτει, ὑπέρτερον, *superior factus est aliis;* ductum ὑπέρτατον a luctatoribus: ut Pyth. viii. 117. luctator irruit, adversarium prosternit—ille φράζεται, pro φράζει, *novit,* οἶδε, τελέων (ἑαυτὸν τελῶν, *reddere animam*) ψυχὰν Ἀΐδᾳ σὺν ἄπνοθε δόξας. Sic ἐφράσθη *observavit,* intellexit, Nem. v. 62.

Ἄλλοισι δὲ ἐμπίπτων γελᾷ
Ψυχὰν Ἀΐδᾳ τελέων οὐ
Φράζεται δόξας ἄνευθεν.

98. ἁλιοῖσιν Chrysippus legebat in Schol. h. τυφλοῖς, satis illepide. Recte alter: τοῖς δι' εὐδοξίαν ἀναλίσκουσιν ἐπιμελόμενον καταγελᾷ.

ΙΣΘΜΙΑ.

ΕΙΔΟΣ β'.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ,

ΑΡΜΑΤΙ.

ARGUMENTUM.

Ad Thrasybulum, Xenocratis victoris filium, missus est hymnus; se id facere, profitetur Pindarus, more veterum poetarum, qui pueros pulcros amarent, et carmina non lucri caussa scriberent, quod vulgo nunc fieri soleat.—19. Victoriam patris esse Isthmiacam, quam ille addidit aliis victoriis—42. omninoque Ænesidami stirpem victoriis et hymnis nobilitatam esse;—50. inprimis Xenocratis virtutes laudibus et carmine hoc esse dignas, quod per Nicasippum mittitur.

Σ. ά. Κ. ή.

Οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε,
Φῶτες, ὅσοι χρυσαμπύκων

Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ. exciderat ἄρματι. Mira Grammaticorum dissidia de eo, in quem carmen scriptum sit. v. Schol. pr. et Schmid. Si ad ipsa poetæ verba attenderis, hæc fere satis constare videbis: *Xenocratem*, Ænesidami f. Theronis fratrem, (v. ad Pyth. vi. pr.) vicisse curru Isthmiis, hymnum vero, ut alii hymni missi fuere, v. c. Pyth. ii. 125., missum esse (per Nicasippum aliquem v. 68.) ad ejus filium, *Thrasybulum*, pulcrum adolescentem, cur adeo veterum poetarum exemplo, qui formosis pueris carmina dicare solebant, se hymnum suum mittere dicit Pindarus. Eidem Xenocrati patri Pythica inscripta est sexta; ad quam vide. et cf. Schol. ad hanc Isthm. ii. pr. 2. φῶτες οἱ a Schmid. est inter-

Ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον
Κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι,
Ῥίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους,
Ὅς τις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας
Εὐθρόνου μνάστειραν ἀδίστην ὀπώραν.

Α. ά. Κ. ή.

Ἄ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής
Πω τότ' ἦν, οὐδ' ἐργάτις·
Οὐδ' ἐπέρναντο γλυκεῖαι

polatum, quasi dactylicus trochaicum dedeceret. vulgo *ἔσει. φύντις, ἔσει* Schol. *φῶντις* etiam Schol. Aristoph. Pac. 669. qui h. l. sed corruptum laudat. 3, 4. Metricus cola hæc aliter distinxit: *ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαι - νον, κλυτᾷ φ.* Pauw ad eundem modum stropharum et antistropharum reliquarum cola constituit. 5, 6. Plutarch. Pyth. orac. p. 405. F. *ῥίμφα παιδίους τοξεύει μιλιγηρίους ὕμνους* habet: memoriter recitans, ut solet. [9—14. recitat Clemens Strom. v. pag. 555. *Ex Schedis.*] 10. *πω τότε* Rom. et cett. edd. Schmid. *τότ'* ex Ald. v. ad v. 2. — 11. *ἐπέρναντο* passiva vi pro *ἐπιτρέπεσθαι* insolens videtur. Forte refingendum: *Οὐδὲ πέρναντο* pro *πέρνατο, ἐπιπέρναντο.*

4. Musarum curru vehi poetas jam vidimus Ol. ix. 120. ubi cf. Notam. *ἔβαινον συναντόμενοι*, pro *συνήντοντο*, an, quatenus adeunt eum, cui hymnum ferunt? Conjectabam, an possit *φόρμιγγι σὺν ἀντόμενοι* scribi et accipi. Præstat (*σὺν*) *κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι*, pro simplici *ἀντόμενοι, assumta lyra venientes*, quomodo Ol. ii. 173. *σὺ* (*σὺν*) *δίκᾳ συναντόμενος* scil. *τῷ αἶνῳ, occurrens, adortus.* At Schol. videtur accepisse *ἅπτεσθαι τῇ φόρμιγγι, accedere ad eam tractandam, tractare lyram*: nam *τῆς λύρας μεταιχόντες* reddit.

5. [V. Schneider. ad Orph. Argon. 1354. Sed nil expedit. *Ex Schedis.*] In *ῥίμφα* mihi facit difficultatem, qua notione hic dictum accipiam. Nam *ταχίως*, aut, ut Hesych. et Suidas, *εὐχερῶς, συνιχῶς*, aut, ut Schol., *ῥᾳδίως*, nullum est satis accommodatum; non quasi *ῥίμφα τοξεύειν* non per se dici possit, *celeriter sagittas emittere*; sed quia alienum id nunc est a re, saltem nullam vim habet; nisi quod tela forte possent esse *ῥιμφαλέα, velocia tela*: an pro hoc dictum videri debet? *παιδίους ὕμνους, εἰς παῖδας.* Tum *ὅς τις* (*αὐτὸν*), alias *εἴ τις.*

8. Ephebos declarat per *pubertatem.* Ὀπώρα [*ὥρα. Ex Schedis.*] propr. *pubertas*, tum omnino *Juventus* cum notione *pulcritudinis.* v. sup. ad Nem. v. 11. viii. pr. [conciliat Venerem, propitiam reddit, h. amorem. *Ex Schedis.*]

11. *οὐδὲ πέρναντο γλυκεῖαι μιλίφθογγοι περὶ Τερψιχόρας, ἀγγυρωθεῖσαι τρέσσαντα, μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.* Habent *ἀοιδαὶ* tria epitheta: Terpsichore nullum; ergo legamus *μιλιφθόγγου.* Video etiam Mingarellum ita emendare, vel *γλυκείας.* Vir doctiss. Gurlitt conj. *ἀγγυρωθείσας,*

Μελίφθογγοι ποτὶ Τερψιχόρας,
Ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα,
Μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.
Νῦν δ' ἰφίητι, τὸ τ' Ὠργείου φυλάξαι
Ῥῆμα, τᾶς ἀλαθείας ἄγχιστα βαῖνον,

E. á. K. ζ.

Χρήματα, χρήματ', ἀνὴς,
Ὅς φᾷ, πτεάνων δ' ἄμα λειφθεὶς καὶ φίλων.

15. Νῦν δ' ἰφίητι τ' Ὠργ. vulgo enecto metro. Schmidius correxerat Νῦν ἰφίητι δὴ, τ' Ω. dura collocatione τοῦ δή. Pauw offert alia: Νῦν δ' ἰφίητί γε τ. vel Νῦν δ' ἰφίητί τω Ἀργείων. Mingarell. Νῦν δ' ἰ. τὸ Ἀ. Debebat saltem τό γ' Ἀ. Mihi visum est satis probabile esse, excidisse τὸ ante τ' Ὠργείου, pro τοῦ Ἀργείων, aut, quod suspicor, fuisse τὸ τ' Ὠργείω pro τὸ τῷ Ἀργείω. Porro supplent: Musa ἰφίητι, h. ἰφίησι. Malo hoc absolute dictum, *nunc res ita ferunt, ita tempora se habent.* Νῦν ἰφίητι sc. τὸ πρᾶγμα, ὁ καιρὸς, ὥστε φ. In seqq. interpunctionem mutavi vulgarem, qua interpungebatur post ἀνὴρ. Erat enim jejunum: ἀνὴρ ὅς φᾷ. Monuerat quoque Pauw. — 16. Ῥῆμ' ἀληθείας Ald. uno pede intercepto. Scribo ἀλαθείας, ut aliis locis. — 18. λείφθη Oxon. edit. quasi Æolice

scil. Τερψιχόρας. — 13. ἀργυρωθῖσαι πρόσωπα ἀοιδαί. In vocis sensu laboramus. Videamus, an sic expediri possit: ἀργυροῦν est proprie *argentare*; tum vero *ex argento facere*: unde ἀργυρώματα, *vasa argentea*. Supra Nem. x. 80. erant victores, qui ἀργυρωθέντες σὺν φιάλαις ἰκέσαι. h. ἔχοντες, φέροντες φιάλας ἀργυρᾶς pro præmiis. Ergo ἀργυροῦσθαι est *argento instructum esse, habere*. Jam porro merces venum expositæ habent πρόσωπον, frontem, partem exteriorem, in qua vel pretium adscriptum est, vel quæ ipsa fronte titulum fert, venalem eam esse numis; dici ergo merces bene possunt ἀργυρωθῖσαι πρόσωπα, *habentes quasi in fronte titulum hunc, venales eas prostare*. Habent hactenus *argenti notam*, ἔχουσιν ἄργυρον ἐν προσώπῳ, quo ipso *illæ in personas mutantur* lyrice. Nunc *pro mercibus ἀοιδαὶ, carmina a Musa venalia proponuntur*. Hæret autem *venalitatis notio* in ἄργυρος, ut Pyth. xi. 65. φωνὰ ὑπάργυρος. Apud Sophoclem Antig. 1091. quem locum Schneider. Fragm. Pind. p. 111. excitavit, καταργυροῦσθαι est ἀρθύρῳ πιασθῆναι, *corrumpi*.

15. *Nunc locum habet, memorem esse dicti, proxime ad veritatem accedentis*, quo usus fertur Aristodemus Spartiata, *una cum opibus privatus quoque amicis: heus, heus, homo*, (vulgare esset ὦ ἄνδρες) *numi! numi!* Videndus de hoc homine Schol. qui Alcæi verba apponit:—ὡς γὰρ δή ποτέ φασιν Ἀριστόδαμος ὁ Σπάρτας λόγου οὐκ ἀπαλλάμενον εἰπεῖν (χρήματα) χρήματ' ἀνήρ. πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πίλιν' ἐσθλὸς, Τίμιος οὐδέ. Transtulit in Fragmenta Ursinus. Leguntur quoque apud Diog. Laert. i. 30, 31. ubi secundum Andronem Aristodemus inter eos refertur, ad quos tripus aureus fuit missus. Laudantur illa: χρήματα, χρήματ' ἀνήρ! inter proverbia: etiam ap. Zenob. et Suidam, ut jam ante a Chrysippo ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν.

Ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφὸς, οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω.
Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν,
Τὰν Ξενοκράτει Ποσειδάων ὀπάσαις,
Δωρίων αὐτῷ στεφάνωμα κόμαν -
Πέμπειν ἀναδεῖσθαι σελίνων,

Σ. β'. Κ. ή.

Εὐάρματον ἄνδρα γεραίρων,
Ἀχαϊαντίνων φάος.
Ἐν Κρίσᾳ δ' εὐρυσθενὴς εἶ-
δ' Ἀπόλλων μιν, πόρε τ' ἀγλαΐαν
Καὶ τόδι· κλεινᾶις δ' Ἐρεχθει-

ita dici posset pro ἰλαίφθη, sic refinxerat Schmidius, metro male veritus. λαφθὶς recte tuetur Pauw; colon enim esse asynartetum ex Anapæstico et monometro Iambico, quod promiscue et diiambum et epitritum tertium admittit. 19. ἄγνωτ' pro ἄγνωτα, ἄγνωστα, vett. edd. ad Stephanum, qui ἀγνῶτ' pro ἀγνῶτι, *non ignaro tibi*, ex Schol. repetiit. Unus e Scholiastis quoque distinguit οὐκ ἀγνῶτ'. Ἀείδω Ἰ. Vulgo male oratio continuatur οὐκ ἀ. ἀ. Ἰσθμίαν. 20. Ad rem jam accedit, sed saltu facto. Nec expeditur oratio, si νίκαν τὰν pro ταύτην acceperis. Saltem pro τὰν legere prodesset νῦν, et interponere δ' hoc modo: Ἰσθμίαν δ' ἵπποισι νίκαν Νῦν Ξενοκράτει Π. Pauw emendat: Ἰσθμία δ' ἵπποισι νίκα· Τὰν Ξ. *Isthmia est victoria curulis, quam ego celebro, quam X.* Aldus Ἰσθμίοις ἵπποισι. 22. κόμα Ald. et Rom. 23. ἀνδεῖσθαι ante Schmid. ἀναδεῖσθαι Oxon. cum Schmidio ad normam reliquorum colorum. Esset trochaicum. 26. Καὶ Κρίσᾳ δ' Mingarell. 28. Interpungebatur Scholiis præeuntibus post ἀγλαΐαν, ita ut nullus sensus commodus esset seqq. Jungo: πόρε τ' ἀγλαΐαν καὶ τόδι. h. e. καὶ ἐκεῖ, ἐν Κρίσᾳ, in Pythiis. Nunc manifestum fit, excidisse δ' post κλεινᾶις.

19. *Jam vero tu es poetarum lectione imbutus, cui notus versus sit* Alcæi ap. Scholiast. ut modo dictum. Comparant Horat. i. 1. 53. *O cives, cives, quærenda pecunia primum, Virtus post numos.* οὐκ ἀγνῶτι σοὶ ἀείδω, *tibi haud ignaro.* Vix assequi licet, quomodo viri docti in hoc inciderint, ut οὐκ ἀγνῶτι ἀείδω ad mercedis exactionem referrent. *Dictum* Argivi repetere se nolle ait, ex vetere isto carmine, Thrasybulo haud ignotum.

20. *Isthmia victoria hæc Neptuno debetur.* Sed verba corrupta. v. V. L.

26—28. *Præter Isthmicam etiam Pythicam victoriam consequutus est.* κλεινᾶις δ' Ἐρ. *consequutus victoriam adeoque laudes Erechthidarum claris* (λιπαρεῖς) *Athenis* (h. Atheniensium), οὐκ ἰμίμφθη, *celebratus est per dexteritatem aurigæ Nicomachi*: (διὰ) τὰν χεῖρα ἰνν. φωτὸς πλαξίππου (aurigæ), τὰν, pro δι' ἣν, ἧ. Forte τῷ—ἁπάσας ἀνίας.

δᾶν χαρίτεσσιν ἀραρὼς
Ταῖς λιπαραῖς ἐν Ἀθάναις, οὐκ ἐμέμφθη
Ῥυσίδιφρον χεῖρα πλαξίπποιο φωτὸς,

A. β'. K. ή.

Τὰν Νικόμαχος κατὰ καιρὸν
Νώμᾳ ἁπάσαις ἀνίαις.
Ὅν τε καὶ κάρυκες ὠρᾶν
Ἀνέγνων, στονδοφόροι Κρονίδα
Ζηνὸς Ἀλεῖοι, παθόντες
Ποΰ τι φιλόξενον ἔργον·

33. Νῶμι Schmidii commentum est, quod vulgo lectum, ut metro succurreret, pro νίνωμι. νωμᾷ Ald. Rom. et seqq. quod Stephanus in νώμα mutavit. Proclive erat emendare Νεῖμι cum Pauwio et Dawesio: modo νίμων χεῖρα ἀνίαις facile dici posset. Nisi dicas, esse pro ἐπίνιμι, *adhibuit, admovit habenis*. Esset adeo, *manum admovit omnibus habenis*, immittendo eas equis concitato cursu ruentibus. Usu sermonis νωμᾷν ἀνίας χειρὶ aliquis dicitur, ut i. 20. Forte retineas vulgatam, vocibus tantum aliter divisis: Νώμ' ἀπάσαις, si longa elidi potest. Porro plene post ἀνίαις distinxi: non ad Nicomachum, sed ad Xenocratem spectant sequentia. Malim tamen etiam sic Τὸν δὲ καὶ κ. 35. στονδοφόροι Ald. 36. ἀλεῖοι Ald. ἀλτῖοι Rom. retinuerunt quoque Brubach. et Morell. ἀλτίου dedit Crat. et hinc Steph. qui utique Scholiasten pro se laudare poterant. Sed Ἀλτῖοι cur ejectum sit, non video; præferendum adeo alteri, si comparentur singula inter se. Elei, οἱ θέντες τὸν Ὀλύμπιον ἀγῶνα, omnino sunt κάρυκες ὡρᾶν et στονδοφόροι Διὸς Κρονίδα, hospitio iidem juncti cum Xenocrate publice.

32, 33. *Regebat ille* (currum) *omnibus habenis* (h. effusis) *opportuno tempore* (eo temporis articulo, quo concitatiore cursu opus erat, ut alios præverteret ad metam properantes).

34—42. Etiam Olympicam victoriam est adeptus. ἀνέγνων *Xenocratem Elei*, qui agonothetæ sunt, recte videntur accepisse grammatici, ἐγνώρισαν, *recognoverunt*, quia additur, φιλοξενίαν ejus jam ante eos esse expertos. παθόντες ποΰ τι φιλόξενον ἔργον h. e. ξένοι αὐτοῦ ὄντες, ξενισθέντες ὑπ' αὐτοῦ. Quod v. 39. *irruit in gremium victoriæ*, ductum est a cursu, cum victor metam attigit, adeoque si deam ibi sedentem finxeris, in gremium ejus prolabitur. Sic Alcibiades sedens in gremio Nemeæ pictus erat: Athen. xii. p. 534. D. Supra Nem. v. 76. in amplexus Victoriæ ruebat victor: Νίκας ἐν ἀγκάλαισι πίπτων. Fuit autem victoria hæc Olympica serior altera Theronis; quam poeta Ol. ii. 87. sine fratre Xenocrate obtinuisse Theronem ait. Etiam, quæ ibidem v. 90. memoratur Isthmiaca victoria, diversa fuit ab hac, quæ in hoc carmine celebratur; nam illam communi nomine obtinuerant Thero et Xenocrates. Sunt hi Αἰνησιδάμου παῖδες 42.

Ἀδυπνόῳ τέ νιν ἀσπάζοντο φωνᾷ
Χρυσέας ἐν γούνασιν πιτνῶντα Νίκας

Ε. β'. Κ. ζ'.

Γαῖαν ἀνὰ σφετέραν,
Τὰν δὴ καλέοισιν Ὀλυμπίου Διὸς
Ἄλσος· ἵν' ἀθανάτοις Αἰνησιδάμου
Παῖδες ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν.
Καὶ γὰρ οὐκ ἀγνῶτες ὑμῖν ἐντὶ δόμοι
Οὔτε κώμων, ὦ Θρασύβουλ', ἐρατῶν,
Οὔτε μελιχόμπων ἀοιδᾶν.

Σ. γ'. Κ ή.

Οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης
Ἁ κέλευθος γίνεται,
Εἴ τις εὐδόξων ἐς ἀνδρῶν
Ἄγοι τιμὰς Ἑλικωνιάδων.
Μακρὰ δισκήσαις ἀκοντί-
σαιμι τοσοῦδ', ὅσον ὀργὰν
Ξεινοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν

39. χρυσίας Schmid. ad Scholiorum ductum, in quibus legitur: τῆς τιμίας νίκης τοῖς γούνασιν. Vulgo legitur: χρυσίοις, et Ald. χρυσίοις σ' ἐν γ. πιτνῶντο ν. 42. Potest et Ἀθανάτοις scribi, ut sit Horatianum: *diis misceri superis*; nec displicet Pauwio. 51. ἀκοντίσ- Ald. 53. Ξινοκράτης Schmid. cum Aldo. Vulgo: Ξινοκράτης. Eos, qui eum jam tum mortuum esse volnere,

44. *Domus vestra frequentes habet victorias*: pro his memorat κώμους et ἀοιδάς, *pompam victoris* et *cantum*.

47. *Est enim carminum argumentum in promtu, si quis laudet viros claros.* πάγος, τραχεῖα ὁδός, *montana*,—ἐς ἀνδρῶν εὐδόξων sc. εἶναι. Videtur in generalem sententiam mutasse, quod proprie erat: in domum vestram.

51. *Longe mihi* (laudibus) *jaculandum esset, si attingere vellem fastigium illud virtutis, quo Xenocratis indoles pervenit.* Virtutem per partes declarat. ἐπὶ τοσοῦτο, ἐφ' ὅσον Ξ. ἴσχυι ὀργὰν γλυκεῖαν ἀντὶ ἀνθρώπων ἄλλων, h. moderationem animi et humanitatem.

Ἔσχεν. αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς ὁμιλεῖν,

A. γ'. K. η'.

55 Ἱπποτροφίας τε νομίζων
Ἐν Πανελλάνων νόμῳ·
Καὶ θεῶν δαῖτας προσέπτυ-
κτο πάσας· οὐδέ ποτε ξενίαν

vetus Grammaticus refellit. Mingarellus jungebat *ἴσον δυνίεσχεν ἀνθρώπων (καν') ἐργὰν γλυκεῖαν.* 54. Mingarell. conj. *ὁμιλῶν.* Verum doctius ponitur infinitivus. 55. *ἱπποτροφίαις τε* Ald. et Rom. sed emendatum *ἱπποτροφίας τε* statim in Crat. ex Scholiis. *νομίζων — νόμῳ* Lyricum decere, et Pindaricum esse, nondum mihi persuadeo, (verba singula per se recte dici posse, nemo neget) et amplector Schmidii emendationem *κομίζων*, Pindaricum voc. de studio, cui quis deditus est, ut sup. Nem. vi. 51, 52. ut *κομίζειν, κομιδῇ*, de cura omnino dicitur. 57. *διαίτας* omnes vett. usque ad Morell. qui emendavit *δαῖτας*, vel metro monente. 58. *ξενίοις* (a *τὰ ξένια*) Ald. Rom. et cett. Primus Steph. *ξενίαν* dedit, ex Scholiis haud dubie, quæ *τὴν φιλόξενον αὐτοῦ τράπεζαν* interpretantur, et jam in Rom. ed. *ξενίαν* præfixum habent. Porro *οὐδέ ποτε* divisim scripsi; nisi cum Panvio velis: *Κ' οὐδέποτε.*

54. Dubitat Schol. sitne *αἰδοῖος* active an passive dictum: pro *modestus*, an *venerandus*. Præstat ex sollenni Homerico usu accipere: *αἰδέσιμος ἦν τοῖς πολίταις ἀναστρεφόμενος*, reverentia dignus habitus. Laborat, puto, interpunctio in seqq. et cum hac sensus. Instituenda illa est sic: *αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς ὁμιλεῖν, ἱπποτροφίας τε νομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ, καὶ θεῶν δαῖτας προσέπτυκτο πάσας. et rei equestris studiosus, more Hellenico, omnia certamina sacra adiit.* Certamina conjuncta sunt cum festis et sacris, sacra autem declarantur per *epulas deorum*. [*προσέπτυκτο, προσῆλθε. Ex Schedis.*]

58. Quæ sequuntur, tumida sunt et inflata; habent tamen quo se defendant. *Vela dare liberalitati* virum munificum et hospitalem facile dixeris. Sic Pyth. i. 175. *μὴ κάμοι λίαν δαπάναις· ἐξίει δ', ὅστις πυθιονίκας ἄνῃς, ἐοικὼς ἀνεμόεν.* Jam Xenocratis *hospitalitas latissime fuit effusa, patuit quasi per omnes terras.* Hoc ita effert: nihil ejus *φιλοξενίαν* circumscribit; *nunquam ventus compressit vela*, h. nunquam ille remittit *in hospitalitate* (pro qua *ἀμφὶ τράπεζαν ξενίαν*). [nunquam ejus hospitalitas compressa est. *Ex Schedis.*] *εἶρας* h. l. omnino *ventus*; sive ut accipias de vento cessante: ut sup. Pyth. iv. 520. sive de adverso vento, qui cogit nautas vela contrahere ac demittere. Pergit nunc in similitudine: *sed latissime ejus φιλοξενία patet; navigat ille usque ad extremos terminos*; nil ejus cursum sistit. Jam *extremos* navigandi fines memorat, *Phasin et Nilum.* Ita terrarum fines aliquando fuisse declaratos, constat quoque ex Herodoto iv. 45. cf. Strab. xi. pag. 761. B. Hinc Eurip. Androm. 651. *ἦν χρῆν σ' Ἰλαύνειν τήνδ' (ὁδὸν) ὑπὲρ Νείλου ῥοὰς ὑπέρ τε Φᾶσιν.* Simili modo et inf. vi. 33, 34. qua terrarum orbis patet, dictum est: *καὶ πίσαν Νείλου*

Οὖρος ἐμπνεύσαις ὑπέστει-
λ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν·
Ἀλλ' ἐπέρα ποτὶ μὲν Φᾶσιν θερείαις,
Ἐν δὲ χειμῶνι πλέων Νείλου πρὸς ἀκτάς.

E. γ'. K. ζ'.

Μή νυν, ὅτι φθονεραὶ
Θνατῶν φρένας ἀμφιχρέμανται ἐλπίδες,
Μήτ' ἀρετάν ποτε σιγάτω πατρῴαν,
Μηδὲ τούσδ' ὕμνους· ἐπεί τοι
Οὐκ ἐλινύσοντας αὐτοὺς εἰργασάμην.

60. -λιν *ἱστίαις* Ald. Rom. et cett. Emendavit primus Morell. hinc Steph. 61. Ἀλλ' *ἱστία πλίων* l. *ὁ εὖρος* l. *Xenocrates*. v. Not. 62. *Νείλου πρὸς αὐγὰς ἢ ἀκτὰς* Schol. *πλίων* exciderat Oxon. ed. operar. incuria. 63. *Μή νυν* Schmid. cum Ald. *μὴ νῦν* Rom. cum cett. 64. De *ἀμφιχρέμανται* non erat laborandum: est vitium operarum ed. pr. Steph. et earum quæ eam exscripsere, emendatum in ed. sec. Steph. 65. *σίγατον* emendavit Schmid. Sed *σιγάτω Thrasybulus*, quandoquidem a v. inde 51. de Xenocrate egerat, et mox Nicasippi nomen excitat poeta. [hoc carmen decantet: utatur hoc carmine ad laudes patris repetendas aliis audientibus. *Ex Schedis.*] 66. Malim *Μήτε*. nam jungenda: *Μή νυν — μήτε — μήτε*. 67. *οὐκ ἰλινύοντας* Schmid. Pauw *ἰλιννύοντας*. Recte Bened. *ἰλινύοντας*. cf. ad Nem. v. 2.

παγᾶν καὶ δι' Ὑπερβορέους. Jam reliqua, quæ addita sunt, non Xenocratis hospitalitatem temporibus et usibus hospitum accommodatam declarant, sed spectant tantum *ad ornatum verborum*: ad *Phasin* θερείαις, ad *Nilum* ἐν *χειμῶνι*. Accipiunt grammatici de *partibus anni*, et substituunt θερείαις *αὔραις*. Ita nihil esse potest quod magis frigeat: *æstate versus boream*, *hieme versus meridiem navigari*; quid? quod hieme omnino non navigabant veteres. Substituimus potius θερείαις *αὔραις* vel *πνοαῖς*, *æstivis*, *calidis*, adeoque *australibus ventis*: quibus utitur, qui versus Pontum Euxinum navigat; ita ἐν (*σὺν*) *χειμῶνι* erit pro *σὺν χειμερίαις πνοαῖς*, pro *borealibus* accipiendum ventis, qui versus Ægyptum ferunt. Ornatus quidem sic est forte otiosus, nec tamen absurdus. Illud adhuc monendum: ἀλλ' *ἱστία* v. 61. potest subjectum esse *ὁ εὖρος*, *ventus πέρᾳ τὰν νᾶα*: vel ipse Xenocrates *πέρᾳ*, *trajicit*, *navigat*: hoc melius, ut jungatur, *ἱστία πλίων*.

63. Ne ὅτι nos teneat, neve ὅτε scribere malis, est illud declarandum sic, ut *caussam* continent, cur Thrasybulus patriam virtutem liberrimo animo celebret, *quia aliorum invidia commoveri solet magnæ virtutis laudibus*, adeoque eas premit et obscurat.— φθ. ἰλπίδες. ἰλπὶς, ut ἐρχὴ, *propensio animi*. *οὐκ ἰλινύοντας*, *non inertes*, *stantes uno loco*; vel, uti statuas: v. ad Nem. v. 2. *sed qui per totum terrarum orbem vagentur*.

Ταῦτα, Νικάσιππ', ἀπόνειμον, ὅταν
Ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς.

69. ξ. l. Λίνναῖον Crat. perperam, cum de Agrigentino agatur. Ceteræ ἠθαῖον pro ἠθῶον, Dorice, docente Etymol. M. in Ἑταῖρος.

68. Ταῦτα, Νικάσιππ', ἀπόνειμον, ὅτων ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς. Scriptum ergo est carmen, non, ut alia, ut τῷ κώμῳ, pompæ a victore ducendæ, inserviat, aut inservire fingatur; sed est ἐπιστολιμαῖον, ut P. ii. Tricas hic nectunt Grammatici in ἀπόνειμον. Cum carmen pro epistola mittatur per Nicasippum, quis dubitet, ἀπόνειμον esse *redde*, ut est ἀπονείμαι, παρέχειν, διδόναι. At Schol. ἀπόνειμον, ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι. quam contorte! carmen non mittitur, *ut prælegatur*. Etsi grammaticus hunc significatum docte declaret, afferendo exempla non modo τοῦ ἀπονείμαι, sed et τοῦ ἀνεῖμαι simili sensu. Itaque in hoc Scholion involavit virorum doctorum studium exquisitæ dictionis: Hemsterh. ad Hesychium, Toup. et Valck. ad Theocr. xviii. 48. 69. Quandoquidem carmen ad Thrasybulum scriptum est, necesse est et hunc versu ultimo declarari per ξεῖνον.

ΙΣΘΜΙΑ.

ΕΙΔΟΣ γ'.

ΜΕΛΙΣΣΩ ΘΗΒΑΙΩ,

ΙΠΠΟΙΣ.

ARGUMENTUM.

PRÆCLARA facta laudibus sunt ornanda, — 14. uti et nunc Isthmiaca Melissi victoria post aliam Nemeam curulem, — 21. quibus ille æmulatur laudes majorum. [Si unum est carmen iii. et iv. victor Isthm. pancratio fuit, at Nem. curru. *Ex Schedis.*]

Σ. ά. Κ. ί.

ΕΙ τις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις,
Ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις,

ἵπποις. Grammaticis deberi carminum inscriptiones, passim monuimus. Scholion eorum aeumen redolet. *πρόσκειται δὲ τῇ ᾠδῇ ἵπποις, διὰ τὸ μὴ δηλοῦν τὸν Πίνδαρον τὸ τοῦ ἀγωνίσματος εἶδος, πότερον κέλητι ἢ τεθρίππῳ. μόνον δὲ ἱπποδρομίᾳ λέγει ἐστεφανῶσθαι.* (v. 21.) Si vero *κέλητι* victor erat, *ἵππῳ*, non *ἵπποις*, erat scribendum, quod Schmidius quoque monuit. Similiter *ἵπποις* victor inscriptus Psaumis h. *τεθρίππῳ* Ol. iv. De quadrigis *ἱπποδρομίᾳ* etiam Pyth. iv. 199.

Suspicatus eram, esse *Carmina iii. et iv. male divulsa*, et ea spectare ad unam eandemque victoriam Isthmiacam, eamque pancratio. Memoratur

Ἢ σθένει πλούτου, κατέχει
Φρεσὶν αἰανῆ κόρον,
Ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι.
Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἔπονται
Ἔκ σέθεν. ζώει δὲ μάσσων
Ὄλβος ὀπιζομένων πλαγίαις

dicta poetæ. Adde quod σθένει πλούτου v. 3. proprie ad quadrigarum alendarum studium spectat. Saltem Nemeæ victoriam curulem consequutum esse Melissum, vss. 18. sqq. manifeste produnt. Debuit ea victoria annum saltem præcedere hanc Isthmiacam. v. Not. Melissus autem Telesiadæ f. (iv. 77.) ab aliquo Cleonymo genus paternum, maternum vero a Labdacidis (v. 24. sqq.) ducebat. Attriverat majorum opes calamitas bello accepta: ceciderant enim uno prælio quatuor ex ea domo. iv. 251. sqq. Revixit pristinus gentis splendor in Melisso. Idem in Heracleis, qui ἀγὼν Ἰσθμιάδιος Thebanorum erat, pancratio semel puer, bis virili ætate victor fuerat. v. inf. iv. 104. 407. sq. 1. εὐνυχάσαις Oxonienses novarunt. Vulgo εὐνυχήσαις. Erasmus in Chiliad. laudarat εὐνυχάσας. 4. φασὶν Erasmus ibid. φρασὶν vulgo legitur. Vix tamen dubito, quin φρεσὶν legi necesse sit; α enim ex η Doribus longum esset, et requiritur h. l. brevis. ἀενῆ vitium Rom. et Brubach.

tamen in iii. etiam altera Nemea quadrigis, v. 15. quam putes illustriorem fuisse. Isthmiaca vero iv. 4. et 36. tanquam prima celebratur, nec alterius Nemeæ mentio fit. Unde puto, *melius me nunc* ita statuere: *esse carmina diversa, sed male hoc ordine collocata.* Quartum fuit tempore prius: nam in hoc una Isthmiaca victoria celebratur, et tanquam prima periodica, quæ majorum famam sepultam iterum in lucem revocavit: v. 29. sqq. eaque pancratio: v. 75. Quæ aliæ memorantur v. 42. sqq. Athenis, Sicyone, e periodicis certaminibus, ad majores Melissi spectant; et quæ sub finem 117. seqq. trinæ Melissi victoriæ, non erant periodicæ: cujus generis prima ei obtigit victoria Isthmiaca. Jam huic successit intra breve tempus altera Nemea quadrigis: utramque breviore carmine complectitur, quod est in hac collectione tertio loco positum: Εἴ τις ἀνδρῶν. Ita consentire videntur inter se omnia. Breve autem intervallum intercedere potuit inter Isthmiacam et Nemeam, nam v. c. anno tertio Olympiadis habebantur Isthmia verna, anno quarto, æstatis initio, Nemea æstiva. Et altera Isthmia æstiva anno primo, et tum anno secundo Olympiadis Nemea verna. Proximo igitur loco se isti duo agones subsequebantur.

4. αἰανὴς κόρος, tetra ὕβρις, jam Pyth. i. 161. ubi vide.

6. ἀρεταὶ (*quacunque re aliquis excellit*, seu certaminibus seu victoriis) *obtingunt beneficio tuo.* Felicitas autem ζώει (mox θάλλει), *durat magis*, diutius, *si quis te metuit*, veretur, τῶν ὀπιζομένων sc. σεῦ, adeoque moderate vivit, ὕβρις non sequitur.

8, 9. ταῖς πλαγίαις φρεσὶν (opp. τοῖς ὀπιζομένοις τοῦ Διὸς) οὐχ ὁμῶς (ὁ Ὄλβος) ἁμιλλᾶι (πάρεστι, παραμένει) ἅπαντα χρόνον.

Δὲ φρένεσσιν οὐχ ὁμῶς πάν-
τα χρόνον θάλλων ὁμιλεῖ.

Α. ά. Κ. ί.

Εὐκλέων δ' ἔργων ἄποινα.
Χρὴ μὲν ὑμνῆσαι τὸν ἐσλόν·
Χρὴ δὲ κωμάζοντ' ἀγαναῖς
Χαρίτεσσι βαστάσαι.
Ἔστι δὲ καὶ διδύμων ἀέθλων Μελίσσῳ
Μοῖρα, πρὸς εὐφροσύναν τρέψαι γλυκεῖαν
Ἥτορ· ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ
Δεξαμένῳ στεφάνους· τὰ δὲ κοί-
λᾳ λέοντος ἐν βαθυστέρ-
νου νάπᾳ κάρυξε Θήβαν

Ε. ά. Κ. ιά.

Ἱπποδρομία κρατέων.

11. ἐυκλεῶν ante Schmid. sed Pindaro est ἐυκλὴς, ἐος. Versu 11, 12. continuant sententiam veteres Grammatici, sicque editum inde a Rom. ut ἄποινα sit per appositionem adjectum: χρὴ ὑμνῆσαι τὸν ἐσλὸν, (ἅ ἐστιν l. ἵνα ᾖ) ἄποινα εὐκλείων ἔργων. Immutavit Schmidius et interpunxit cum Aldo. 12. ὑμνᾶσαι edebatur: cum alibi η servetur in hac voce a Pindaro. 14. χαρίτεσσι vitiose Rom. et Brubach. χαρίτεσσαι Ald. Crat. et al. recte, quippe in Ionico anaclomeno. Schmidius, a Pauwio objurgatus, χαρίτεσσιν. 15. ἀέθλων dissyllabum. 17. Interpunximus, ut vides:—ἥτορ· ἐν β.—στεφάνους· τὰ δὲ etc. Pro more suo Pindarus immutavit communem orationis structuram, quæ erat: τὰ μὲν ἐν βάσσαις Ἰσθμοῦ ἔθηκε στεφάνους· τὰ δὲ ἐν Νεμέᾳ ἐπήρυξε Θήβην, ἱπποδρομία κρατέων, h. ἅρμασι νικῶν. Pauw et ipsum se irretiri passus emendat: ἥτορ· ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ Δεξάμενος στεφάνους τάδε, (nunc, τόνδε τὸν χρόνον) κοί- λᾳ λέοντος etc. Mingarell. στεφάνους· ἔστι δὲ 19. καὶ λέοντος. vel ἐν βάσσαις γὰρ Ἰ. 18. Δεξ. στεφ. ἔστι δὲ 19. τᾷ δὲ λ. Non videbant viri docti, esse usum Pindaricum omitti τὰ μὲν ante τὰ δέ: contra alibi τὰ μὲν et altero loco simpliciter δὲ poni, ut Pyth. vi. 70.

11. *Præclaris facinoribus sunt*, debentur, *sua præmia.*

12.—τὸν ἐσλόν. Sententiam vidimus Nem. iii. 50.—13. *Fas est, etiam victorem extollere blandis*, dulcibus, *hymnis.*

15. Contigit ei duplex victoria, Isthmiaca et Nemea. (τὰ μὲν) ἐν βάσσαισιν sq.

Ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν
Σύμφυτον οὐ κατελέγχει.
Ἴστε μὰν Κλεωνύμου
Δόξαν παλαιὰν ἅρμασι.
Καὶ ματρόθε Λαβδακίδαισι
Σύννομοι πλούτου, διέστι-
χον τετραορίαν πόνοις.
Αἰὼν δὲ κυλινδομέναις
Ἀμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἐξ-
άλλαξεν. ἄτρωτοί γε μὰν παῖδες θεῶν.

26. *ματρόθε* metrum postulat: et sic Schmid. recte edidit. *μαχρόθεν* ed. Brubach. non correctio, sed error. 27. *πλούτου διέστιχον* pro *ἔστιχον διὰ πλούτου*, Schol. explicat: *διὰ πλούτου ἤρχοντο, ταυτέστι, πλοῦτον εἶχον.* At præstare nunc video id, quod alter Grammaticus habet, qui jungit *σύννομοι πλούτου ταῖς* Λ. pro *συγγενέσι Λαβδακίδαις*, qui insignes erant opibus, *πλούτῳ*. Jam sententia requirit: *divitias eos impendisse in quadrigas alendas.* hoc est *στείχειν, versari*, in *πόνοις τετραορίων, in certaminibus curulibus.* Sed Pauw totum locum sollicitat: *πλούτῳ διέστιχον τετραορίων πόνους, divitiis suis perambularunt quadrigarum labores.*

22, 3. *Majorum gloriam gentilem* paterni generis *haud dedecorat.*

24. *Ἴστε μὰν, nostis vero*, pro vulgari: *Quis nescit?* (in) *ἅρμασι* studiis et victoriis curulibus paratam. *διὰ, ἐξ.*

26. *καὶ ματρόθε* (ejus majores ex v. 22.) cum essent, *σύννομοι πλούτου Λαβδακίδαις, e gente Labdacidarum, qui opibus valebant, διέστιχον* (in) *τετραορίαν πόνοις, certaminibus quadrigarum addicti fuere. στείχειν, incedere*, pro *vivere, vitam transigere*, aliquoties vidimus, ut Nem. i. 38. 98. *ἴεχεσθαι* Pyth. v. 17. nunc etiam de genere vitæ et studio. Pro vulgari: *maternum genus ducebant a Labdacidis, qui divitiis clari erant, συγγενὴς Λαβδακιδᾶν πλουσίων*, dixit: *communes sibi habebant opes Labdacidarum: σύννομοι πλούτου Λαβδακίδαις.* Inde v. 29. innuit: ab aliquo inde tempore neminem fuisse ex ea gente, qui equos aleret: v. iv. 23. seq. *Αἰὼν δὲ (σὺν) κ.— ἐξάλλαξεν* pro *ἐξαλλάττει. Nam mortales casibus fortunæ* obnoxii sunt. Reddit hoc per contrarium: *soli dii a fortunæ casibus intacti sunt.*

ΙΣΘΜΙΑ.

ΕΙΔΟΣ δ'.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΜΕΛΙΣΣΩ.

ARGUMENTUM.

Laudes majorum Melissi; — 24. fatum gentis adversum ex clade in prælio accepta. — 28. Sed obscurata hinc fama nunc in Melisso iterum elucescit victoriam Isthmiacam adepto.— 41. Clari etiam majores certaminibus; verum nulla iis obtigit victoria e periodicis. — 57. Etiam fortes viri possunt vinci a deterioribus; quod Ajacis exemplum docet, qui Ulysse inferior fuit; — 62. Idem tamen famam immortalem Homeri carmine consequutus est. — 72. Gloria carminis etiam Melisso debetur victori pancratio, etsi statura non adeo procera; similis in hoc Herculi, qui tamen Antæum vicit. — 93. Inde digressio de Hercule et de inferiis a Thebanis quotannis ei ferri solitis.

Σ. ά. Κ. ί'.

ΕΣΤΙ μοι θεῶν ἔκατι
Μυρία παντᾶ κέλευθος,

Supple in titulo carminis : παγκρατίῳ. inf. 75. Mallem sequi Aldinum exemplar, quo continuatur hoc carmen eodem tenore cum antecedente, scriptum eidem

1. θεῶν ἔκατι, *deorum beneficio et favore in tuam gentem,* ἔχω ἀφορμὰς πολλὰς εἰς ἰωὴν σου. ut sæpe, v. c. Nem. vi. 75. et inf. Isthm. vi. 31.

Ὦ Μέλισσ', εὐμαχανίαν
Γὰρ ἔφανας Ἰσθμίοις,
Ὑμετέρας ἀρετὰς ὕμνῳ διώκειν·
Αἷσι Κλεωνυμίδαι θάλλοντες αἰεὶ
Σὺν θεῷ θνατὸν διέρχονται τὸ βίου τέλος. Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώπους ἐπαίσσων ἐλαύνει.

A. ά. K. i.

Τοὶ μὲν ὧν Θήβαισι τιμάεντες ἀρχᾶθεν λέγονται
Πρόξενοί τ' ἀμφικτιόνων

victori, Melisso, et eodem prorsus metro: nam quod colo nono nonnullarum, stropharum et antistropharum, nec omnium, duo epitriti secundi occurrunt pro duobus ditrochæis, metrum non variat. Sed istam rationem evertit, non modo, quod prima strophe sic videtur paullo importunius repetere sententiam ex sup. Odæ epodo, sed multo magis hoc, quod inf. v. 75. manifeste de victoria ex pancratio, tanquam de summa argumenti, agitur: nec illud sive in præterita rejici, sive pro prædictione rei futuræ accipi potest. Diversa itaque est victoria hæc Isthmiaca ab illa altera, de qua superius carmen agit. Sane, an curulis victoria superiore carmine celebrata sit, ad liquidem perduci neqnit. Etenim si quis inficietur, et vss. 19—21. quidem de victoria curuli Nemeæa agi dicat, vss. autem 17, 18. Isthmiacam laudari indefinite, nihil est, quod opponi possit. Sed jam sup. ad Carmen iii. pr. suspicatus sum, hanc quartam Odam priore loco collocandam esse ante tertiam. 1. τῶν θεῶν ἴσαν Schmidius, versus antitheticos respiciens, non genus metri trochaicum. 3. εὐμαχανίαν recte Ald. ceteri εὐμηχανίαν. 4. Vulgg. ἴφανις. ἴφανας ἐν Ἰ. Schmid. saltem ἔφανας Ἰ. haud dubie requiritur, monente quoque Pauwio, cui Ionicus est anaclomenus, varians cum pæone tertio. Aldus diversam habet lectionem v. 4, 5. γὰρ ἴφανις ἀρετάς. εὐφροσύναισι κλυταῖς ὕμνων διώκειν. hic alter recte, prior versus male se habet. Pauw in libris fuisse conj. γὰρ ἴφανις ἄρ' ἀρετάς. 9. Primus pes modo epitritus secundus, modo ditrochæus. 11. Θήβηαν Ald. 13. ἀμφικτυόνων legebatur ante Schmid. [Defendit Ste-Croix *des Gouvern. federat.* p. 119. esse

6. θάλλοντες ἀεὶ διέρχονται τὸ βίου θνατὸν τέλος pro τὸν βίον. pro simplici, *florent.*

8. A loco communi orditur memorationem fortunæ adversæ, quæ aliquando ingruerat. ἀλλοῖος οὖρος nunc est adversus; ἰκαίσων, ἰμπνέας ii. 59.

Κελαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ
Ὕβριος. ὅσσα δ' ἐπ' ἀνθρώπους ἄηται
Μαρτύρια φθιμένων ξωῶν τε φωτῶν
Ἀπλέτου δόξας, ἐπέψαυ-
σαν κατὰ πᾶν τέλος· ἀγορέαις
Δ', ἐσχάταισιν οἴκοθεν στά-
λαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείας,

E. á. K. iá.

Καὶ μηκέτι μακροτέραν
Σπεύδειν ἀρετάν.

Amphictyones Onchesti v. 33. *Ex Schedis.*] Meliora docere poterat Schol. *πρεξενίαν παρέχων τοῖς πυριάκοις.* 14. *κιλαδινᾶς* solus Bened. edidit. 16. *ζωῶν* in Oxon. exciderat ante *τε φωτῶν.* 17. *ἀπίψαυ-σαν* Ald. 18. *ἀγορέαις δ' ἐσχάταισιν,* malit jungere Pauw. Ita fere Ald. et Rom. *ἀγορέας δ' ἐσχάταισιν, οἴκοθεν.* Bene Schol. locum explicat: nisi quod male *στήλαις* pro *στηλῶν* dictum ait. *ἅπτεσθαι* est h. l. *necti, jungi,* non *tangere.* alias *ἐπάπτεσθαι,* ut ap. Homer. Sententiam illustrant loca Ol. iii. 77. sq. Nem. iii. 35. sq. 20. *Ἡρακλείαις* Schmid. cum Aldo. Ceteri :—*ίαις,* inciso metro. 21. Dura oratio. Schmidius *σπεύδειν* pro *σπεῦδε* dictum accipit. Pauw. *ἐστὶν* intelligit, mox conjicit: *Καὶ μή κ' ἴνι μ.* Hoc est consuere verba, non contexere. Schol. *καὶ πρεσβύτας ταύταις ταῖς ἀρεταῖς μὴ ζητεῖν μείζονα.* in quem fere sensum Schmidius acceperat. Nuper doctiss. Jacobs ingeniose conjecit Exercitation. pag. 105. *μενῶν δ' ἴστι μακροτέραν σπεύδων ἀρετάν.*

[14. *κιλαδινὰ ὕβρις* l. insolentia strepens, l. movens *κίλαδον,* turbas. *Ex Schedis.*]

